

CONTROVERSIAE FINARIENSIS

ADVERSVS

SENATOREM LAGVNAM.

CYROLOGIA

RAPHAELE DE TVRRI

AVCTORE.



PROLVSIO.

Cio ego quæ ſcripta ſunt, ſi palam proferantur, multos fore qui vitilitigent: dicebat Cato ille Cenſorius (teſte Plinio) in eo volumine, de militari diſciplina, quod Imperator ipſe, & qui ſub Africano Imperatore contra Annibalem, eadem conſilio, & manu peregerat, quæ ſtilo commentabatur. Quid dicam ego, aut quid non expectem ex huius publicatione ſermonis, quod vel ipſo Controuerſiarum prælato titulo, quodam veluti inflato claſſico plurimorum ingenia prouocare quodammodo videatur; & eorum non ſolum, quos veræ laudis expertes ex vitiis, & litigatoribus meritò compoſuit, & acerbat Cato, ſed eorum etiam, qui optimæ aliàs mẽtis, ſanique conſilij, ſui muneris fortaſsè ducent, ſummis ſtudiis adniti: ne mea hæc probentur ab omnibus? Ego verò vt nihil dicam, ita expecto quamplura, & æquo animo omnia feram, iam à quibus minus opportuerat expertus non pauca. Hoc vnum peto, &, per ſtudia communia, ab omnibus quàm inſtantiſſimè deprecor; ne ea, quæ de Patriæ meæ dignitate preſſius fortaſſe prolata legent, ad inuidiam trahant; neue quæ neceſſitas defenſionis extorſit, imputare velint iactantiæ. Quod ſi impetrauero, de reliquis parum ero ſollicitus, certus alioqui haud temerè indidiſſe, me huic Operi titulum Cyrologiæ.

Ab hac lectura neminem arceo; ſed eos præcipuè inuitatos volo, qui Catholico Hiſpaniarum Regi, vel ſtudiis fauent, vel conſiliis adſunt, vel natura, munereue obſtringuntur. Hos enim Controueruerſiarum cum ipſorum Rege prælatus titulus ne abſterreat rogo, neue quidpiam eorũ timeant, quæ, amore Partium, contradicendi ſtudio, iuſto dolore, prouocationis ſtimulis impellentibus, iniuſta etiam quandoque erumpunt, cum eam attulerim ad hanc diſceptationem animo obfirmatam, iuratamque ſententiam; vt non minori ſtudio Pietati, quam Patriæ debeo, ſatisfacerem; quam ne obſequio vlla ratione deſim, quod vt Genuẽſis Ciuis Catholicę Maieſtati profiteor. Eoſdem tamen præmonitos velim, vt non ſecus ac hoſtes ab amicis diſcretos habent, accuſationes æquè ſeparent à querelis, quarum primæ vt hoſtium ſunt iniurias vlciſcentium, poſteriores amicorum

Pe. ll. bell. lib. 1. eorum agnoſcant eſſe de amicis, officia adimplere negligentibus: Hiſtoricorum Principe teſte Thucidide. Cæterorum verò neminem auocet ex argumento Controuerſiæ Finarienſis orta ſuſpicio, quaſi verò in inextricabiles, frigidaſque Iuriſtarum concertationes Lectorem vocem. Nihil non de Imperij vi, de Iuribus Prouinciarum, de Regnorum ortu, vel interitu, de ſociorum obſequijs, vel contumacia, de Iure belli, de Fœderum nexibus, de ſubditorum patientia, vel impatientia legendum propono. Licet enim nefas putauerim a veſtigiis eorum longius abeſſe, qui in eodem argumento præiuerunt; aliis adhuc, &, ni fallor, ſolidioribus præſidiis, teſtibuſque, non ex Pauli, vel Papiniani Reſponſis, ſed ex iure Gentium, ac Regnorum depromptis mihi potiſſimum inſiſtendum putaui. Ita enim ſentio: quæ græco ſale condita Decemuiris rogantibus Populus Romanus iuſſit, inque duodecim tabulis inciſa ſunt; quæque indè, tamquam è perenni Fonte, Romana prudentia deriuauit, & auxit, apta illa quidem eſſe ad animandum vnius Reipublicę corpus, quantumuis magnum, eaque dirimenda, quæ inter Ciues eiuſdem orirētur diſſidia: quæ verò inter Gentes diuerſas, nec minus loco, quam moribus diſſitas contingunt, non magis Romano iure componi, ſedariue poſſe; quam vno, eodēque ſpiritu plura corpora regi. Niſi is ſpiritus ſit, qui per omnia vagus omnia permeat, qualem eſſe lumen illud, ſacræ

Pſal. 4. paginæ intelligūt, *Signauit Dominus lumen vultus ſui ſuper nos*, quod vulgò Ius naturæ, ſeù Gentium vocamus. Ad huius igitur Iuris Gentium normam, controuerſiam, quæ nobis eſt cum Potentiſſimo Rege Hiſpaniarū, reuoco, cuius vinculis eò facilius ſe obſtringi paſſurum tantum Regem certum habeo, quò liberius ciuiles nexus omnes infingere poteſt. Neque enim vlla ratione verendum eſt, ne Rex Catholicus tantæ in terris potentiæ, vt de ſola Nominis æternitate ei laborandū ſit, ea ſancta non habeat, quæ apud omnes Gentes æquè ſeruantur, quarum Gentium Cenſuram vt nullus vnquā precibus flexit, ità nec nullus effugit, adoptatus licèt in Diuinitatē. Quæ non in eam partem dicta accipiantur, quaſi verò Iuris Ciuilis placita hoc ſpecioſo effugio declinem, parumue præſidij habere ducam ad ſarcta tecta tuenda Reipublicæ Noſtræ Iura; ſed vt omnes intelligant nedum Romano, ſed Gentium etiam vniuerſarum Iura, quod nullius potētia infringere poteſt Nos niti; perſpectumque habeant,

beant,

beāt, vt Neminem in terris, Dei Optimi Maximi munificentia, Cōtrouersiarum Nostrarū agnoscimus Iudicem, ita Neminē reiicere, apud quem id valeat, quod apud omnes valet. Nihil igitur negligā eorum, quæ à Nostris ex penu Iuris Ciuilis ad astruēda Reipublicæ Nostræ Iura deprompta sunt; nihilque omittam, quod contra Nos retorserit Senator Laguna, sed excipiam libens, & refellam pro viribus; Id enim exigit optimæ causæ omnimoda defensio, postulat Viri dignitas ex aduerso nitentis, Ne autem sermonem altioris ordinis interpellem, Lectorisque animum inter salebrosas Interpretum nostrorum concertationes distraham, satis habuero quæ è re fuerint, simplici enunciatione firmare, firmatorumque probationes, quas paginarum margines capere nequibunt, per Excursus ad calcē operis paullò fusius explicare, vbi etiam publica documenta omnia, quibus vniuersus innititur sermo, ad litteram proferā suis quæque, vel litterarum elementis, vel numeris appellata. Sed ne diutius Lectorē morer, iam tandem sermonis totius seriem in octo sectam partes, septuaginta capitibus, vnicuique ex eis argumento proposito distributas propono, vt facilius breuitati consulere possit quicumque prolixitatem fortasse fastiditus, aliquid sibi demendum, prętereundumque putauerit.

SECTIO PRIMA.

Totius Controuersiæ Finariensis status.

SECTIO

SECTIO SECVNDA.

Senatoris Lagunæ conatus in Controuersia Finariensi.

SECTIO TERTIA.

De multiplici quærendi iusti Imperij modo, quoue olim vsa fuerit Genua, & nunc vtatur.

SECTIO QVARTA.

De Marchionibus Carrettensibus, eorumdemque dominatu in Finario, deque fœderibus cum Republica per eos initis, præsertim circa rem Salariam, & Commerciorum.

SECTIO QVINTA.

Genuensis Imperij in Mari, longè vltra Liguriæ terminos Maximiliani Cæsaris approbatio.

Narrata

SECTIO SEXTA.

Duplici Iure Fœderum, & Feudorum obnoxium esse Finarium Reipubl. Genuæ, reiecto Calori IV. Diplomate, quo Carrettenses innitebantur.

SECTIO SEPTIMA.

Reiecta Inuestitura de Finario precibus Alphonsi Carrettensis à Maximiliano data, concluditur in causa.

SECTIO

SECTIO OCTAVA, & POSTREMA.

Probatur, propugnaturque possessio Reipublicæ Salarij vectigalis in Finario.

APPROBATIO.

EGO Infrascriptus auctoritate mihi facta a Reuerendiss. Fratre Iustiniano Vagnonio à Callio Ordinis Prædicatorum Sacræ Theologiæ Magistro, atque in Ciuitate, totoq; Dominio Serenis. Reipublicæ Genuensis &c. contra hæreticam prauitatem Generali Inquisitore à Sancta Sede Apostolica specialiter delegato, recognoui Opus, cui titulus est, CONTROVERSIÆ FINARIENSIS ADVERSVS SENATOREM LAGVNAM CYROLOGIA, RAPHAELE DE TVRRI AVCTORE, illudque non solum reperi Catholicæ Fidei, bonisq; moribus apprimè consentaneum, verum etiam valdè doctũ, accuratum, plenum, arteque Salis, quam Tullius nullam esse aiebat, cum magna dicendi grauitate: & copia mirificè perspersum; vt proindè in hominum litteratorum, doctrinisq; deditorum commodum impressione dignum idem iudicem. Genuæ ex nostro Collegio S. Hieronymi die 9. Decembris. 1642.

Fabritius Britius Societatis Iesu Theologus Librorum Censor.

Imprimatur.

Fr. Iustinianus Vagnonius à Callio Inquisitor Generalis Genuæ, &c.

SECTIO PRIMA.
TOTIVS CONTROVERSIAE FINARIENSIS STATVS.



Finarij Oppidi, totiusq; Marchionatus delineatio. Cap. I.



INARIVM, quod à Cœli salubritate dictum putat Bracellius, a Oppidum est Sauonam inter, & Albinganum celeberrimas Liguſticæ Oræ Ciuitates situm, in ipsis faucibus duarum conuallium, quæ ex dexteriore Apennini latere Meridiem versus sinuosis, ac inuijs ferè flexibus per septem milliaria à summo Iugo decurrentes ibidem coeunt. Indeque aperiis se, & ad mare vsque, passuum fermè quingentorum spatio, excurrit lęta planicies fluuiolis duobus irrigua, fœcundos, eò magis expandens sinus, quò propiùs in mare desinit, cuius iras non arduis scopulorum cautibus, sed arenis quam minutissimis duorum vix milliarium littore coercet, eapropter æquè ad appulsum facile, mari tranquillo, ac aspero importuosum. Hoc Oppidum ædificijs satis frequens ab antiquissimis temporibus, & circumiacenti Regioni (quæ in vniuersum ab Ortu in Occidentem Solem non longè vltrà sex milliaria extenditur, à Borea verò in meridiem octo, vel paulò amplius) nomen dedit Finariensis tractus; & Regulis dominantibus sedes fuit, qui peruetusta quadringentorum annorum appellatione Marchionum Finariensium longa, ac nobilissima maiorum serie ditionem per manus traditam obtinebant. Imminet Oppido Arx antiquæ structuræ, sed, vt illa ferebant tempora munitissima, Gouonum nomine; arduo, ac vndique prærupto colli ad Boream imposita, ad securitatem non minus dominantium, quam subiectorum terrorem: quæ licet quingentis paulo minus passibus ab Oppido distet, subiectum tamen non nisi minori ex parte illud habet, cum reliqua maior, obiectu Collis intermedij ex obliquo in planiciem procurrentis, ab Arcis conspectu excludatur, cui tamen malo renitentis Naturæ, occursum industria. Structum visitur in ipso desinentis illius Collis dorso Propugnaculum lorica Arci adnexum, cuius ictibus, & Oppidum vniuersum, & planicies ad Oppidum ducens patent exposita. Arx alia surgit in littore saxo imposita Genuensium opus,

a In descript. Or. Ligust. fol. primo.

opus, Castelfrancum vocata, quæ & planiciem ipsam sparsis ædibus frequentissimam, littoraque, & latè maria prospectat, ac dominatur. Tota Regio, quà mare vergit, & in planiciem decrescit vitibus, oleisque felicissima, cętera montosa, aspera, horrida, pluribus tamen Vicis, Castellisque agrestium habitatur. Et pro locorum ingenijs, eadem incolentium studia: littori propinquiores nauticæ rei, ac piscationi; remotiores agrorum culturæ; omnes de more totius Gentis industrij, ac mercaturæ dediti; sed inter Liguriæ totius populos bello ineptissimi; longa nimirùm dominantium assuetudine fracti, ac seruituti assueti. Obtinet fama habuisse antiquitus Orientaliori in parte, quà littus in Boream sinuatur Portum Vulturno obuersum, cui Varigotti nomen, sed iamdiù arenæ obcęcatum: siue id consilium fuit ad auertendam aliò mercaturam, vt vulgus putat; siue loci vitium. Affricus sanè à cuius vi terrarum obiectu Varigottum securam præberet stationem, violentissimis flatibus in eo tractu dominatur, fluctusque ingentes attollit, euoluitque; qui vicinum littus in Orientem pronum, obliqui pulsantes, perstringentęsque, arenam illam minutissimam, qua littus Finariense constare diximus, immixtam ferunt dum aguntur, deponunt dum desidunt: Et non secus ac restagnantis Nili limo fęcundatur Ægyptus, arenis Varigottum quodammodo sterilescit, mare detumescente. Irridente nimirùm Natura humanum ingenium, & vanitatis arguente, quod per illa eadem, quibus eidem obluctari certius putat, inexsuperabilem eius vim cogatur agnoscere. Videre est in crepidinibus adiacentium scopulorum (ad eam altitudinem vsque, ad quam fluctuum repercussu se extollit salum) omnia passim arenis eisdem constrata, repletaque. Hinc fides vel nullum vnquam fuisse portum Varigotti, (de quo magnum silentium etiam apud scriptores illos, qui Liguriæ portus diligentissimè censuerunt) vel certè adeò infidum, angustumque vt arenarum aggestu facilè Mare ipsum, nullo obsistente repleuerit. Sed liberum sit vnicuique (per me licet) hac de re, prout libuerit opinari, vel inuestigare diligentius. Certum est (vt ad institutum sermonem redeamus) nostra, auorumque nostrorum memoria vniuersum Finariense littus importuosum esse, illudque, totamque regionem ab Apennini iugis citrà, ditione Reipub. nostrę vtrinq; cingi, vltrà verò difficillimis saltibus, ac inuijs penè conuallibus, quà vergit ad Orientē solē Marchionatū Montisferrati attingere, quà verò ad Occiduum, Principatū Pedemontanū.

Qui rerum status ante turbas Finarienses. Cap. II.

Marchionatum hunc hereditario, &, vt quisquam optimo iure obtinebat Alphonsus anno à separatione huma-

humani generis millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo rerum in vniuerso Orbe Christiano gestarum celeberrimo; sed signando Austriacæ in primis Genti lapillo candidissimo. Ferdinandus Austriacus hoc anno, concesso quidem Iure, sed exemplo nouo, Carolo fratre, qui abdicauerat, habente comitia, (frustrà reclamante Paulo Quarto Summo Pontifice) Aquisgrani, concordi omnium Electorum voto Romanorum Imperator acclamatur, coronaturque. Gallorum cateruas recuperatione Caleti ferocientes, & maiora ad Grauelingam molientes, exercitus Regij Duce Egmondano latè, & ad internecionem strauerunt, capto eorum Duce Termço. Et quod non potuerat anno ab illo superiori insignis illa Sanquintiniensis victoria, non fœlicissima Neapolitani Regni ijsdem pulsis defensio; hac victoria obtentum, vt se pugna non solum, sed bello victos sentientes Galli, ea demùm concordiæ semina iaci permiserint, ex quibus ineunte proximo vere pax Cameracensis vniuerso Christiano Orbi, sed Italiæ præcipuè felicissima germinauit: cedentibus Hetruria, Monteferrato, Gallia subalpina, Corsica, Gallis, quibus Prouincijs longo, ac difficili bello diù incubuerant. Et ea ne prætercam, quæ licet ad rerum summam leuiora, argumento tamen deseruiunt meo. Hoc eodem anno Respublica nostra, quod summo studio, & profusis largitionibus erat à potentissimo Turcarum Tyranno consequuta; Vt Ius comerciorum in ipsa Regia Bizantij, adeòque toto Orientali vastissimo eius Imperio, Genuensibus esset; simul cum iure honorificentissimo constituendi Baylum (quasi defensorem diceres) qui, non secus ac Veneti iamdiù obtinent iuridicando præesset; id totum felicissimè tandem adepta, Catholicam Maiestatem Hispaniarum Regis solammodo intuita, abiecit, contempsitque. Dùm enim omnia iàm conuenta, & obsignata Bizantij essent, & Nicolaus Grillus Genua in id ipsum, tribus Nauibus missus, nouum Ius, nouumque Magistratum auspicaretur, inquilinis omnibus, & præcipuè ijs, qui ex Pera antiquitùs Colonia Genuensium erant, præ immenso gaudio gestientIbus, Franciscus verò de Franchis Legatus reditum in Patriam cogitaret; interuenit Gallorum Regis Orator (impulsu ne etiam Venetorum, ab antiquo Genuis, & comerciorum æmulatione, incertum) rem indignam exclamat: *Genuenses, qui Regi Hispaniarum sunt addictissimi, eiusdemque dignitatem, & commodo pro viribus, & supra vires (re pecuniaria præsertim) procurant, fructuosissimo Orientis augeri comercio? vt ampliores, scilicet, indè nacti diuitias, quæ bellorum sunt nerui, robustiorem eum, alacrioremque ad opprimendos Gallos, cæterosque Christianos*

 Princi-

Principes redditum, quasi gradu facto ad inuadenda Othomanica instruant Regna. Repertaturum tunc facilem Imperatorem oscitantiæ suæ præmium, cum Hispanorum infestas Classes nauta, ac pecunijs Genuensium ornatas, instructasque, per omnia Ægei Maris littora, faucesque Hellespontu volitare, omniaque ferro, & flammis vastari conspexerit. Serò profectò tunc inuocaturum Gallorum arma, quibus crescentem potentiam securus intrà limites coerceat. Cæterum si initæ societatis cum Gallorum Rege pigeat, seu leuem commodi spem ex Genuensium commercio, communi vtilitati preferat Solimanus; integrum fere Regi suo de societate ipsa vlterius deliberare: certè illi quiescenti, & exuenti tantummodo arma ab Hispanis præmia, & longè ampliora parata esse, & certiora.

Sensit, haud simplicis ingenij Barbarus, alia esse, quam quæ iactarentur, quæ pungerent Gallorum animos, vriq; eos Hispanorum æmulatione, quibus Italorum studia promptiora in dies nudabantur; securitatiq; Imperij Turcarum imputari, quę Gallorum dignitati quærerentur. Certus tamen (vt pote cui ex solo fructu omnis pendet fides) illorum animos non alienare, nec recens meritum, quo immissa auxiliaria classe etiam tum Italiæ, Hispaniæq; littora incendijs, rapinisq; habebat infesta, minuere, adesse iussis Genuensibus has leges, quasi re integra, dicit. *Vel repudiata Austriacorum, Hispanorumque amicitia Gallis adhæreant, vel animo demittant qualemcumque spem, quomodocumq; conceptam fructuosi commercij.* Nostri re subita icti hęrere, magisq; habere in promptu quid eligant, quam quid respondeant; veriti, ne commerciorum repulsa irritatus Tyrannus, quasi contemneretur, malum pareret sibi. Sed cum collegissent tantum se se, respondent: *Se Genua missos, vt cum Summo Imperatore amicitiam, & ius hospitij, commerciorumq; contrahant; alia verò, vel cum alijs fœdera conciliandi, vel dissoluendi sibi ius non esse; renunciaturos se propterea cum Legatione Senatui oblatas conditiones, sperare se Genuensem Rempublicam pro sua prudentia ab auctoritate potentissimi Imperatoris non recessuram.*

Sic re infecta Genuam reditum, Patribus approbantibus qualemcumque spem cuiuscumq; commercij, quo res Genuensis stat, cultui Catholicæ Maiestatis, & Hispanorum Regum amicitiæ optimè impensam posthabitamq;

Ex publ. docum. meminit Campana hist. suorum tēp. lib. 10. sub anno 1558. fol. 47.

Turbę Finarienses, & earum causæ. Cap. III.

His temporibus, hoc rerum statu Finarienses exuta patientia, quam altius tentauerat Alphonsus Marchio quam vt ferri posset; simul, & obsequium erga Dominantem exuerant tali initio. Prædia quędam tributaria rusticis quibusdam fruenda locauerant Maiores Alphonsi, certa, vt fit, pensione annua constituta, quam dum pro Imperio durius augere tentat Alphonsus, non tolerauere

re rustici, sed apparitoribus decretum exequentibus fœde interemptis, ad arma populariter iuerunt, miro totius gentis consensu, quem non nisi odium publicum, omnibus æquè dominantibus lætale, conciliasset. Rem haudquaquam negligendam ratus Senatus Noster, Petrum Rauascherium Iureconsultum, virum strenuum Finarium extemplo mittit. *Marchionem ipsum, nec non & Finarienses seorsim adeat, causam tanti motus exquirat, quietem suadeat; sin res minus ex voto successerit, ijs prius pro imperio admonitis, vt positis interim armis, ad causam disceptandam instructos homines Genuam mittant: certiora omnia, & exploratoria ad Senatum referat.* Iussa illicò exequitur Rauascherius arcto comitatu, non tamen sine viatore, Finarium petit, excipiturque in ipso littore à Militum manipulo in id ipsum ab Alphonso cum Centurione præmissis; eorumdemq; (sub specie honoris) custodia septus, nullo ex Finariensibus obuio, nullo compellare hominem, vel propiùs alloqui, auso, militum globis passim sese ostentantibus, ad Marchionem in Arcem ducitur, vbi Marchio interpellatus rem verbis eleuat. *Refractarios quosdam infimæ sortis homines, capitalia ausos, & iam preces, sed frustrà, obtendentes propediem pœnas scelerum daturos. Cæterum cum ipse adhibendis remedijs superesit, negare opus esse Senatus auctoritate, cuius tandem potestatem, ac ius Imperij se non agnoscere adeò non dissimulauit, vt apertis verbis fiduciario se tantum iure Imperatori obnoxium professus sit.* Introspexit primo statim congressu Rauascherius preferocis adolescentis spiritus, quos lenire adortus subiecit. *Optare se vera esse quæ de subiectorum obsequijs iactarentur: hortari, vt pœnitentia potius, quam seueritate ægris rebus mederetur: admonere demum seriò cœpit, videret quo pergeret, ne florentem domum, ne res sibi optimè procedentes in præceps daret. Maiores ipsius ab antiquissimis temporibus sub Imperio, ac fide Reip. Genuensis semper fuisse, & vsque in illum diem felicissimè perdurasse, summis semper honoribus, ac beneficijs cultos; & ipsum porrò fore, ni contumacia omnia euertat. Quæ de iure Imperatoris iactet; clandestina, inania, & quandoque in ipsius caput ruitura: consultius profectò fore si vsus disceptatore, seu malit conciliatore Senatu; turbas sedet, dominationem firmet, omnia indè ei nullo negotio, aut periculo affluentius casura. Nullum deniq; rebus suis præsentius malum, nisuq; maiori auertendum, arcendumq; longius, quam potentiorum de Iure Finariensi concertationes, quarum fluctibus iactatus, & impar, obruatur necesse sit.* His tamquam e tripode vaticinatus Rauascherius nihil profecit; conuiuio tamen honorificè exceptum ex Arce dimittit Alphonsus, non tamen cito, non temere; de discessu enim non

semel interpellatus rem distulit diù, nec concessit nisi eadem custodia verius, quam comitatu, vt liquidò apparuerit id summo studio quæri, ne copia homini esset cum Finariensibus colloquendi. Qui ad Senatum reuersus incertiora omnia, præterquā de Alphonsi superbia, & contumacia retulit. Hinc satis cognito inanem esse inter furentes sine viribus Maiestatem, idem Rauascherius remittitur, addito cohortis Prætoriæ firmo præsidio. Naulum nauiget, Finariensibus adeundi se facultatem, & securitatem præbeat. Nec mora confluere Finarienses fœda attrocia de libidine, de auaritia, de crudelitate Alphonsi deferre; Ijdēque ad Senatum remissi, eadem fusius, & lamentabilius exequuntur. Sexaginta sex capita accusationum in tabulas publicas sunt relata, in quibus cædes, rapinæ, stupra, & alia æquè detestanda scelera, vel impudenter conficta à Finariensibus, vel nefariè ab Alphonso patrata leguntur. Qui interim ad causam dicendam benignè euocatus, spretis amicorum omnium, ac ipsius Senatus paternis monitis, obdurata contumacia, accusationi quodammodo subscribebat. Tenuit nihilominùs illa Consultatio Senatum, e Republica satius ne esset, dissimulatis, vel vtcumq; excusatis Alphonsi sceleribus, ei, ad continendos in offitio populos domandamq; pertinaciam subiectorum, adesse; Seù verius non deesse tot iniurijs pressis, eiusdemq; linguæ hominibus Senatus fidem implorantibus, & intolerandam Alphonsi Tyrannidem, non ambiguis vocibus iacientibus vel totius gentis excidio se ditius non laturos. Fauebant Alphonso plures primarij Ciues affinitatibus, & amicitia eidem iuncti, & inter paucos præcipuus Andreas ille Patriæ Pater, qui tutorio erga illum munere nouissimè functus, priuigni filium diligebat vt suum; isque habebat in partibus Gomezium Suarez de Figheroa Oratorem Regis Hispaniarum apud Rempublicam, qui nefas putaret ab auctoritate tanti viri recedere, & suarum esse partium duceret, tueri illum periclitantem, cuius pater Ioannes in expeditione Tunetana Carolo quinto militans interierat. Accedebat Sinuessani Ducis grauis auctoritas, qui Prouinciæ Mediolanensi, exercituiq; contra Gallos in finibus militanti præpositus eadem consilia acrius vrgebat. Vicit tamen ius, fas, & inferius dignitate Reipublicæ visum subditos grauissima passos, & vltima deprecantes deserere, Tyrannidemq; & contumaciam Alphonsi inultam non modo sinere, sed indulgentia, ac ope quodammodo comprobare: Accedebat is timor ne Finarienses spreti, ad Gallos, quos in finibus habebant armatos, se conuerterent. Rem periculi plenam,

si Gallus, qui in Galliæ subalpinæ, & Montisferratensis Prouincijs armis pollebat, Finariensi tractu auctus, maritimas vires, quæ accessione Othomanicæ Classis formidolosissimæ per eadem Maria tunc temporis volitabant, terrestribus iungeret: sanè magnã indè aliquam calamitatẽ Reipub. ac totius adeò Italiæ imminere.

Ex litt. Figueroę ad Imper. die 5. Octob. 1558. ex processu causæ Finar. fol. 15.

Armis Respub. ad officium cogit Alphonsũ. Cap. IV.

Decretum à maiori Republicæ concilio summis omnium studijs fit, *Opem Finariensibus præstandam, & subsidiarijs armis Iuri spreto subueniendum, domandamque Alphonsi contumaciam.* Nec mora, in magna ærarij inopia bello Corsicano exhausti, pecuniæ vndiq; raptim corrogantur, scribitur mercenarius miles, additisq; Prætorianis Germanis Finarium immittitur excusataque per Andream Imperialem Mediolanum missum armorum necessitate cum Sinuessano Gubernatore, omnia in potestatem recipiuntur, excepta Gouoni Arce, in qua Alphonsus cum fratribus, confisus munitione loci, non infrequenti stipatus satellitio, se incluserat. Dum verò obsidetur; dum murales machinæ ad Arcem quatiendam Sauona accersuntur, dum arci admouentur, moras de industria nectente Senatu, vt ad sanitatem reduceretur Alphonsus, spatium fuit agendi de conditionibus, quæ Andreæ consilio, Sinuessani Gubernatoris suasionibus, & minis, qui Georgium Mariquium Genuam, Finariumq; sępius miserat diù agitatæ parum processissent, nisi auctoritas Regis Hispaniarum in tempore interuenisset, qui datis ad Rempublicam, & ad Marchionem litteris significat *Improbare se Gallorum bellis implicitum importunum hunc, nec satis digna ex causa inter coniunctissimos armorum motum: Monere, hortari, petere demùm, vt positis armis in pristinam tranquillitatem omnia reducantur.* Quod ipsum Oratori Figueroæ, Sinuessanoq; Gubernatori enixius imperauit, *Etiam atque etiam darent operam, vt hæ turbæ grauiorum malorum initium haud dubie futuræ, conditionibus omninò componerentur.* Quibus officijs obtentum, vt & Alphonsi pertinacia expugnaretur, & Respublica spem arcem vi potiundi, Alphonsique puniendi, quam propè in manibus habebat, deponeret, tandemque eodem Manriquio internuncio, conuentum his legibus.

Ex litt. Imper. ad Rempubl. die 20. Octob. 1558.

Hostilia omnia cessarent; hactenùs gesta bona fide obliuione delerentur: onera quæcumque ab obitu Patris Ioannis Alphonsi dominandi imposita antiquarentur: controuersiæ inter Rempublicam, & Marchionem iudicio finem acciperent: Alphonsus interim cum suis Gouoni arce inuiolatus abiret, totoq; Marchionatu cederet, apud Andream Auriam sequestri nomine, vsq; ad Ius cognitum, futura omnia, Castelfranco excepto, quod, vt a Republica antiquitus constructum, in eius ditionem concederet.

His

Alphonsus Remp. apud Imperatorẽ accusat. Cap. V.

His conuentis, & iureiurando confirmatis conditionibus, publicisq; tabulis consignatis Alphonsus, (dũ Senatus omnia ex fide agit,) vel ingenij ferocia, vel suorũ impulsu stare omninò neglexit, sed arrepto ad Ferdinandũ nuper electũ Imperatorem in Germaniam itinere authoritate Regis Hispaniarum posthabita, spreto Iure Gentium, & iurisiurandi religione contempta, apud Imperatorem Rempublicam vera falsis prætexens, defert quammaximè potest accusatoriè : *Eam libidine dominandi ductam Finariensium animos clanculum solicitatos ad turbas excitasse, indeque arrepta, quam creauerat, occasione, se nihil tale meritum, ab auito sexcentorum annorum dominatu vi, & armis per summam iniuriam exturbasse, extorremque indignissime actum, coegisse ad pedes sacratissimi Imperatoris confugere, enixèq; ab eo flagitare, ne se, qui Caroli fratris eius, qui Maximiliani Aui, qui Caroli eiusdem nominis Quarti, Frederici iunioris, seniorisque Imperatorum beneficiario Iure Marchionatum Finarij obtinebat, quique omnes sacratissimos Imperatores ex Augusta præsertim Austriaca Domo summa coluerit semper fide, desereret, Genuensiumque inimicorum prædæ permitteret; eo indignus, quò certius causa sua cum Cæsaris causa coniuncta esset. Neque enim rem dubiam esse Iura Romani Imperij lædi, ipsumque Imperium circumscribi, eodem conatu, quo Genuenses Romani Imperij clientem, Marchionatu Finariensi fiduciario Iure eidem antiquitus obnoxio, armis spoliassent. Per latus igitur quodammodo suum Cæsarem ipsum à Genuensibus petitum, quorum audaciæ ni acrioribus remedijs in tempore occurratur, breui fore, vt Imperij Romani Maiestas despectu Italis omnibus, & ludibrio haberetur.* Expostulationi de prædictis a Ferdinando per litteras, & Figueroæ Oratoris ministerio factæ, paucis respondet Senatus: *Omnia temeritate Alphonsi contigisse, cui malo non nisi ferro medicinam ad Reipub. totiusque Italiæ salutem adhiberi potuisse, & vt vt res se habuerint, auctoritate Catholicæ Maiestatis esse composita, necè re esse, iterato turbari, prout fusius Sacræ Cæsareæ Maiestati Oratores exposituri essent, qui ad eundem nuper ad tantæ dignitatis fastigium euectum, officij causa, à Repub. destinati, erant in procinctu.* Octauianus de Nigro Iureconsultus, & Antonius Maria Bracellçus erant; qui ineunte anno 1559. certis mittuntur cum mandatis, sed inter præcipua, *Purgent apud Imperatorem Rempublicam ab Alphonsi criminationibus, in primis verò curent, ne petitionibus eiusdem Iudiciario more, tamquam coram Iudice respondeant. Rempublicam sui Iuris esse, ac legibus suis vti, nulliusque subesse Imperio. Si Alphonsus, arma infeliciter expertus, iure agere velit, Rempublicam ipsam, eiusque Magistratus conueniendos;* Dilertè namque in Commentario de hisce rebus (quod recentiores Instructionẽ vocamus) 20. Ianu.

præ-

præscriptum scirent Oratores, nullam sibi de Iuribus Reipub. coram Imperatore experiundi facultatem concessam. Honorificè exceptos, benignèque auditos de necessitate, ac Iure belli Finariensis differentes Oratores, eadem humanitate, frustrà reclamante Alphonso, dimisit Ferdinandus testatus ædicto, & litteris ad Rempublicam datis cupere se se controuersiam Finariensem conditionibus inter Rempublicam, & Alphonsum finiri; mitteret porrò cum amplioribus mandatis ad rem conficiendam Legatum Senatus, innuens haud obscurè Cęsar, aliàs se preces supplicis Clientis nequaquam neglecturum diutiùs. Ne spernere videretur Cæsarem, quem semper maiores nostri impensissimè coluerunt, eundem Octauianum cum amplissimis mandatis remisit Senatus. *Iret, & quæ è Reipub. dignitate essent curaret pro viribus; ita tamen vt quatenus res ipsa pro locorum distantia pateretur, Senatum sedulò de postulatis commonefaceret, certioraque ab eo & in re præsenti expectaret mandata.*

Altercationes inter Rempub. & Alphonsum apud Imperatorem. Cap. VI.

Vt ventum apud Imperatorem, ibi verò Alphonsus omnia querelis, ac lamentationibus, criminationibusque miscere, & quasi Prætor, qui de vi publica quæreret, diem accusatori prædixisset, Rempub. ream agere. De conditionibus verò (de quibus agere propius erat) cum Aulicos ferè vniuersos connexu causæ traxisset in partes, vix pati sermonem haberi, & dum haberetur, ab omni honestate aliena, absurda, intoleranda proponere, ac superbi victoris persona vanissimè assumpta, durissimas leges Reipub. imponere tanquã victæ. Contra Octauianus omnia summa modestia agere, & altiùs ab antiquissimis temporibus repetitis principijs, *De legitimo Genuensium Principatu in tota littorali Liguria disserere, De Marchionum Finariensium, etiam ante captum Ius Feudorũ, erga Rempublicam nostram obsequijs, De Iure fœdorum, De patientia Imperij, De iuribus fiduciarijs, De armorum Iustitia, quibus freta poterat Respubl. communi gentium Iure, durius, ac Tyrannicè dominantem Alphonsum Marchionatu deturbare; & debebat populis enixè flagitantibus, fidemque Reipub. implorantibus opem ferre. Præsertim cum nec aliter mederi periclitantibus rebus posset, nec à Gallorum incursionibus, occasioni haud quaquam defuturis, Italiæ vniuersæ consulere securitati. Præterea præpostere nimis hominem se habere, qui dum Iure agendum erat, & ad causam disceptandam à Repub. benignissimè inuitabatur, ad arma prouocauerit, idem armis victus ad Ius confugiat, cuius denique experiundi facultatem ei competere nullam præterquam coram Magistratibus Reipub. quæ cum nullius subsit Imperio, nullius pariter Iurisdictionem agnoscit.* Non per hæc quicquam de assumpta ferocia remittere Alphonsus; sed Au-

lico Senatui, quo consiliario Cæsar vtebatur, identidem intonare forense vulgatum illud: *Spoliatum ante omnia restituendum*. Quasi verò (si ad rem facit) hic sermo de illo loquatur, qui arce valida tutus pactis conuentis cessisset, illaue de re, quæ adhuc eiusdem nomine apud sequestrem seruabatur illæsa. Vicit tamen, vt necesse erat apud Senatum Alphonsi non minùs, quam Cęsaris, consultũ de re nõ minùs Cęsaris, quã Alphonsi, sententia, quæ vtriq; ex æquo fauebat; Quod sero prudens introspexit Octauianus, dũ Cæsaris nomine edicit Senatus Aulicus, *Cæsaream Maiestatem*, (quasi legitimum Iudicem inter Rempub. & Marchionem) *velle quod iustum fuerit super postulatis Alphonsi decernere.*

Die vltima Feb. 1560. process. Finar f. 422.

Non tulit Octauianus atrocem, sub specie Iuris exequendi, iniuriam, quæ immerenti Reipub. inferebatur, & gnarus quantum ex publica Libertate huiusmodi decreto peteretur, præsertim si quieuisset admonitus; Codicillos sequenti die ipsimet Ferdinando offert (quando spes non erat, vt in tabulas publicas reciperetur) in quibus nedum disertis verbis decretum irritum, nulliusque roboris obnunciat, sed manifestè iniquum vocat, & ad Summum Pontificem huius nominis Quartum prouocat imperterritus. Icti re subita Consiliarij, & constantia Octauiani consternati, abominatiq; quam contra Rempublicam Genuensem de supremo, neminiq; obnoxio Iure obliquè moueant quæstionem, ipsos coram Summo Pontifice Romano de Imperiali culmine examen subire, ac periclitari, rem sic temperandam censent: Minuendas Octauiani de Reipublicæ libertate solliciti, suspiciones, non irritandum Summum Pontificem in Iuribus Ecclesiæ asserendis acerrimum vindicem, nec dum satis placatum ob vsurpatam, viuente adhuc Carolo fratre, absq; ipsius auctoritate Imperialem dignitatem, & interim rem differendam. Decretum itaque fit, quo decreto præfatus Cæsar *Marchionatum Finarij Feudum Sacri Imperij à multo tempore esse, & ad ipsum propterea, nullius Imperio obnoxium, contrauersiarum omnium, quæ de illo contingãt, cognitionem pertinere; sperareque proinde se, mentem Summi Pontificis non esse de feudo iudicare: Hinc statuit salua semper dignitate, ac reuerentia Sanctæ Sedis Apostolicæ debita, eosdemmet codicillos eidem Octauiano restituendos, reseruatâ facultate, appellationem ipsam solemniter reijciendi*. His peractis: Octauianus, ne petito quidem commeatu in Patriam redijt, haud æquis animis ob rem imprudentius administratam acceptus. Dabatur culpæ, quod licet verbis Iurisdictionem Cæsaris constantissimè declinasset, re verò non semel videri posset agnouisse. Siluit tamen per integrum

Offensiones inter Remp. & Imperatorem. Cap. VII.

Die 8. Maij 1560. die 9. dicti vbi sup.

Die 13. Maij anni ibidem.

grum

grum annum causa inter assiduas Alphonsi querelas; crediderim (licet non habeam vndè certò affirmem) spatium datum sub specie consulendi de Iure nobiliores Italiæ Academias, ad explorandam Summi Pontificis mentem, obfirmandamq; ne is prouocationes Reipub. Genuensis admitteret, earumdemque reiectionesà Cæsare faciendas æquis animis fieri pateretur, quam suspicionem rerum exitus confirmat. Anno namque 1561. die decima Martij reiecta verbis expressis Octauiani ad Sanctissimum appellatione, lata a Ferdinando Cæsare fuit sententia in absentem Octauianum, qua pactis conuentis, in traditione Arcis Gauoni irritis declaratis, condemnatur Respublica ad restituendum Alphonso Marchionatum Finarij Castelfranco comprehenso vnà, cum fructibus, & litis expensis. Et licet Respublica semel, atque iterum ad Summum Pontificem prouocasset, appellationemque, cum tutus accessus ad Cæsarem non daretur, publicis tabulis testatam coram Archiepiscopo Genuensi, & alijs Ecclesiasticis viris ex Iuris præscripto protulisset; Nunquam tamen à Summo Pontifice obtinere potuit, vt Iurium Reipublicæ, quæ vltrò causæ cognitionem conceptis ex formula verbis differebat, suscepto patrocinio: Pontificium, & Ecclesiæ Romanæ Ius à quo Germanici Imperij vniuersa manauit, & pendet auctoritas, hac tam præclara arrepta occasione super ipsum Imperatorem assereret. Sed parum processisset Alphonso, quam iactabat; rei iudicatæ auctoritas, vel Summi Pontificis in asserendis iuribus Ecclesiæ Romanæ lentitudo, ni quædam fato nostræ Reipublicæ aduerso contigissent, vel iactura totius Finariensis tractus redimenda. Experiebatur Alphonsus obtenta tantis conatibus sententia, quam Respub. irritam, & infectam apertè profitebatur, quanti ponderis esset, & non suarum virium illius vi in pristinum dominatum restitui: cognoscebatque quam Aulicorum Senatorum suffragijs facilè vicerat Reipublicæ exceptionem, nullius scilicet illam iurisdictioni subesse, re ipsa fore inexpugnabilem. Non deserit tamen se, sed Viatoris Cæsarei ministerio sententiam ipsam forensi more Senatui denunciandam curat: cuius viatoris licet conatus irritus, audacia tamen impunis fuit, & quem oportuerat atrocis iniuriæ pœnas capite luere, mediam sententiam, quæ plerumque deterrima est, sequutus Senatus, satis habuit, vetitum exequi ministerium, inuiolatum dimittere: quæ per eumdem de more relata, & haud immeritò, loco spretæ denunciationis habita, longè maioris discriminis ansam præbuere. Ferdinandus enim, cuius animum altiùs pupugerat

gerat ad Sanctissimum prouocatio, rem eo deductam non satis digna ex causa, Aulicorum suorum imprudentia, cognoscebat, vt aut insigni aliquo facinore sibi domandi Genuensium spiritus essent; aut Italis vniuersis, quibus testibus hæc omnia agitabãtur, Imperatoria Maiestas ludibrio exponenda. Statuit itaque maioris proscriptionis telo intentato, qua nedum aqua, & igni proscriptis interdicitur, sed bona illorum omnia publica, priuataque tam sacra, quam profana veluti Romani Imperij hostium prædæ occupantibus conceduntur (quod bannum Imperij vocant) Genuenses à suscepta constantia dimouere. Et ad extrema remedia conuersus Araldum (ità enim, siue Armorum Regem appellant recentiores eius muneris administratorem, quod etiam in hostes per quam necessarium, ad res scilicet repetendas, reddendasque, bellaque indicenda Ius gentium inuexit; quæ per præconem apud Græcos, per Feciales apud Latinos exercebatur) Fęcialem inquam destinat Cæsar indicique iubet, proscriptionem maiorem breui expectet Respub. ni Finarium Alphonso illicò restituat. Legatio hæc vt à Cæsarianis alto silentio de industria tecta, ità improuisa Senatui accidit, in tantum vt Ianitor ipse nullius iussu expectato, vi hominem ex Curia retraxerit, dum is exuta Mercatoris Galli simulata persona, qua aditum falsò impetrauerat, & cum persona vestibus in alia longè augustiore, & penè tragica, theatrali prorsùs more apparet inopinatus.

Gal. de pac. public. lib. 2.

Ianitoris factum adeò non improbauit Senatus, vt summa diligentia insuper cauerit, ne vllus in posterum aditus Feciali ad idipsum pateret. Qui munere fungi prohibitus, & , ad Cesarem remeans, criminationibus de Genuensibus omnia repelet. *Eos contra Ius Gentium, Sacrosanctum Legationis Ius violasse impedimentoque non modo sibi fuisse, ne (quod apud omnes Gentes peraque licet) demandatum munus exequeretur: sed malè mulctatum, & impedimentis omnibus exutum se Cæsareum Fecialem è Genuensium finibus hostiliter eiectum.* Neque enim tota ex vano posterior hæc erat criminatio: Dum enim is vitata de industria militari via, per deuia se ex Liguria proripiebat, à latronibus circunuentus, pessimèq; habitus; scelus priuatum ad publicum dedecus facilè detorquebat: credulis ad sinistra omnia de Genuensibus hominum animis, quos inconsulta Fęcialis exclusio, à rebus nostris haud immerito fecerat alienos. Ferdinandus verò Cæsar palam detestatus facti atrocitatem, & se in ordinem coactum à Genuensibus fremens, tunc demum de maiori proscriptione indicenda seriò inter suos cogitare cępit, & circumspicere cuinam potissimùm ex Italiæ

Princi-

Principibus vindictam læsæ Maiestatis, & dignitatis Imperatoriæ contra Genuenses demandaret.

Hispaniæ Rex conciliat Reipubl. Imperatorem, res cũ Imperatore componit. Cap. VIII.

Hic demum apud nos trepidari cęptum; neque enim (re peracta, & suis pensitata momentis) apud Senatum ipsum dubia erat fęcialis violatio, & inconsulto illo Ianitoris facto, interrupta erãt cum Cæsare illa commercia, quæ inter hostes etiam retinentur. In his Senatus angustijs, & inter ancipites consiliorum anfractus, illud in promptu fuit: ad Regem Hispaniarum eiusq; patrocinium confugere: ad Regem Hispaniarum, cuius solius arma ex Italiæ Principibus timenda erant, minas exequente Cæsare, & ad quem non leuis iacturæ pars pertinebat, si interdicto Genuensibus cum exteris commercio, res pecuniaria illius cum nostris intricata, difficilius explicanda fuisset; ad Regem Hispaniarum, qui semper cultus, semperque à Genuensibus colendus, pro amicissima Ciuitate Nepos ad Patruum preces deferret, factique illius temere, & inconsultè ex ignorantia antiquissimi, & ferè obsoleti moris, nimioque studio conseruandæ libertatis patrati, vel excusaret imprudentiam, vel leniret atrocitatem, vel pœnitentiam approbabaret. Non defuit, vt sæpè aliàs Genuensibus, Rex sed lenibus verbis castigata per certum Oratorem in idipsum à Repub. transmissum temerarij facti leuitate patrocinium benignissimè susceptum promptius præstitit, Martino della Nuça, primario Viro, illicò cum amplissimis mandatis ad rem conficiendam extrà ordinem Oratore ad Cęsarem delegato.

Qui ex itinere Genuam, vt iussus fuerat, appulsus, agere cępit cum Senatu de conditionibus, quibus & Ferdinando, & Imperiali Maiestati, haud dubiè, læsis: ad gratiam resarciendam satisfaciendum foret. Cognoscebat Senatus aliquo tandem piaculo, quicquid ex Legati violatione siue per imprudentiam, siue per iniuriam contractum, criminis foret, expiandum: Nec recusabat aliqua Iurium Finariensium iactura, publicam, priuatamque quietem redimere. Illa tantum cura angebat, ne dimisso, licet per breue tempus in manibus Alphonsi Marchionatu, tanquam vi decreti Cæsarei factum id esset, in diminutionem publicæ libertatis traheretur. Sed negante Nuçço vllam subesse spem in Catholicæ Maiestatis apud patruum Imperatorem patrocinio, nisi aliquid de Finariensi negotio ex quo turbæ omnes processerant, concederetur, extremum in illud consilium descendit Senatus; *Permissurum se, vt, per Auriam sequestrem, Marchionatus Finariensis in manibus Alphonsi tantisper dimitteretur, (Castelfranco excepto) dum à Catholica Regia Maiestate de causa inter illum, & Rempub. plenius cognoscatur.*

ſcatur: Nec recuſaturum per certum Oratorem: congruis, ſin minus, excuſationibus; ſaltem precibus: de imprudenter admiſsis aduerſus Imperatoriã Maieſtatem Ferdinando ſatisfacere, eis præcipuè, quæ circa violationem Facialis obijcebantur, dum tamen hæc omnia abſq; vlla diminutione libertatis dicta, factaque intelligerentur. Id quod tanta religione cautum voluit Senatus; vt concepta verba ab Oratore proferenda tamquam ex formula Nuçeo ad Cæſarem proferenda tradiderit.

Opportunè inter hæc incidit Maximiliani Bohemiæ Regis Ferdinandi filij in Regem Romanorum electio, ad quem officij ergo Ioannes Saluaigus anno 1563. die 10. Maij miſſus Orator cum precibus, vt in publica lætitia placabiliorem Reipublicæ redderet Patrem. Sed nihil profecit: Identidem iaciente Ferdinando, & Aulæ primoribus iamdiù fauore Alphonſi imbutis: *Domandos eſſe præferoces Genuenſium ſpiritus, qui prætextu libertatis conſeruandæ, omnia ſibi licere putent: Nec vlla ratione ferendum, quem ſpreto Iure Imperij occupauerant Marchionatum: in præmium, ſcilicet, violati Iuris Gẽtium, impunitos retinere diutiùs.* Poſtremò Nuçeus, ſumma dexteritate vſus, rem confecit: ijſdem legibus, quas ſibi Senatus preſcripſerat; ità tamen vt nec Caſtelfrancum retineri potuerit, quin (remittente tandem Senatu) ſimul cum reliquo Marchionatu Alphonſo redderetur. Cuius quidem concordiæ leges, reſcripto eiuſdem Ferdinandi comprehenſas die 4. Nouembris 1563. in totius actæ rei teſtimonium, inter præcipua huiuſce diſceptationis ſtabilimenta ad calcẽ operis, curioſius inſpicienda produco lit. A

Sed, quod durius fuit, dum cęteris adimpletis, vltimum fabulæ actum impoſiturus Orator noſter ad Curiam vadit, in gratiam à Cæſare ex condicto recipiendus, ex inopinato Cæſaris mandato, præſcripta ei fuere verba proferenda longè ab illis diuerſa, quæ Nuçei interuentu, & auctoritate Catholici Regis Hiſpaniarum conuenta fuere, quæque multum dignitati, non parum Libertati Reipublicæ obſutura videbantur. Conſtantiſſimè negat Orator ſe verbulum quidem vltrà, ſeù præter conuenta prolaturum: *Conqueritur palàm Germanicum candorem in Punicam fidem degeneraſſe, & malè reſponderi ſinceritati Reipublicæ; quæ, vt iuſta fieret reſtitutio Finarij, Comitem ab Auria tergiuerſantem, & varia cauſantem, ne arce Genuæ cederet, minis ad officium coegiſſet.* Sed parum valuere Oratoris querelæ, parum abſentis Nuçei expoſtulationes; & ni Cardinalis Auguſtanus in tempore Genuam interueniſſet, periculum fuit, ne rei indignitate commota Reſpublica armis repetito Finario de integro turbaret omnia. Is enim ex itinere iuſſu Catholicæ Maieſtatis ad Ferdinandum ſuſcepto, opportunus aduenit Genuam, tunc

potissimum Nuncio acceptæ iniuriæ, inter extrema consilia fluctuantem: & quà leniendo, quà consolando, quà monendo, summa, qua præditus erat, prudentia, & auctoritate peruicit, vt dummodo salua foret, & integra Libertas conniuendum esset aliqua ex parte ad ea, quæ ad dignitatem Legationis pertinerent. *In rebus arduis, speciosioribus omissis, tutiora sequenda, securitatemque Reipublicæ vel aliqua dignitatis temporaria iactura benè redimi, maiorum notis exemplis.*

Et quamuis re profitentibus, armisque tutantibus patriæ Libertatem, verba parui sint facienda, obtenturum se Cardinalis à Ferdinando pollicetur decretum, quo decreto ex antefacto profiteatur Cæsar, & declaret, quacumque tandem verborum formula vtatur Genuensis Orator in satisfaciendo Cæsari ob violatum fæcialem, Reipublicæ Libertati fraudi ne sit, nihilque ex ea detractum, nihil imminutum verbis ex præscripto Imperatoris ab Oratore proferendis intelligi. Quibus conditionibus decreto Ferdinandi confirmatis ex instituto profero litter. B. ex his angustijs cum sit Respublica, solemni prius testata elogio, & in publicas tabulas relato inuitã se nolẽ emq; vt maiora auerteret mala, neue pacificus Reip. status turbaretur, ad duriora cũ Ferdinando, non quidẽ re, sed in speciem deuenturã. Quæ propterea nec fraudi sibi vllo vnquam tempora fore, nec Libertati obfutura Imperioque suo, nemini mortalium obnoxio, constantissimè obnunciauit, vt plenius ex documento ipso litt. C Licet enim Bernardus Spinula Orator noster ob ingenij ferociam Cardinalem Augustanum quantumuis pollicita de declaratione Cæsarea plenissimè præstantem spreuisset, & dignitatis retinentissimus nulla ratione potuerit à suscepta constantia de non proferendis verbis ab Imperatore præfixis demoueri; Senatus tamen per Oratorem alium Io: Baptistam Lomelinum Clericalis ordinis virum, conuenta adimpleuit. Et quod in primis optauerat, & malorum omnium medicinam putabat, Cæsareum obtinuit diploma, quo Rex Hispaniarum, vti Mediolanensis Prouinciæ Princeps, controuersia Finariensis, à qua turbæ omnes processerant Reipub. consentiente disceptator assumebat, quod ad litteram reddo D.

B

Die 9. Iulij 1564.

Die 10. Ian. 1564.

C

1564. mense Iunij.

D

Turbæ Finarienses renouantur. Cap. IX.

His peractis, dum Senatus apud Catholicam Maiestatem cognitionem controuersiæ Finariensis vrget; Alphonsus verò apud Imperatorem porrectis precibus declinat, & interturbare conatur, mors Ferdinandi Imperatoris interuenit; & Maximiliani iamdiù designati successio: quem per occasionem officij Dauide Vaccà, & Io: Ambrosio Nigrono Oratoribus admonendum

1565. die 4. Februarij.

etiam

etiam atque etiam curat Senatus; *Ne tot laboribus parta, tantis difficultatibus explicata, tandemque auctoritate Regis Hispaniarum in Finariensi negotio constituta, contra publicam fidem toties Reip. oppigneratam non sine Imperialis nominis sugillatione disturbentur.* Nec surdis auribus cecinerunt, hæc Oratores: Maximilianus namque reiectis Alphonsi precibus, ex Ferdinandi præscripto: controuersias omnes inter Rempublicam, & Alphonsum Hispaniarum Regi vti Mediolani Duci decreto E mandauit.

E Verum siue inconstantia, & leuitate Finariensium factum fuerit, siue arrogantia, & auaritia Alberti Carratensis, qui Alphonsi absentis iussu gentilis sui Marchionatum moderabatur, vniuersâ rei facies subitò immutatur; Causati namque Finarienses superbè haberi se, ac impotenter ab Alberto, quem nihil minus, quam iussa Ferdinandi Imperatoris, qui lenitatem in regendis populis seriò indixerat, in quæ ipsemet Albertus iurauerat, reuerentem, armis populariter sumptis ineunte anno 1566. ab administratione deturbatum in Arcem Gouoni compellunt, compulsum obsident. Hinc ad Cæsarem vtrinque conuolatur, eius fidem implorant Finarienses, seque liberari petunt ab impotenti dominatione, Et penè Tyrannica Alphonsi qui memor eorum, quæ bello Genuensium contigerant obliuioni mandanda ex Ferdinandi præscripto, irarum plenus, quæ nec conspectu dignatus vnquam fuerat populum Alberto Satelliti omnium nequissimo perdendum delegasset; *Puniret igitur Cæsar omni scelere coinquinatos, dataque fidei desertores, & assumpta Marchionatus dominatione, quietem Finariensibus, Sacro Romano Imperio addictissimis, redderet.* Contra Alphonsus: *Morbo insanire Finarienses inde contracto, quod Cæsaris nimia clementia impune eis cesserant tot perpetrata flagitia: permitteret ergo Maximilianus eum suo Iure tandem vti contra rebelles, breui profectò, malo domitos, ad sanitatem reuocaturum.* Haud dubia fuit Maximiliani sententia. Fit igitur decretum *Arma deponi placere, Finarium Marchionis nomine per Cæsaris Delegatos vsq; ad Ius cognitum administrari.*

Sed dum, sopitis sub Cæsareis Delegatis Finariensium turbis, inter Alphonsum, & Populos summis studijs Iudicio in Germania contenditur; armis in Italia causa ferè decernitur. Gabriel namque della Queua Alburquerche Dux, & Prouinciæ Mediolanensis Gubernator, per Beltramum Gentilem suum cum magno, & ornatissimo militum numero Marchionatum Finarij inuadit, & ad deditionem coactis Arcis Gouoni custodibus, occu- Mediolanensis Gubernator Finariū armis occupat. Cap. X.

occupat vniuersum. Professus se Rege inconsulto id ausum, neq; vt assereret in ditionem Regiam, Marchionatum, sed vt præcaueret tantisper à Gallis, qui de eo interuertendo clandestina cum Alphonso agitabant consilia. Mense Iun 1571.

Hoc Præsidis Mediolanensis inexpectatum facinus (quod nolim) maximę apud omnes Italos nomen Regium obiecit inuidiæ. *Quis enim, si omnia viribus, & armorum apparatu decernenda sint, ex Italiæ Principibus tutus posthac ab Hispanorum dominatu?* Neque enim credebant homines tantam rem Alburquerchium Rege inconsulto attentasse, suspicionesque de Gallis tanquam puerile figmentum irridebant. Apud omnes enim in confesso erat, nunquam sæculo illo floruisse felicius, magisq; ex voto cessisse Hispanorum res, quam nouante in Italia Alburquerchio. In inferiori quidem Germania eiectis cum Germanorum cateruis, Nassauuijs, cęterisque rebellibus omnibus, pacataque Prouincia Dux Albanus Gubernator, tanquam in alta pace, de indicenda domitis decima, vigesimaque cogitabat armatus, in Italia verò sacro contrà Turcas inito fędere, cuius Hispaniarum Rex Philippus summus erat moderator, ab eo pendebant omnia. Videlicet *verendum erat ne Alphonsus domo profugus, in Aula Cæsarea litigator egregius, conciliatis Gallis tunc maximè inter se dissidentibus, interque scopulos Liguriæ receptis, inde (ex loco scilicet, opportuno, & rebus ad bellum instructo) potentiam Hispanorum tot classibus, tot exercitibus, tot nixam opibus, oppugnaret; Exutaque Caroli Gallorum Regis dissimulatione Parisienses nuptias, in Perduellium suorum perniciem, tunc maximè cogitantis; ijs induceret hominem armis, quibus nutantis Vallesiæ domus fundamenta conuelleret.* Sed siue in speciem assumpta de Gallis suspicio ab Alburquerchio; qui verè insita Præsidibus omnibus libidine proferendi fines Prouinciæ sibi commissæ duceretur; siue ex vano libenter concepta, cum (vt semper factum, nouissimè verò diuinitùs scriptum legimus) *Consilia quisque sibi attemperat, & iudicium natura extorquente, putamus causæ tribuere, quã nostris interim moribus indulgemus.*

Ex litt. eiusdem ad Commissarios Imperiales sub die 22. Iunij 1571. apud Lagunam fol. 111.

Fam. Strada hist. Belg. l. 6 Card. Bent.

Foliet. de Iac. fœd.

Cater. de bell Ciuil. Gall. lib.

Cæsarei certè in Finario Præfecti blandissimis licet litteris ab Alburquerchio appellati, & ad Iura populis reddenda, cæteraque de more curanda, tutela tantum rerum militi suo permissa, cum inuitarentur, haud quaquam mitigati. *Negare moribus receptum esse, prætextu præcauendi sibi ab hostibus, amicos inuadere, & vt quis securitati suarum rerum consulat, occupare aliena. Marchionatum Finariensem in ditione Cæsaris esse, cuius iniussu externo milite insideri, hostile prorsus esse, nec vlla ratione ferendum. Cæterum Cæsarem dispecturum, quibus remedijs Imperiali dignitate læsa, & manifesto ludibrio habita sit consulendum.* die 22. Maij 1571.

Nam quod ad ipsos attinet, probe se scire, quo in pretio eos populi essent habituri, qui penes alios videant arma. Quorum accusationes ad Imperatorem delatæ, & in diem acerbiores factæ, culpa Finariensiũ, qui odio in Alphonsum omnia moliebantur, ne rursus in eius ditionem concederent; nactique, vt rebantur, potissimum propugnatorem, contemptis Cæsareis Delegatis, cuncta ad Hispanum trahebant. Quos verò controuersiarum turbines inter Regem Hispaniarum, & Maximilianum, eiusque filium, & successorem Rodulphum, quæ commemorabam excitauerint; quosue tumultus, & rerum conuersiones in tractu Finariensi, mihi non est opus diligentius referre. Certè Rodulphus (quod ad rem facit) litteris

sub die 8. Februar. 1579. ad Rempublicam datis decretum vnà transmisit, quo decreto statuerat [Arcem Gouoni Theutonico Milite firmandam, sub Duce

dies 26. Decemb. 1578. tamen Hispano Ioanne Manrichez ab Hispaniarum Rege imponẽdo, qui omnes licet stipendium à Prouinciæ Mediolanensis Gubernatore essent accepturi, iureiurando tamen se obstringerent Imperatoris nomine arcem seruaturos. In reliquo verò Marchionatu nihil innouandum, sed vt à Maximiliano institutum fuerat, omnia per Cæsareos Administratos procuranda.]

Conatus Reip. aduersus vota Hispanorũ potiundi Marchionatus. Cap. XI.

Hic veritas cogit agnoscere quod crimẽ nobis à Lagunà datum sępius legimus. Senatũ nostrum primo ex Alburquerchij facto, deinde ex aliorum Gubernatorum Mediolanensis Prouinciæ conatibus, cognita qua illi flagrabant cupiditate adijciendi Imperio Hispanico Finarium, obuiam iuisse pro viribus, quatenus tamen Regia beneficia, & obsequia nostra permittebant. Hinc subodo-

anno 1577. die 8. Octob. ratus idem Senatus decretum Cæsareum, quod mox referebam; id ne fieret, Hieronymum Iustinianum Oratorem ad Rodulphum legauerat cũ mandatis: *Vt omni conatu recepto iàm in gratiam Reipublicæ Alphonso Marchionatus restitutionem; Reipublicæ verò Gouoni custodiam Cæsaris nomine bona fide seruandam impetraret.* Postquam ve-

2. Maii 1579 rò decretum cognouit, per alium Oratorem Georgium Doria, ne executioni mandaretur omni ope curauit: eo addito Iustiniani mandatis; *Si implicabilem Rodulphum Alphonso experiretur; procurationem Finarij Reipublicæ, locoque Ioannis Manriquez Ioanni Andreæ Doria Ciui nostro Præfecturam Gouoni postularet; quæ si impetrasset, quod stipendij nomine Cæsarianis militibus in Finario debebatur, soluturam Rempublicam repromitteret.* Nec, in irritum cadentibus hisce conatibus (exequutionis scilicet mandato decreto) destitit ab incępto, sed

die vltima Iunij 1582. per tertium Oratorem Georgium Centurionum verbis apertis conqueritur: Haud dubijs coniecturis depræhendi Regios *In Mediolanensi Prouincia Præsides cæca flagrare cupiditate Finario potiundi,*

neque

neque quibus modis assequantur, dum Prouincia fines proferant, quidquam pensi habere: Iàm portum, nescio quem, ad Varigottum, indeque faciliori via in Prouinciam Mediolanensem rerum omnium traiectus, & quandam veluti copulam, aliàs dissitarum Italiæ, ac Hispaniæ Prouinciarum ad dominatum Regium pertinentium, non minori compendio, quam securitate somniare. Verum enim verò absq; insigni immerentis Reipublicæ iniuria tentari tantam rem, nedum perfici non posse. Prætermissa namq; certa iactura Iuris eius, quod tractu in illo habet Respub. a Potentissimo Rege haudquaquam exigendi, si cogitata de nouo portu in Liguria aperiendo procederent, actum esse de Genuensium portorijs, quibus & publica, & priuata stat res: actum de Imperio Maris Ligustici, quod a Maioribus nostris summa virtute de Saracenorum manibus euulsum Cæsarea, & Pontificia auctoritate comprobatum, & continuata plurium sæculorum serie per manus traditum, etiam hisce temporibus, quibus Genuensis Respublica tanto angustius dominatur, pacatissimè obtinet. Neque enim sperandum, licet Rex Hispaniarum qua est iustitia, quam maximè velit rei Nauticæ eiusdem Præfectos eo in Mari suo Iure pacatè vti Rempub. permissuros, in quo & portus, & arces, & classes ipsi possideant. Iubetur denique Orator, Rodulphum obliquè admonere, nec è re Imperij Germanici esse in tanta humanarum rerum vertigine, Mediolanensem adeò augeri Prouinciam, vt Regni Italiæ antiquata nomina, reuocarentur. Quibus, & alijs officijs facilè obtentum à Rodulpho Iurium Imperij retinentissimo, ne quidpiam in Finariensi renouaretur. Quinimò cum excusasset Cęsar edicto *Conuenta circa custodiam Arcis Gouoni à Parente suo Maximiliano processisse, quæ adhuc ità essent, ac intelligi deberent, vt nihil detractum ex Iuribus Reipublicæ deperiret*, Nunquam adduci potuit toto Imperij sui tempore, quod fuit sanè diuturnum, vt ex cuiuspiam iniuria gratiam alijs faceret. Mortuo verò Alphonso, & exindè Alexandro fratre Carretensi, Iura Marchionatus Finariensis ad Sfortiam Andream, ex fratribus minimum deuenerunt; qui tędio longissimè triginta, & ampliùs annorum moræ, litigiorumq; in Aula Cæsarea pertesus, Regiorumq; in contraria trahentium, conatibus impar, opportunis eorumdem pollicitationibus tandem cessit, à quibus ferè ditatus, Ioanne de Velasço stabulorum Castiliæ Comite, ac Mediolanensi Gubernatore stipulante, Iura omnia Finariensis Marchionatus priuato chirographo Hispaniarum Regi concessit. Sed non nisi mortuo demum Rodulpho, itemque Sfortia Andrea, Matthias, qui fratri in Imperio parum piè successerat, nulla concessionis Sfortianæ facta mentione; causatus Marchiones Carretenses omninò defecisse, Catholico Hispaniarum Regi ob ingentia erga Romanum Imperium me-

1579. 18. *Augusti.*

Anno 1598. *die* 18. *Maij*

rita fiduciario Iure Marchionatum Finariensem indulsit; & rei documento (inuestituram vocant) verbis amplissimis communiuit; cum tamen & ex Hyppolita Sfortiæ sorore, filia superesset; & ex Marco Antonio Patruo Ioannis Andreæ Doriæ ex Zenobia nepotes, quibus à Sfortia institutis hæredibus, haud dubiè, si Feudorum Iura attendenda erant, deferebatur successio.

Anno 1619. 4. Februarij.

Genuenses verò, qui interea per Oratores suos in Aula Regis Hispaniarum de more degentes, & potissimum per Ioannem Baptistam Doria Dominici filium extrà ordinem legatum, oblato Regi Cæsareo diplomate, enixè flagitauerant, vt causæ Finariensis suscepta cognitione, Reipublicæ in illa Marchia assereret Iura, prout Nucæi ministerio in se receperat, qui quidem Rex Senatui Mediolanensi causæ examine de mandato Iudicis partes longè ante assumpserat F vt cognouerunt initas cum Sfortia Andrea conuentiones, & quem Arbitrum summis studijs concupiuerant, tantaque obtinuerant dignitatis iactura Hispaniarum Regem, vident eundem vltrò, ac volentem aduersarium factum; eo acriorem futurum, quò magis disertè sibi inter conditiones, cauerat Sfortia: se ad nullius euictionis luitionem obnoxium fore; vt prædicta, inquam, vt gesta erant, cognouerunt Genuenses, vt necesse erat, animis conciderunt; Et ad preces conuersi, deprecatore assumpto Clemente Octauo Summo Pontifice, *Pro vetusto Iure amicitiæ, pro centum fermè annorum obsequijs, tantam iniuriam, tantamque iacturam amicissimæ Ciuitatis impensissimè deprecari*. Quid faceret Hispaniarum Rex prudentissimus, qui seù malè à suis persuasus, initio id voluerat; seù, licet factum improbaret, infectum nolle tot opportunitatibus allectus, nesciebat? Non secus ac Lacedæmonij, qui malè mulctato Phæbida, qui Cadmæam Thebanorum per iniuriam occupauerat, Arcem tamen retinebat. Quid, inquam, faceret, nisi quam mollissimis, & blandissimis verbis, & præsenti Oratori, & per Ioannem Andream Doria Summum Maris Præfectum, absenti Senatui persanctè polliceri? *Ob comparatum ab se, dignis de causis, quietem publicam respicientibus, Finarium, nihil diminutum de Iuribus Reipublicæ velle, nihilque nouari permissurum contrà Iura Reipub. & societatis ab appellatione Sancti Georgij notissimæ, sed omnia salua, ac integra fore, quæ Marchionum Finariensium temporibus, ac dominatu in eo tractu fieri consueuerant.*

1585.

die vlt. Iulij 1566.

F

Stetisset, quis dubitet, Regia fides, si per Administratorum Regiorum præposteram ambitionem (quam semper Senatus timuerat licuisset. Ecce, quod ineunte anno 1617. iussu eius, qui rebus

Nouationes contra Regiam fidem in Marchionatu, & iussa Regia. Cap. XII.


rebus præsidebat, Gallicum actuarium sale onustum ad littus Finarij appulit, exoneratoq; in vsum incolentium sale, administratores Societatis S. Georgij, qui id Iuris à Repub. antiquitus habent salario spoliat vectigali: Rursumque ne priuatorum fraude, nulloue publico consilio factum acciperetur, captis, & carceribus mancipatis ijs, qui per Finariensium fines in proximam Montisferrati Prouinciam vehēdi salis locatas eidem societati operas insumebant; vetuit sub graui interminatione pænarum, ne quid tale quispiam in posterum auderent. Commotus rei atrocitate Senatus per Oratorem suum apud Regem degentem, de Iure, de consuetudine, de fide Regia violatis conqueritur, geminamque iniuriam Regiorum instantissimè deprecatur. Nec frustra; de consilio namque supremi ad res Italicas Consilij Petro Toletano Villæ franchæ Marchioni, &c. Prouinciæ Mediolanensis, tunc temporis Gubernatori, rescribit in hæc verba. *die 19. Ianuarij 1618.*

He tenido por bien ordeneis al Gobernador del Final, que no innobe in ninguna de las dos cosas, de que la dicha Republica se agrabia, y que os de raçon de lo que lo ha mobido ha haçerlo y me abiesis dello, y de todo lo, que cerca d'esto ha passado, y se ofreciere y particolarmente del derecho, que yo tengo para poder haçer lo que el Gobernador del Final ha hecho, à quien assi mismo ordinereis, che tenga con a quella Repub. y naturales della toda la buena correspondentia, che se ha tenido por lo passado.

Sed quoniam hic iussus (quo nihil æquius, nihil Catholico, ac Potentissimo Rege dignius) facile eludi potuisset ab eis, qui verborū sonum potius, (vt sæpè fit) quam rem ipsam inspexissent, illum scilicet trahentes præposterè: non ad tempus factæ per iniuriā nouationis, sed ad illud, quo litteræ ipsæ redderentur, postulatis eiusdem Oratoris datum, vt iàm exaratis litteris hæc adderentur *die 4. Aprilis 1618.*

Declaro, que la intention, que turbe, y agora tengo es ordenaros, como lo hago de nuebo proueais, y deis orden, para que el Gobernador del Final deshaga las nobetades, de que la dicha Repub. se ha quexado, y se contien en la dicha preinserta carta, restituendo las cosas al estado, que primiero tenian, y que adelante no se inobe contro lo que se solia, y accostumbraua de haçer, antes que se hiziessen las dichas nobetades, y que echo esto, respondais lo, que sobre esto negotio se os hà preguntado.

Sed parum valuit auctoritas dictarum litterarum apud Toletanum, sine cuius iussu non est credendum tantam rem agressum Finariēsium rerum Administratorem. Is namque causatus, se prouincia functum de redditu in Hispaniam cogitare, Baptistam Serra in id à Senatu cum litteris Mediolanum transmissum ad successorem



sorem reiecit. Gomezius Suarez de Figueroa, & Corduba Dux Feriæ successor fuit. Qui nouo exemplo Finarium appulsus, ibique à Ioanne Viues, Regio apud Rempublicam Oratore, conuentus, ab eoque, rerum nouarum cupidissimo, opinione opportunitatis tractus Finariensis, vera falsis miscente, vltra, quam res permittebat, imbutus, in promouẽdis aliorum conatibus adeò exarsit; vt statim aperiri arenarum egestu Portum ad Varigottũ iusserit, præposito operi eiusdem inuentore Viuio. Et illac iter in Prouinciam adornauit, despecturus in re præsenti, qua commodius via militaris sternenda, ac minienda foret. Quibus cognitis iterato fidem Regiam implorat Senatus super iniuriam in re salaria, iam nouos portus nouum Gubernatorem moliri, commerciorumque antiquissimas in Ligustico Mari leges Finarium auocata mercatura, contemni. Non neglexit iustissimas querelas Rex; sed re suis pensitata momentis, tum in Supremo ad res Italicas, tum etiam in sanctiori vniuersi Principatus Senatu, ad eundem Ferianum Ducem litteris datis in queis Reipub. querelis commemoratis hæc subduntur. 15 septembris 1618

Abiendolo considerado todo con la attention, que se deue, me he resuelto de hordenares, como lo ago en conformedad de lo che se ordenò al Marques de Villafrãca vuestro Predeceßor en este cargo en carta de quatro de Abril d'este anno en materia del sal non deseis innobar ninguna cosa en el dicho estado del Final assi en esta materia del sal, como en las mercadurias, y tratos, y que se baia contra la observantia, que habia en la virtud de vnas conuentiones antiguas entre la Repub. de Genoba, y Marqueses del Final, quando en mi nombre la tomò la primiera vez el Marques de Ayamonte, sendo Gobernador de esse stado (per errorem nam verè Alburquerchius tũc temporis Gubernator erat, correctum per alias litteras) *syn embargo de qualquier acto, que en contrario se baia echo despues acà, quedada primiero esta orden, como queda dicho, me informeis despues de lo, que ay en echo, y en derecho cerca d'estas capitulationes, y conuentiones antiguas entre la dicha Republica de Genoba, y los Marqueses del Final, y de su obseruantia en tiempo de los dichos Marqueses, y della obligation, que bai para obseruarla agora, y de todo lo demas, que occurriere en la materia cerca d'este puncto, y esto con el parecer del Senato, oydo el Fisco, y la Repub. de Genoba extragiudicialmente si quisiere ser oyda.* Maij 1619. sub die 31.

Feriani verò Ducis, qui supra conceptam, & penitùs infixam animo spem aperiendi per Varigottum opulenta Hispaniæ Regna Prouinciæ sibi commissæ, de eadem propius iungenda, & quasi adnectenda Germaniæ (obtenta Vulturena Valle) tunc maximè

maximè agitabat consilia (quæ pessimo Italiæ fasto Iunio proximo erupere) nihil importunius accidere auribus potuit æquitate horum mandatorum; quibus non obsequi certus specie referendi de integro ad Regem (quod mollissimum est obluctandi genus) ad Senatum nostrum per Baptistam Serra ad exigenda iussa Mediolanum oblegatum rescribit in hæc verba.

Se han ofrecido alcunas raçones tan apretadas, que he tenido por forçoso dar quenta dellas à Su Mageſtad. die 22. Octobris 1619.

Ad Regem verò, quæ mox patuere (inuersis certis, & æquissimis Regijs, mandatis) ea quæ circa rem salariam, & mercimonia in Finariensi tractu nouata emendari, & in integrum restitui illicò iubebantur, distulit: quæ vero ad Iura Marchionum Finariensium antiquitus pertinebant, quæ conquirenda, & Regi postmodum transmittenda differebantur, Præsidis Salamancæ, & Senatoris Maldonati industria, ac ministerio cumulatissimè præstitit. Nec à suscepto consilio dimoueri potuit alijs Regis litteris ab Oratore Reipublicæ impetratis, quibus eadem iussa acrius vrgebantur. Rescribit enim ad Senatum Nostrum per Panesium à secretis in id ipsum Mediolanum missum. Litteris diei 2. & 3. Aprilis, & 15. Nouembris anni 1620. Mense Febr. anni 1620.

Hauendo yo escrito largamente sobre esto, no he tenido aun respuesta, y hasta que venga no me es possible tomar ressolution en este negocio, pues se aduertiò à S. M. muchos puntos dignos de consideration, y asseguro a V. E. que nadie le desea seruir mas, que yo, pues tengo muy delante los ojos las muchas obligationes, que esta Corona le tiene. litteris diei 30. Maij 1620.

Sed inter has Feriani Ducis moras Carrettensium transmissa per eum Iura, in supremo Italicarum rerum Senatu Regis iussu pendebant in trutina. Et tandem superante causæ æquitate, & adnitente in primis Ioanne Baptista Salutio, Oratore Reipub. constantissimo viro, & Patriæ amantissimo, obtentum, vt datis litteris priora iussa firmissimè stabilirentur. diei 15. Feb.

Con vuestras cartas de 2. & 3. Abril, y 15. de Octubre del año proximo passado en respuesta de las ordenes, que a 15. de Setiembre 1618. y 31. de Mayo de 619. os mande dar sobre las cosas, que la Republica de Genoba pretiende en el estado de Final. Se han recebido los papeles tocantes à esta materia, que embiastes, y en ellos acusais: y visto en mi Supremo Conseio de Italia, con lo que cerca della por parte della dicha Repub se ha informado. Hà parecido ordenaros, y mandaros (como lo ago) que se executen las dichas ordenes sin embargo de lo que de nuebo de ay se me hà escrito que por las razones, que en ellas se dizen procede asi de mi voluntad. Das. en Madrit a 15. Feb. 1621.

Hic editis mandatis, & ad magis obstringendam, seù verius

rius liberandam Regiam fidem Oratori Salutio traditis, Genuæque perlatis litteris, Senatus, si vnquam aliàs, spem fouere, nunc tandem Ferianum Gubernatorem nouationes Finarienses amoliturum; eo certius, quo frequentius per litteras, & per Internuncios disertis verbis in se receperat, extemplò id se curaturum cũ primum, qui sui muneris proponenda in re censuerat, rescripto Regio comprehenderentur. Verum & iussa Regia &, spem Senatus, officiaque Baptistæ Serra in id Mediolanum missi elusit Dux Ferianus datis ad Senatum his litteris.

sub die 9. Octobris 1621

Y porque en la vltima orden, che tengo de su Magestad de 22. de Enero me manda conditionalmente que se aga la reintegration de la possession a la Repub. constando primero de que sea conforme à làs conuentiones, que se han echo con los Marqueses del Final, y que lo que pareciere no ser conforme à dichas conuentiones no se admita pues no se ha trattado d' esto, y pareciendome, que este puncto era iuridico, y que era bien, que lo vieran personas, que pudieran dezirme lo que yo deuia de hazer para cũplir con la orden de Su Magestad, lo he remetido al Senado, para que por via de consejo me diga lo que se le ofrece sobre la reintegration de la possession.

Nec totum ex vano id effugium erat. Ex alijs namque Regijs litteris (illius tamen generis, quo dominationis arcana clam cæteris inter Principem, & rerum Administros commeare, solent) quas Lagunæ beneficio habeo, & integras in tempore dabo id innuere Rex videbant, sed in eisdem cum hac exceptione.

Y esto hà da seruir tan solamente para vuestra information de lo, que se hà da azer en el, sobre el qual he mandado dar à la dicha Republ. vna carta para vos, para que se execute la orden sin embargo de lo, que de nuebo se ha escrito, que por su parte se habia de presentar.

Hic demùm Senatus noster ludificari se à Feriano Gubernatore introspicere sibi visus. Et certus nihil æqui à Mediolanensi Senatu expectari posse, ad Regem ipsum quærelas suas de more detulit. Non de iure fæderum cum Carretensibus, non de vi diuturnæ, ac vetustissimæ Dominationis in tractu Finariensi toties agitata amplius postulare Rempublicam, non dilatas spes suas, non elusas conqueri Regias pollicitationes. Regiam fidem Regia iussa implorare toties oppignoratam, toties aggestam. *Certè si nihil æqui in optima, & iamdiù cognita causa impetrare possit, amicissima Ciuitas, honestius cessuram se sponte potentissimo Regi Iura sua, quam per huiuscemodi ludibria cognitionum apud subselia Mediolanensis Senatus indignissimè hærere.* Hinc a Rege rescriptum Mediolanensi Gubernatori.

sub die 30. April. 162.

Ha

Hà parecido iusto, y conueniente ordenaros, y mandaros de nuebo, como lo aga, que en todo caso executeys las ordenes, que sobre este negotio se os tienen dados. Aduertiendo os que cerca del puncto della possession no se ha da trattar al presente ora aya sido violenta, ora volontaria, ò viciosa, o por otras cosas, porque se hà da mantener, o restituir la possession, en que estaua la Repub. qualquiera, che fuesse, porque todo esto despues habrà de tratar el Senado en la relation, que se le hà pedido, y este puncto de la possession parà darsela en interim, se hà da tratar con buena fee, atendendo la verdad, y dexando à parto los rigores de derecho. Y à vnque à cà por los papeles, que se han visto, parece que la Repub. verdaderamente hà estado en la possession, que dize hasta el año de 1615. que el Gouernador del Final les quito la de venderse el sal de Genoba en el Final, todauia para major securidad se hà tenido por bien, que esto se mire ay, par es razon: que se haga con breuidad, y breuemente, como se hà dicho arriba, asi os lo encargo. 1616

Sed nihil valuere, vt semper apud Ferianum Ducem proprij concilij tenacissimum iussiones hæ: prætextu namque recognoscendæ possessionis illius, qua Respub. ab Administratore rerum Finariensium indignissime spoliatam se per totos octo annos conquerebatur, quamque in eisdem met litteris Regis disertis verbis, agnoscebatur: rem de more, sub specie consulendi ad Senatum Mediolanensem reijcit. Is verò Iudicis assumpta persona, vsque adeo causae, ac personarum oblitus apparuit, vt Baptistæ Serra rem hãc apud Ferianum Gubernatorem curantem, forensi more ea scripto tradere non dubitauerit, sub motiuorum vocabulo, quę Gubernatorem docerent non minus contumacem aduersum Regẽ quam iniurium aduersus Rempublicam nostram cauillari potius, quam exequi mandata Regia. Stomacatus rei indignitate Senatus, & satis cognito quicquid à Catholica Regia Maiestate æquitate postulatorum facilè in Hispanijs assequebatur, aliorum iniuria facilius Mediolani sibi deperire, Regem solum respiciens, vel integram, & numeris omnibus absolutam rem in Hispaniis, vbi Iuris, & æquitatis viget respectus, conficere, vel saltem in tantæ iacturæ solatium, fidem Regiam, qua nihil in terris sanctius; Ius gentium, quo nihil apud omnes validius violata apud Regem lamentari. Ergo Baptistam Serra, quo sæpius Internuncio cum Feriano vsus fuerat, eorumque omnium, quæ in negotio Finariensi contigerant instructissimum cum amplissimis mandatis Oratorem ad Regem in Hispaniarum destinat. Sed dum Serra diuturnam à Patria absentiam deliberat: dum longam instruit cum vniuersa familia peregrinationem, dum ad Regiam

Aulam peruenit tandem; dum Reipublicæ querelas adornat ea superuenere tempora, ij armorum motus in Italia, quibus per latus nostrum Rex Hispaniarum petebatur; quæ, cogitationes omnes Reipub. nostræ à negotio Finariensi auocatas, ad apparatus bellicos, ad Liguriæ tutelam, ad custodiam Vrbis, idest ad rerum summam, quæ astu, & impietatè inimicorum in maximo discrimine versabatur, conuerterunt. Propulsatis tandem, miserentis Dei beneficio, armorumque Hispaniarum firmo præsidio, & longius submotis hostibus, sagisque, depositis primum; mox cum bellum desijsset potius per plures annos, quam pax cæpisset, rebus tandem cum Sabaudo si non compositis, certè apud nos sopitis, iis legibus, quas Hispaniarum Rex in Arbitrum assumptus Mantuæ Carpentanorum præscripserat mollire anno Finariensium rerum cura, quæ numquam planè resederat, integris studiis apud nos relumpta; spe eò certiori, quò maioribus documentis Hispaniarum Rex charitatis, & fidei, nos verò obsequii, & constantiæ (quod raro in tantis opportunitatibus contingit) amicitia à maioribus per manus tradita, fuerat sanctius vtrinque culta. Qui enim dubitaret Respublica, quem instructissima classe, ornatissimo milite propugnatorem, ac vindicem libertatis viderat suæ munificentissimum; eumdem tantis fiduciæ, obsequij, & constantiæ officijs deuinctum, iniurium in re leuissima, contra fidem toties datam experiri?

Sed, haud dispari exitu, diuersis tamen, & conuersis initijs res geri cæpta. Mediolani si quidem, vbi sæpiùs hæserat, fælicius fluere, in Aula verò, quæ semper fauerat, moræ necti videbantur. Dux namque Ferianus, Prouinciæ Mediolanensis Gubernator secundum, Genuam ex itinere appulsus mense Maio anni 1631. Senatus iussu opportunè admonitus per Iulium Pallauicinum, & Octauium Saulium, fauere visus: siue constantia (vt præ se ferebat) Reipublicæ nostræ in amicitia Regia, quam ipse expertus fuerat, motus: siue opportunitates Finariensis tractus, ac portus ad Varigottum, vigilantium somnia experiundo dedicisset: siue vt inuidiam officiosissimæ erga ipsum Ciuitatis, rei toties à se interturbatæ amoliretur: siue gratię Senatus imputaret, quod Finariensium commodo tribuebat, quos salis penuria vrgeri cognouerat, siue omnibus his, alijsue ex causis; Certè ipso Feriano Gubernatore exigente ab Ærarij Mediolanensis Quæstoribus emanauit relatio de exequendis in re salaria Finariensi Regijs mandatis per hæc verba formalia.

Respub. resumit curas Finarienses, & item promouet. Cap. XIII.

die 3. Iunij 1631.

Siamo di parere, che si esequischino gli ordini sopra ciò dati da S.M.

&

& che li sali si prendano dalle Gabelle di S. Georgio, come per il passato, senza pregiudicio delle ragioni di S. M.

Hinc Ferianus ad Finarientium rerum Administratorem has dedit litteras.

Quando riceuessimo la vostra lettera, con la quale ci auisaste, che per hauer la Republica di Genoua bandito il Mare, & il passo di cotesto Marchesato per sospetto del contaggio, si cominciaua à patir in esso necessità di sale per non poterne hauer da Genoua; E però era conuenuto prouedersi di quello, che veniua in Barca per il Mare; la rimettessimo al Magistrato ordinario, perche ben considerata la vostra proposta di continuar per l'auenire la prouisione nell'istesso modo, ce ne facesse relatione col suo parere. Dopò per parte della Republica ci è stata fatta doglianza, che contro la dispositione de gl'ordini dati da S. M. sia stato innouato nella prouisione di detti sali, & contrauenuto al possesso, nel quale deue esser mantenuta, & fatta grande instanza per il rimedio. Et hauendo noi di nuouo eccitato il Magistrato, il quale hà essaminato bene il negotio, & ci hà risposto, che non si può lasciar di essequire gli ordini Reali, & in conformità di essi; mantenendo la Repub. nel suo possesso ricéuer i sali dalle Gabelle di San Georgio, come si è fatto per il passato, senza pregiudicio però delle ragioni di S. M. & noi confermandosi con il detto Tribunale habbiamo voluto daruene auiso, perche da qui auanti prouediate, che così si faccia, fin'à tanto, che sarà ordinato altra cosa. Con che però la Republica non faccia nouità dal canto suo, & mantenga li sali in luogo commodo, della qualità, e bontà, che deue, come dice per hora hauerlo fatto nel luogo della Pietra. Et quanto alli sali introdotti nella detta Barca, si farà intendere alla Republica la necessità, che obligò a farlo; & particolarmente, perche haueua prohibito il commercio del Finale. Et se per l'auuenire succederà alcun accidente, che possa impedire il potere valersi del detto sale di Genoua, ce ne darete auiso con molta pontualità, perche si pigli quella risolutione, che conuenga.

Di Pauia li 10. Giugno 1631.


Verùm hisce cum litteris Antonius Fortius iussu Protectorum Sancti Georgij Finarium ablegatus, nihil profecit alias ex alijs nectente difficultates, ac moras Marchionatus Præside, curam Fisci Regij identidem prætexente: conniuente, vel contrà acrius tendere non auso Feriano Duce; fortè ne se inuidiæ obijceret, quasi ipse primarum partium in munere, ac dignitate, minor in procuranda Regia vtilitate minorum gentium studijs appareret. In Aula verò Regia tam longo temporis decursu plurimis electionibus in deficientium locum suppleto, ac ferè renouato supremo ad res Italicas Senatu; mirùm quantum causæ huiusce facies pari-

ter immutata. Subtractis namque, ac ferè silentio obuolutis ijs, quæ Finariensium rerum Administrator in re salaria, ac in portorijs in fraudem Reipublicæ nostræ, vsque ab anno 1616. nouauerat; quæq; approbatis æquissimis postulatis nostris toties Rex ipse mandauerat, vt sine mora restituerentur; Ijs verò reassumptis, & longè petitis, quæ in aliud tempus maturius examinanda reiecta fuerant; Commentarium nomine eiusdem supremi ad res Italiæ Senatus prodijt, quo altius repetitis principijs: omnia Iura, quæ vnquam Respub. nostra in Finariensi tractu obtinuerat, in dubium reuocabantur; & ijs in vnum coaceruatis, quæ coram Ferdinando Cæsare deduxerat Alphonsus Marchio, quæ Gubernatores Prouinciæ Mediolanensis contradixerant; quæ Senator Maldonatus retulerat; quæ Mediolani Senatus motiuorum vocabulo opposuerat; nihil penitus Iuris in eo tractu Reipub. nostræ vnquam fuisse, aut porrò deberi pluribus argumentis conficiebat. Oratori verò nostro nullum expeditius, vt in re subita, consilium subijt: quam commentarium ipsum ad Senatum Genuam mittere: quo loci, eo suis momentis pensitato, ea vrebat cogitatio, quod certum erat, & planè præoculis, non eadem facilitate obtenturam Rempublicam Ius suum, qua diluturam obiecta. *Si enim quindecim, & amplius annorum spatio, vt res per manifestam iniuriam à Præside Finariensi ablatæ redderentur, tot insuper vrgentibus Regijs iussis obtineri non potuit: quid sperandum, seù verius cur non desperandum, si status causæ, quæ in tanta facilitate exitum non inuenit, ad inextricabilia Imperij Iura, & subiectionis, ad vim fœderum inæqualium vetustissimis temporibus, & à præsentibus alienissimis amplicetur?* Illa tamen vicit sententia haudquaquam desperandum in optima causa apud Hispaniarum Regē, nec verendum, ne, quem liberalissimum, & beneficentissimum in propulsandis hostibus experta erat Respub. eundem contra ius, & æquitatem spoliatorem pateretur. Iussum igitur responderi obiectis, de quibus in commentario, sed eo adhibito temperamento, vt testatum disertis verbis ante omnia fieret, quæ vltra restitutionem toties postulatam, toties approbatam, toties iussam dicerentur, in eam partem esse accipienda, vt dignitati Regis Hispaniarum, & obsequio Reipub. data in optima causa intelligerentur, non autem causæ; Quæ in eo solum versatur, vt quæcumque Præses Finariensis ab anno 1616. iniussu Regis, quinimò contrà Regiam fidem pluries Reipub. datam circa rem salariam, ac commercia in Finariensi tractu nouauerat, sæpiùs restitui iussæ, restituerentur. Quibus responsionibus vtcumque compilatis, & in Aulam transmissis, supremoque ad res Italicas Senatui de more obla-

tis

tis diu causa siluit; moras facilè admittente multiplici rerum congerie, quam Commentarium illud, & continebat, & postulabat. Quando ex inopinato leuis primò, mox valentior, & certior spargitur rumor Mediolani præla gemere sub lucubrationibus de re Finariensi auctore incerto; tandemque nō sine amici cuiusdam astu, ad manus meas peruenit Senatoris Lagunæ opus sanè elaboratissimum. Quo profitetur *in fine suæ narrationis*, sibi, qui aliàs Fisci Aduocatus hac in causa Mediolani fuerat, tunc Senatori, refellendi quæ Reipub. nomine responsa Commentario fuerant, vnà cum Marco Antonio Montio Fisci Mediolanensis Aduocato demandatum à supremo Italicarum rerum Senatu munus fuisse. Idque se, (Montio è viuis subducto) summa diligentia præstitisse, animoque acrius intento, nouisque erutis argumentis, quæ aliàs ipsummet latuerant, certius (vt eius verbis vtar) *Conspexisse Rempublicam nostram ab omni naturali ratione, totoque Iuris tramite, & disciplina prorsùs alienam, & destitutam*; idq; se apertè demonstraturum splendide pollicetur. Quod an præstiterit, fueritque assequutus (ne ego triumphum ante prælium canam) sequens aperiet sermo.


in operis initio fol. 1.



SECTIO

SECTIO SECVNDA.

SENAT. LAGVNAE CONATVS IN CONTROVERSIA FINAR.



PRæluſit vniuerſo operi Senator Laguna. Proœmio, Narratione, Partitione: prorsùs ex arte. In Proœmio cum Rege ipſo diſſerit, multa de æquitate, multa de iuſtitia magnificè loquitur: nec mirum; ea enim eſt Iuſtitiæ pulchritudo, ea præſtantia, ea maieſtas, vt velint nolint etiam iniurij manifeſti, quo certius illius cultum aſpernantur re; eo impenſius verbis celebrare cogantur. Vt dignitatem ſuam, cęterorumque Nobilium tueatur à factione Nouorum in Repub. hominum, arma induiſſe, profitetur Catilina: quid æquius? Vt ſacroſanctam Tribunitiam poteſtatem ab inimicis fœdè violatam, Tribunosq; Pl: ab Roma pulſos reſtitueret, reſarciretque Cæſar iactat. Quid iuſtius? Sed vterque in ſpeciem hæc aſſumpſerat, re vera (vniuerſa teſte, ac deteſtante antiquitate) licet diſpari exitu, pari tamen infamia tamquam impij Patriæ Libertatis oppugnatores lacerantur. Nec peragratus victorijs terrarum Orbis, clementiaque Diuinæ proxima, qua hoſtibus omnibus, præterquam bello cæſis, vnica denunciatione, parcere iuſſit, profuere Cæſari, quominus in teſtimonium ſimulatæ, ſed non cultæ Iuſtitiæ fędè in Senatu interimeretur præmiaque ab illo eodemmet ordine, quem auxerat, ornaueratque Brutis Caſſioq; tamquam Tyranni interfectoribus decernerentur.

Proœmij Laguniani examen. Cap. XIIII.

Saluſt. in Catilin.

ipſe in comment. Plut. vita.

Non igitur ſit ſatis Iuſtitiæ illam celebrando verbis, & ingentibus cumulando laudibus, quod commune eſt cum iniurijs; ſed rei inſiſtendum, dum iuſta facere, iuſta ſuadere contendimus. Qua in re nec Senatorem Lagunam, nec alium quempiam contradictorem habiturum me certò ſcio. An verò is præſtiterit dum Regem ipſum tanto apparatu in calce epiſtolæ exhortatur.

Floreat interim amica Auſtriaci nominis Reſpublica atque etiam, ſed non è noſtris ruinis excreſcat.

Seu veriùs; An dicta exhortatio omnem vndique redolens ęquitatem, illi faueat argumento, quo Reſpub. illa, quam Auſtriaci nominis amicam agnoſcit Laguna iuribus Finarienſibus ſe ſpoliatam fruſtrà conqueritur; Malo (quod poſſem refutare ſolis argu-

mentis

mentis litterarum Regiarum, quas supra retuli) suo loco plenius examinandum reseruare. Interim verò ex ipsismet verbis Lagunæ, quæ prosequor, nescio an non consilium à sua professione longè diuersum possit deprehendi. Profitetur in ipso litterarum initio damnandum esse illud iniustissimum Agesilai dictum; quo Laconiæ fines missilis teli iactu terminando, eo vsque Imperium Spartanorum prolatum innuebat, quo illis attigisset. Splendidè id quidem, & planè Catholicè. Quid enim iniustius, quid à Christiana pietate abhorentius, quam vi, & armis Iura, ac dominationem metiri? Quid aptius ad amoliendam à Potentiore inuidiam, eiusdemque in animo æquitatem insinuandam, quam impotentius ac celeberrimum antiquitatis dictum cum bonis omnibus detestari. Tamen si vera hæc sunt, & serio extolluntur; quid opus Achillis hasta, Achillis manu non Patroclis mouenda, quid Alexandri gladium, Alexandri dextram intentat Laguna, quid Gordianum meminit nodum? Hebetioris certè ingenij sit quicumque non intelligat, potentia Hispanicorum armorum potius grassari, quam Iure Lagunam niti. Et quæ in operis facie insculpsit *IVRIBVS NON VIRIBVS* in speciem esse; re vera illum iactare; ea quæ olim in causa haud absimili armis in Iuris subsidium, à Carrettensium contumacia sæpius obtinuerat Respub. nunc à Rege Potentissimo desperandum. Quod quanto certius erat, tanto minus obijciendum ab eo fuerat, qui Agesilai dictum, quod fecerat verbis, mente, & consilio auersaretur. Sed si arma, & potentiam in disceptatione Iuris controuersi producit, si vt Ius obtineat arma potentioris intentat, saltem Regem ipsum sibi ipsi relinquit, qui, vt Potentissimum, & Catholicum Regem addecet, auditis querelis amicissimæ Ciuitatis, si iniuria spoliatam cognouerit, restituendam mandet. Nequaquam; sed nec etiam Iudicis integras permittit partes, in tantum, vt Fisci Regij nomine de Rege apertè conqueratur: valere eo Principe, quod de Traiano, extollit Panegyrista. *Cuius cum nulla mala sit causa nisi sub bono Principe* Dolet, vt vides, Rex Potentissime Consultor hic tuus, aliquam sub te Principe Fisci causam esse malam, hoc est non omnia secundum vtilitatem tuam dici; vno verbo, dolet se non sub malo Principe esse, nolim eum voti compotem effectum, maloque suo optimo vero publico addiscere. *Scelerum ministris, ut peruerti ab alijs nolebat Tiberius, ita plerumque satiatus ex oblatis in eamdem operam mentitus veteres & pragraues ipse afflixit.* Corn. an. lib. 8

Cæterum insectationes illas contrà Maiores nostros, tamquam iniurios in Carrettenses prætereo volens, re, & documentis suo

loco

loco refutaturus: contrà Nos verò, *Qui scilicet patientiam nostram non à potentia, sed ab impatientia aliorum metiamur, quippe cum Imperium Hispaniarum in Finario prohibere non potuerimus, imminuere tentemus*. Condono libens; contentus ea opinione prudentiæ, quam apud Regem ipsum, cęterosque Christianos Principes: obsequia Reipublicæ nostræ erga potentiores; officia erga æquales; erga minores benignitas: ęquitas ergà omnes nobis peperere. Et si non alia in re ego certè prouocatus, temperantia linguæ, prouocātem vicero; Ab hoc vno tamen, vel solum, vel potissimùm illius epistolæ Lenocinio Regias aures cautum velim, dum extollendo Finarij additamentum Laguna, conterminum Mari factum iactat Mediolanum, indeque maiora imposterum commoda pollicetur; quæ commoda subiectos Regi populos vicinis suis inuidere dedignatur, ingentemque pecuniæ vim ex salis portorio in Ærarium Regium quotannis inferendam somniatur, tandem conficiens debere Regem Solis ęmulū propinquioribus sibi in primis prospicere. Hæc enim siue vera, siue falsa ab vtilitate deducta argumenta sub qualecumque Principe bona causa aspernatur, ac reijcit, sub bono vero, hoc est sub Hispaniarum Rege omnino reticenda, vt potè, quæ causæ bonæ speciem malę imponere sint apta, & ex optimis malos Principes reddere. Huiusce namque generis argumenta obiecere posterorum infamiæ Philippi Macedonis Iudicium, quod hic abhominatur Laguna ipse, &, Populo illi Quiritum æquitatis tenacissimo, inter Aricinos, & Ardeates de finibus certantes Disceptatori assumpto, personam quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ, vel ipso Senatu Romano Iudice, turpissimè imposuit. Demùm eadem sinceritate, qua animum Regium à Lenocinijs illis reuocaui, laudibus illis longè infrà ingens meritum a Laguna congestis plausum do, responsuris alacrius lectoribus vniuersis (quod velim) si vel in totum pręterijsset Finarij acquisitionem, sterili nimium in tanta fæcunditate laudis materia; vel saltem si omninò etiam ex eo capite laudandus erat Lagunæ, omissis illis Attalicis conditionibus, quibus asseruisse Finariensem Marchionatum celebrat Regem: illum eumdem Marchionatum à Cæsarea Maiestate consequutum Regem in præmium ingentium meritorum, tùm pacis in Italia conseruatæ, tùm belli aduersum Turcas, prout in ipso Matthiæ diplomate hac de re disertè legitur, & Regia Maiestate dignius, & ad laudem vberius extulisset.

Liu. lib. 3. in fin.

Proæmium excipit narratio, quamà venditione Sfortiæ Andreæ non ante annum 1598. exorditur Laguna; cum Hispaniarū Rex, vsque ab anno 1571. armis Marchionatum obtineret, & rerum

Lagunianæ narrationis examen. Cap. XV.

rerum Finariensium motus, à quibus controuersiæ omnes processerunt longè ante occæpissent. Narrat Matthiam Cæsarem venditioni diplomate annuisse, eiusdemque venditionis vi Regē in possessionem Marchionatus iuisse, cum tamen nec fiat in Matthiæ diplomate venditionis vlla mentio; quinimo ex causis venditioni omnino repugnantibus appareat facta Imperialis concessio, & non nisi anno 1612. Imperium auspicatus fuerit Matthias, cuius diploma (ea fuit Lagunæ diligentia temporum) quo Regi Marchionatum Finariensem elargitur anno 1619. die quarta Februarij datum legatur. Integra nimirùm, & absoluta rerum series, & in sua quæque tempora vno tenore continuata digestio, quæ sola prælucet veritati; non deseruiebat argumento illius, qui id solū sibi proposuerat, vt ei tenebras offunderet. Id quod ne accusatoriè obiectum potius à me, quam ex veritate notatum quis putet. Reuoluat animis in eo solum, vel potissimùm versari querelas nostras, *NOVASSE contra Regiam fidem, contraque Reipublicæ Iura in Re salaria, & commerciorum Præsidem Finariensem; iussaque Regia precibus nostris, & Iuri gentium data, ac toties repetita de illis ante omnia restituendis ludificari.* Nonne igitur oportuerat narrationem professum, ea in medium ex fide producere, quæ prædictis causam, vel (vt ille persuadere conatur) causæ speciem præbuere? At protulit, quodque ad Regiam fidem attinet, disertis verbis. Sed quomodo? Narrat quidem id asseri à Republica, cui tamen nefas putat fidem habendam, sed prouocat ad documenta ipsa Regiorum promissorum, quæ hactenus producta non fuisse redarguit; vno verbo: negat. Verum enim verò, dum Rex Hispaniarum dolorem experiti per nos, & in posterum desperandi Marchionatus, per Lermium, perq; Auriam leniendum putabat; dum amicissimæ Ciuitatis timoribus, ne grauior ei Accola foret in Aula Cæsarea non dissimulatis, mederi volebat; dum Italicorum suspiciones, factique inuidiam declinabat; certè nihil erat ad persuadendum aptius, ad præstandum facilius, & ad quæcumque Regia, Regiorumq; consilia dirigenda accommodatius nihil, quàm polliceri, quam prædicare. *Omnia Reipublicæ, & Societatis Sancti Georgij iura, quæ Carrettensium temporibus, ac dominatu in Marchionatu seruabantur, illæsa, & inuiolata illo Principe permansura.* Sed hæc inficiatur Laguna, forensique more prouocat ad documenta. Ego verò nec documentum dabo, nec magnopere laborabo, vt dare possim; cum palam sit, talia, & huiusmodi alia, quæ inter Principes ex bono, & æquo passim geruntur, & commeant, docu-

Anni 1602.

cumentis publicis excipi non solere, certus alioqui Regem nunquam id recusaturum, cum nunquam negauerit, tot receptis à Nobis libellis, quibus eorundem promissorũ fides Reipub. nomine exigebatur: quod ipsum confessionis loco etiam in priuatis Iudi-
Excurs.1. cijs, vbi summo Iure agitur, haberi meritò solet *excurs.1.* At cautus videri voluit Laguna in non agnoscendis sine teste promissis Regijs, ne scilicet reos violatæ Regiæ faceret fidei illius Præfectos: cæterum nouationes Finarienses, querelarum segetem, bona fide recensuit. Nequaquam. Sed cum omittere non posset, sub inuolucro conductionis salarij Vectigalis factæ per Neuizanum à
Anno 1616. Regio Thesaurario salisque per eum è Gallia Finarium importati, occuluit veriùs, quam expresserit; nec de eis vsquam meminit, vt factas agnosceret; sed inter querelas nostras tùm demum con-
Anni 1618. tulit, vt obliquè negaret, quod studiosius erat alibi impugnaturus. Vt hinc obiter delibari possit quodnam pondus habitura sint illius dicta, qui vt factum notissimum, publico edicto comprehensum, & voce præconis promulgatum, vniuersa teste, ac damnante Italia, gestum eleuet, & (si Deo placeat) in rem suam trahat; infectum prius audet innuere. Sed hæc contrà sinceram narrationẽ commissa dentur studijs Lagunæ Fiscales conatus, ac curas adhuc spiranti, siue in quam is maluerit causam, imputentur per me licet; Illud vero nulla ratione dissimulandum, aut tergiuersatione vlla eludi potest: in recensendis mandatis Regijs ad Toleta-
Anno 1618. die 4. Aprilis eiusdem anni. nũ Gubernatorẽ. Ne quid in re Finariensi nouari permitteret, eã silentio inuoluisse, quæ epistola Regis, in explanationem eorũdem emanata continebantur. *Omnia scilicet (vt ipsis relatis verbis in loco recensui) & ante omnia apud Finarium in statum pristinum restituẽda: ijsdemque prius restitutis, tùm demum de Iuribus plenius referri ad Regem.* Quorsum verò tendat hęc omissio excors plane sit qui nõ intelligat. Regia nimirùm iussa, ad quorum splendorem conniuere Laguna non poterat, adeò perstrinxisse illius oculos, vt ad tantam rem, & quæ rerum caput est, obluctandi certo, cæcutiendum omninò fuerit. Et (ne ab incurioso excidisse, sed studiosè occultatum appareat) dum subdit quæ, Toletano Gubernatore,
Litteris diei 15. Septembris 1618. Rex iusserat, eadem Feriano nouo Gubernatori exequenda mandasse idem seruat de eadem restitutione ante omnia facienda silentium; quę tamen in eis disertè legitur (vt supra dedi) Quodq;
diei 15. Feb. 1621. illius consilium detegit manifestius, refert ille quidem litteras Regias, quibus refutatis prorsus obijcibus quibuscumque à Feriano præpostero ordine exequente mandata iniectis, illamet mãdata iterato vrgebantur; Sed contentus dixisse scriptum in litte-

ris mandata exequenda, nunquam adduci potuit, licet toties ad idem reuolutus, vt æquam adeò, adeò piam Iuribus Naturæ, ac Gentium conformẽ, & Rege dignam, ad suos iussionem; de ablatis rebus ante omnia restituendis, professæ per eum narrationĩ, insereret. Quas verò, ne forte ieiunus omninò in narratione videretur, vel vt eiusdem repleret hiatus; certè illius fines non minus, quam modestiæ egressus contrà Rempublicam nostram cõtumelias iacit, eiusdemq; iustissimos conatus carpit his verbis. *Quamplurima contradictionum capita edidit, maximèque perniciosa, & absona Imperio Respub. ac ferè vniuersæ Italiæ.* Prætereo libens, volensque: hoc enim ferunt mores mei a verborum contumelijs alienissimi, postulatque quod suscepi consilium disserendi seriò de re maximi ponderis ad Rempub. meam pertinentis, cæterorum incuriosus. Qualia tamen fuerint (ne à re recedam longius) quæ per nos subodoratis consilijs de proferendo Hispanorum Imperio in Marchionatu Finariensi, tentata fuere, sunt edita in illa theatri luce, vt nullas possint timere calumniarũ laruas. Contremuit, (vt suo loco memini) Ciuitas nostra ad rei nouitatem, & periculi magnitudinem. Statim Oratores viros primarios extrà ordinem delegauit. Hieronymum Afferetum ad Summum Pontificem, Antoniottum Cattaneum ad Imperatorem, Georgium Centurionum ad ipsum Hispaniarum Regem cum mandatis, vt quantum Iure, quantum honestate, quantum precibus, & gratia posſent, contenderent.

Ne tantulus inter arenas, & cautes tractus, in meditullio Liguriæ situs, Imperio Reipub. ab antiquissimis temporibus multis nominibus obnoxius in Ius Hispanorum concederet, quo nec Maiestas Regia auctior; nec potentia maior, nec limites Imperij tutiores futura erant, in eam rem tantum aptus, sitientium, scilicet, arenarum illarum respondens vbertas, vt multiplicato in dies prouentu, discordiarum segetes ferat inter amicissimam Ciuitatem, & Regios Administros, quos passuros Rempublicam ibi Iure suo vti pacificè, moris non est præsentium temporum. Rectius igitur, & magis ex ordine facturum, & ad quietem publicam accommodatius, nobis permittere Marchionatus acquisitionem; nihil recusaturis, quod ad Marchionum indemnitatem, ad Imperij Iura Regis Catholici obsequium conferre videretur.

In cuius rei testimonium, & ad eluendam penitus maculam, (si qua inhæsisset nobis è Lagunæ dictis) placet vnum, vel alterum libellum hic fideliter recensere, hac super re ipsi Regi oblatum, & quidem statim in aditu Oratoris Centurioni his verbis. *die 5. Aprilis 1599.*

La Republica di Genoua hà più volte per mezzo dell'Ambasciator residente rapresentato à V. Maestà le ragioni, che ella tiene sopra la maggior parte del Marchesato del Finale. Il graue danno, che le soprasta dall'acquisto, che li Ministri di V. Maestà dello stato di Milano procurano fare del detto luogo. Et supplicato à V. Maestà, che perciò si degni ordinare à detti suoi Ministri, che tralascino questa prattica: Et non hauendo fino à quì hauuto da V. Maestà, ne da' suoi Ministri prouisione alcuna in questo particolare, il quale per molti rispetti causa ogni dì maggior sentimento in tutta la Republica: Hà perciò mandato hora Ambasciatore particolare, perche di nuouo rapresenti à V. Maestà quanto sieno vere, & sussistenti le sue ragioni, & quanto graue, & insoffribile il pregiuditio, che le ne risulterebbe, oltre che non ne seguirebbe ne anche il seruitio di V. Maestà, che presuppongono. Et perciò supplichi V. Maestà, che per complimento di giustitia, & per l'osseruanza, & diuotione, che hà sempre hauuto à V. Maestà, & alla sua Real Corona si degni prouederle di opportuno rimedio. Riccorrono perciò gli Ambasciatori di essa alla somma bontà di V. Maestà supplicandola, che sia seruita ordinare, che sieno viste, & considerate le scritture, & le ragioni della Republica, & non permettere, che mentre pende la decision della caosa già delegata dalla Maestà Cesarea, si passi più innanzi in questo negotio, che è di così gran pregiudicio, e di tanta consequenza alla Republica, la quale riconoscendo tutto per gratia particolare, benche douuta per giustitia, ne conseruerà obligo eterno à V. Maestà.

Rursùs aliò Cæsar Augustæ porrecto, quo sibi flagitant Marchionatum permitti: *die 14. Sept.*

La Republica de Genoba no puede dexar de suplicar a V. M. sea seruido considerar el daño muy grande, que le succederia de la alienacion del Final puesto en medio de su Estado, sin que dello saliesse probecho, ni seruitio alguno à V. M. pues no confina con el Estado de Milan, y por otras muchas raçones representadas ya muchas vezes à V. M. De mas del derecho, que ella tiene de propriedad, y soberano dominio en parte de aquel Feudo, como V. M. por su sodisfacion podrà certificarse con medios, que le parecieren conbinientes de la iustitia de la Repub. con la quale ha posseydo pacificamente aquel lugar mas de cien años continuos, y por esto suplica a V. M. se sirua de mandar a sus Ministros de Milan, que desistan de la compra, que entendian hazer del dicho Lugar, y aiuden si fuesse menester para que, o agora por via de compra, o a su tiempo por reintegracion, segun es derecho, se buelua en la Republica: Pues en mano de ninguno puede estar, de quien V. M. tanto confie, y sin costa ninguna de V. M. se sirua del, come se sirue agora de todo el Estado della Republica, la qual lo tendrà para seruir con el à V. M. juntamente con quanto tiene con la solita voluntad, y promptitud, que cada dia sera mas establecida, y confirmada, y de mas de

ser

ser esto Iustitia, lo recibira ella a muy particular, y señalada merced, y gracia de las Reales manos de V. M.

Hæc verò, & alia generis eiusdem ad eundem scopum collineata perniciosa, & absona esse, at cum Laguna dici, respuit Maiestas Potentissimi Regis Hispaniarum, coram quo proponebantur; redarguunt ipsemet preces querelis mixtæ, quæ Rodulpho Patruo Imperatori scripto deferebantur, quarum aliquas ipsemet Laguna in lucem dedit. Honesta, legitima, salutaria Clementis Octaui Sanctissimi Principis, prudentissimique Summi Pontificis probauit auctoritas; vsque adeò, vt auctoritate Apostolica omni conatu fouenda duxerit, Archiepiscopoque Sipontino integerrimo viro, mox ad Cardinalatus fastigium euehendo, Nuncio extrà ordinem ad Regem delegato, seriò iniunxerit, vt assumpto etiam in partem curarum Nuncio Gaietano de more in Aula degente, quam posset enixissimè nostrorum vota promoueret; Cuius quidem Apostolici conatus locupletissimum Iudicem: commentarium hac de re scripto traditum Regi à Sipontino ad litteram do.

La vigilanza, che N. Signore come Padre Vniuersale sopra tutte le cose, che possono portar disgusti, & scandali, massime in Italia, tra li quali si giudica, che possa essere questo del Finale, che trattano li Ministri di V. M. comprare, essendo con grandissimo disgusto della Repub. di Genoua, manda me che rapresenti à V. M. la deuotione, della Repub. à Carlo V. & al Rè Padre di V. M. li quali han sempre cercato con diligenza di conseruarla amoreuole, & deuota senza darle disgusto. Pare à S. Santità che tanto più si douesse fare il medesimo da V. M. poiche il dubitare della diuotion di quella Republica, pare strano, stante la naturale inclinatione verso di questa Corona, e tante altre cose, che à questo concorrono. Considera perciò S. Santità che se V. M. desidera il Finale per fare porto: ne migliore, ne maggiore delli Porti di Genoua, ne più sicuro si potrà fare, oltre la spesa grande, & il tempo longo, che li corre in mezo, & fatto non sarà sicuro per li venti à quali e molto sottoposto quel luogo, & senza porto non può V. M. da quel Loghetto sorte alcuna di seruitio, ò dicommodità riceuere, & tanto meno, quanto che il Finale non confina con lo Stato di Milano, perche nel mezo vi sono stati d'altri Prencipi: & però non sarà necessario, hauendoui quattro altri Porti della Repub. sicuri per la diuotione di quella à V. M. Et se con altri dissegni curano li Ministri di effettuare questa compra, come si sospetta communemente in Italia per la cessione fatta, ò che si tenta si facci di Sauona, & altri luoghi sogetti à Genoua, come per altri motiui, che s'intendono: può pensare V. M. che lo alterare le cose d'Italia, si come si sospetta da tutti li Prencipi con queste pretensioni non sia bene, poiche

nessuno

nessuno vuol esser colto all'improuiso. Già V. M. hà gli animi pronti di quella Repub. che è la magior sicurezza, che possano hauere i Prencipi. Trattando hora di queste compre, & cessioni, è vn poner sospetto à quella, & farla viuere in perpetuo disgusto, & necessitarla a pensare alla indennità sua, & maggiormente persistendo V. M. in questa deliberatione, non ostante l'instanza fatta dalla Repub. Onde per vna minima cosa, che è il Finale V. M. mette in auentura di alienarsi li animi di quella Republica, & perdere la commodità di tutta la Riuiera, che si può dire persa, quando manchi l'amore. Il che tanto maggiormente si vede nella Repub. gelosissima di godere la libertà: perche essendo composta di diuersi ceruelli sono facillissimi à perdersi, e difficilissimi a ricuperarsi. E anche chiaro, che il porto non si farà in vn subito, onde non si può dar principio à quello, che la Repub. non sij necessitata pensare al rimedio, poiche apprendono, che il fare vn porto al Finale, sia la total rouina di Genoua, oltra la sogettione. Far donque vn Porto con tanta spesa, & con dubbio, che riesca buono, & perderne quattro, che ne hanno i Genouesi à dispositione di V. M. come proprij suoi, oltre li altri inconuenienti, che ne seguono, non par bene, ne vtile à V. M. Per queste ragioni il Rè Padre di V. M. tralasciò cose maggiori di questa, per non turbare l Italia. Si aggionge anche che il farlo, sarà l'estintione della Casa del Monte di S. Georgio, col quale seguirebbe la rouina di mezz'Italia. In oltre non conuerria molto bene, che, essendo dall' Imperatore al Padre di V. M. & da quella subdelegata la causa al Senato di Milano sopra le ragioni, che pretende la Republica in quel luogo del Finale; Hora V. M. compri vna lite, che se à priuati è prohibito, molto meno viene ad esser lecito à Prencipi. Considera molto bene S. Santità le sopradette ragioni; scorge il poco, anzi il niuno vtile di V. M. preuede li scandali disgusti, e turbationi, che possono nascere, onde desiderando come amoreuolissimo Padre la quiete del felice stato di V. M. manda me a posta, perche io riduchi tutto ciò in memoria à V. Maestà con pregarla ad imponer silentio à questa compra, sperando S. Sãtità d'ottener facilmẽte questa gratia dalla M. V. & per le cause sudette, & per la grandezza dell animo suo.

Hæc ne bone Laguna sunt ea, quæ abiona, & perniciosa commemoras?

Inuidiam verò, qua nos onerare, hac eadem ex re tentat Laguna, quasi verò Potentissimum Regem vicinum habere displiceat, facilè, ac euidentissimè ipsomet Rege approbante in eius regeram caput. Displicet, non inficior, ò Laguna, & si displicere crimen est, agnosco crimen. Sed cur displicet? Ne fortè opportunior sit Hispaniarum Potentia ad nobis vim, & iniuriam inferendam? Nihil minus. Nam (præterquam quod id respuit fiducia

nostra

nostra, qua publica, priuataque omnia in eum repoſita ſemper habuimus, refellit fides Regia, quæ vim aliorum non ſemel à nobis prohibuit) cum ampliſſimam Prouinciam Mediolani armis, viriſque refertam in finibus noſtris poſſideat; cum Mare ipſum, cui vniuerſa Liguria expoſita eſt, & adiacentes Inſulas Sardiniam, & Siciliam vtramque inſtructiſſimis obtineat Claſſibus; deſunt ſcilicet Regi vires, deeſt opportunitas iniuriæ nobis inferendæ, vt ab inhoſpitalibus aliquot ſcopulis, paucisque, & imbellibus montanis verendum ſit eam ne mutuet? Et tamen diſplicet. Diſplicere facit timor, ne Rex blanditijs quandoque, malisque artibus à gratioſis expugnatus, præponat rebus, licet inuitus, ac repugnans, viros improbos, vel improbis obnoxios, qui nullo Iuris, æquitatisque reſpectu, nulla dignitatis, vel nominis Regij habita ratione, nulla publicæ tranquillitatis cura, vt induſtrij prædicentur, vel in vtilitate Regia procuranda fructuoſiores appareant, vt fines Prouinciæ ſibi commiſſæ proferant, vt maiora Imperia à Rege cōſequantur, vt prædarum ampliorem, fœcundioremque ſegetem ferant, omnia moueant, omnia tentent, & tamquam veri lidis rectores omnibus inſultantes, non ſine ſugillatione ampliſſimi nominis, & Imperij, Regnorumque diſcrimine in plurium immerentium iacturam, ad explendas inſanas cupiditates, auctoritate, & viribus Regijs, tota damnante Chriſtianitate abutantur. Quam luem magnis Imperijs ingenitam abominari Regem ad quem longè maior, ac potior pertinet iacturæ pars, vt pro certo habeo, ita rerum Magiſtra docet experientia (licet in pleriſque, quos nominare poſſem bonorum vota expleta ſint) non paucos quandoque Rege nolente irrepſiſſe, qui Illiadem miſeriarum Italiæ, & vniuerſo Chriſtiano Orbi texuere. Et vtinam vani fuiſſent timores noſtri, & dolor irriti conatus intrà iacturam non adepti Marchionatus ſtetiſſet; eà ſequuta ſunt tempora, quæ vaticinatos in Aula Regia Oratores noſtros aperuere, dum illa, futurorum prouidi, quæ non longè poſt contigerunt, circa rem ſalariam, & Ius Commerciorū, conuentionibus Carrettenſium nobis attributa, Regiorum cupiditatibus opponebant. Neget licet Laguna (vt tandem me ab hac ſua narratione expediam) vnquam de prædictis Rempub. ante annum 1618. coràm Rege meminiſſe. Hinc minus mirum ab illo tanto apparatu, conatuque ea nunc impugnari, quæ tunc à Rege ipſo, & ab Lermæo Duce conſiliorum Regiorum tempeſtate illa maximo directore, Regijsque omnibus vno ore vltro concedebantur, deferebanturque. Nimirū hæc illius generis erant, quæ non ab Archiuio neſcio quo Finarienſi (vnde noua multa eruiſſe ſe

 iactat

iactat Laguna) sed ab incorruptis monumentis sanctioris, ac supremi rerum omnium Concilij, in quibus interiores Principum litteræ, Oratorum postulata, Consulta, Responsa demùm Regia religiosius asseruantur, petenda erant. Quibus inspectis ad has Lagunianas narrationes facilè exclamare possit, Rex ipse Alexandreum illud: *Vbi nos eramus dum hæc agerentur.* Quæ licet Regi, Regijsque notissima (cum nihil frequentius in ore omnium esset; nihil promptius esset, quo Oratorum nostrorum postulata declinarentur, & amicissimæ Ciuitatis lenirentur dolores, quam idētidem iacere, sanctèque polliceri *Catholicam Regiam Maiestatem nulla prorsus cupiditate, sed solo pacis in Italia conseruandæ studio ad Finariensem Marchionatum respexisse; cæterum Iura Reipub. omnia, haud dubie semper salua, illæsa, inuiolata, auctiora illo Prencipe futura*) Nihilominus me temperare non potui quin &, responso iussu Regis scripto edito ad Nuncium Sipontinum, susceptum clauderem Lagunianæ Narrationis examen, vt quænam illi adhibenda sit fides, appareat contestatius.

Lo que Su Magestad manda responder.

Que su Magestad tiene en mucho lo sanctos recuerdos de Su Santitad, quando le significa algo, y que ha estimado, como es iusto el termino, con que Su Santitad hase esta intercession, teniendo iuntamente la cuenta, que es rason con sus cosas, como cierto se lo mereçe el amor, y filial obseruantia de Su Magestad.

Que à la Repub. de Genoba quiere Su Magestad, y ampara como le hizo su Padre, y tiene la misma protection de su Libertad, y asi hà mandado, que en este negotio del Final se proceda con mucha iustification, como se hase oyendo à los, que la Repub. hà embiado, y entendiendo todo lo, que han querido deZir sobre ello para entera enformation de los fondamentos del negotio, en que se và con mucho acuerdo, y miramiento, y que demas d'esta respuesta, y la del breue di Su Santidad que se le dà, la harà mas particolarmente por medio del Duque de Sessa su Embaxador, y darà à Su Santitad cuenta de lo, que en esto negotio risoluiere.

En SaragoZa à 22. Setiembre 1599.

Partitionis Lagunianæ examen. Cap. XVI.

Narrationi partitio totius operis accedit; quod opus in recensendis nostris Iuris allegationibus de re Finariensi, vltimo loco productis, versari profitetur Laguna, demādatumque munus alacriter se suscepisse, perfecisseque in calce narrationis gloriatur. Irrisurus profectò pictoris illius simplicitatem: haud aliter perfecto à se demum operi inscribere soliti, quam pingebat; Præstiterit ne

ex prim s ipsis partitionis membris ipsemet declarabit. Ad duo, summa veluti genera, Iura nostra reducit: Alterum dominationem ipsam tertiæ partis Marchionatus respiciens. Alterum verò salarij vectigalis tum dominium, tum possessionem. Se verò omissis consultò ijs, quæ ad vtriusque dominium spectant, solam profitetur controuersiam momentaneę possessionis, quę quarta, quinta, sexta, & septima ex nostris rationibus, comprehenditur, executurum. At id non est eius, qui Prouinciam susceperit, perfeceritque; sed qui susceptam potissima ex parte negligit, deseritque. Agnoscit id quidem Laguna, sed mandata Regia sæpius inculcata prætexit, his vim legis attribuit, & in illorum sola interpretatione rei totius cardinem verti cõstituit. Detur hoc homini omnia in auctoritate Regia reponenti, vt in re nobiscum controuersa Ius sit quodcumque Rex ipse statuerit. Haud scio: an minus conueniat tantam rem professo: inter angustias vnius legis interpretandæ semet ipsum concludere. Certè Magnifico illo, ac splendido totius operis titulo; Auctore ipso semet corrigente, immutato; omissáque Iurium Reipub. nostræ mentione, erit meritò reponendum. *Ad Iussa Regia in re salaria Finariensi Senatoris Lagunæ commentarium.*

Sed quænam iussa? cum rescripta, numero septem, eadem de re litteris Regijs consignata, testetur: scire, velim ab homine talium non indiligente scrutatore, nec temere incurioso, cur, cæteris omissis, ea demùm, quæ in litteris ad Ferianum Gubernatorem datis potissimum proferat examinanda. Non quidem temporis ductus prærogatiua, cum longè priores ad eundem extent de eadem re. Sed non placebant tenebris inuoluturo ea, quæ de interuerso commerciorum Finariensium Iure ad querelas Reipub. iusserat ijsdem litteris his verbis. *diei 22. Ian. 1622.* *sub die 15. Septembris, 1618.*

No dexeys innobar ninguna cosa en el dicho estado del Final à si en esta materia del sal, como en las mercadurias, y trato.

Nec certo miscere, ac peruertere omnia arridebant illæ suo quæque temporis interstitio discriminatæ iussiones, de quibus in eisdem.

Y quedada primero esta orden, como queda dicho, me informeis despues de lo, que ay en echo, y en derecho cerca d'estas capitulationes, y combentiones antiguas entre la dicha Repub. de Genoba, y los Marqueses del Final, y de su obseruantia en tiempo de los dichos Marqueses, y de la obligation, que hay para obseruarla agora.

At si temporis prærogatiuam neglexit, prætulit saltem posteriores litteras, vt potè quæ vim quandam derogatoriam ad prio-

res secum ferant. Nihil minus; erant enim in promptu eæ, quas
sub die 15. Feb. eiusdem anni. & eæ, quas longè posteriores de mandatis eisdem consultissimè. Verùm si illas protulisset, in quibus post longum examen faceßere iusſis Feriani Gubernatoris obijcibus, disertis verbis
31. Aprilis 1622. jubebatur.

Se han receuido los papeles tocantes à esta materia, que embiastes, y en ellos acusais, y visto en mi supremo Consejo de Italia, con lo, que cerca dellos por parte de la dicha Repub. se ha informado. Ha parecido ordinaros, y mandaros (como lo ago) que se exequnten las dichas ordenes, sin embargo de lo, que de nuebo de ay se me ha escripto, que por las razones, que en ellas se dizen, procede à si de mi voluntad.

Non licuisset homini, qui iussa quæcumque Regis pro legibus habet, olim explosas refricare quæstiones, quod solum, vel potissimùm parabat; conatusque Præsidis Salamancæ, & Senatoris Maldonati, qui iussu Feriani eas excitauerat; Rex verò auctoritate Supremi ad res Italicas Senatus reiecerat, iterato in scenam producere.

Hæ verò nouissimæ diei 31. Aprilis 1622. in quibus legitur.

Aduertiendo os, que cerca del puncto de la possession, no se hà da trattar al presente, ora aya sida violenta, ora volontaria, o viciosa, o por otras causas, porque se hà da mantener, o restituir la possession, en que estaua la Repub. qualquiera que fuesse por que todo esto despues habian da tratar el Senado en la relacion, que se le hà pedido.

Apertè nimis respuebant eius institutum, qui amplissima, certissimaque Iura Reipub. in tractu illo antiquitus quæsita, & exercita cum negare non posset, tanquam per vim à Marchionibus extorta nullatenus attendenda, totis viribus sibi contendendum
die 22. Ian. proposuerat. Iàm verò cur has potissimùm se legerit Laguna, contenderitque in eis rei cardinem verti, non est petendum longius. Legit nimirùm in eis quandam copulam possessionis, & conuentionum, exigique vtriusque conspirationem ad iussam restitutionem, quod nusquam aliàs. Propterea diffisus (licet plurima nec quicquam dicturus) inficiari se posse possessionem, qua se deiectam per totos viginti annos apud Regem conqueritur Respub. quam etiam non ambiguè agnoscunt litteræ posteriores
diei 31. Aprilis 1622. ibi.

Y aunque a cà por los papeles, que se han visto, parece que la Repub. verdaderamente hà estado en la possession, que dize hasta el año de 1616, que el Gobernador del Final les quitò la de venderse el sal de Genoba en el Final, todauia &c.

Ratusque ex dicta combinatione possessionis, & conuentionum

viam

viam sibi sterni, quam solam quærebat æternis disputationibus omnia inuoluendi, iussaque non minùs eludendi Regia, quàm vota nostra, in hac demum exultauit epistola: vsque adeò, vt parum memor, professum ante se ex præscripto Regiorum mandatorum, controuersiam intrà limites momentaneę possessionis conclusisse, maiorem, potioremque partem argumentorum, lucubrationumq; suarum eò direxerit, vt probet non quidem nullas vnquam initas conuentiones (quod ferendum fuisset) sed vel irritas, vel nullius roboris esse, nihilque Iuris Reipub. nostræ tribuere, hoc est contrà proprietatem ipsam, cum tamen vulgatissimum, & ferè solemne in foro sit illud Iurisconsulti. Nihil habet commune, proprietas cum possessione, & Interpretum omnium calculo (etiam in priuatorum dissidijs) vbi agendum sit de interdictis possessorijs, cuilibet proprietatis quæstioni indicatur silentium. *Excurs.* 2. Satis videri possem aperuisse me in hac partitione consilium, industriamque Lagunæ, ni maior, & magis intimè ad Regem ipsum pertinens ponderatio super hac eadem Epistola diei 22. Ianuarij 1621. ab eo producta stylum moraretur meum. Aio nullam minùs ab eo produci debuisse; nihil tamen aptius illa ad purgandum Regem ipsum ab illa suspicione, qua non minus, quam infâmia ipsa vacare Hispanicum Cæsarem decet. Priorem assertionis huiusce meæ partem luculenter probet discrimen inter hanc diei 22. Ianuarij, & reliquas in eodem argumento Feriano Gubernatori datas. Hæc enim (vt aliàs admonui) ex illis fuit, quæ inter Dominum, & Dominationis Ministrum propiora, interioraque ferentes iussa commeare solent; reliquæ verò ex eis, quæ ad aliorum postulationes Regiæ liberalitatis, vel iustitiæ testes, ipsismet Oratoribus ideò perferendæ traduntur, vt exoratorum mandatorum fructum ab eis, quibus id curæ, exigant, & consequantur. Vtrisque haud dubiè vis legis inest (nimirum quod Principi placuit, *L. quod Principi ff. de Iur. nat. gent. & ciuil.*) Sed æquè maximo cum discrimine. Prioris namque generis in summa Regis libertate vetandique iusserat, necessitatem parendi imponunt Ministris. Posterioris è contra in magna impetrantis licentia abijciendi quæ concupiuerat, Regem ipsum adeò tenent obstrictum, vt salua fide Regia, qua nihil in terris sanctius, hoc est saluo Regni splendore, ac dignitate, ipsoque Imperij stabilimẽto saluo à Rege ipso refringi non possint: Tantum abest, vt ferendum sit Ministros Regios, quibus indistinctè, ac in omnibus sola parendi gloria relicta est, sub specie consulendi, eis obluctari diutius; non minùs iniurios aduersum alios, quam aduersus Regem contumaces, cuius dum sub specie monendi, licet intempestiuè,

Excurs. 2.

iussa morantur, vel Regẽ, sãctiusq; Regis Cõcilisi, qui Regi assidentignorare quæ iubeat, vel quę iubenda sint parum calere coarguunt. Monendi aliquando & ipsi Atheniensis Magistratus exemplo, qui iussus ex duabus trabibus maiorem, ad vsum cuiusdam muralis machinæ mittere, cum minorem, licet aptiorem, mississet, seueritate Cassiana duci iussus sanciuit: *Dominantium iussa cæcum requirere auscultatorem, Imperiaque infringere, qui, dum parere iubetur, interpretatur.* Quid igitur (vt redeam vndè diuerti) minus conueniebat Lagunæ, quam in selectu Epistolarum Regiarum (præteritis ijs, quibus Oratori Reipub. nostræ traditis, fides Regia nobis erat obstricta) illam producere, cuius vi ad nihil tenebatur Rex, obstringebaturque nemo præter Regios administros. Et dùm profitetur velle se ex decretis Regijs docere iniustè conqueri Rempub. nostram; ex illa epistola id ipsum depromit, qua nulla verecundia nobis obstrictum esse Regem vltrò concedimus, minusque illius vi teneri nos nemo dicet præter Lagunam. Sed ieiunus fui, dùm huiusmodi in facto conuenientiam desidero. Probo (vt sum pollicitus) nil minùs per eum fieri debuisse, cum amplissimum Regium nomen quo nihil ei religiosius colendum erat, quantum in se fuit, obiecerit inuidiæ. Fac his litteris diei 22. Ianuarij aliquid imperatum, quod eis repugnaret, quæ in epistolis Oratoribus nostris traditis continebantur. Quid tum? Non loquor de viribus repugnantium mandatorum, non quæro quodnam potius, quodnam posthabendum non disputo; Non sunt hæc huius loci, non huius ponderis. Quæro quomodo consultum esset existimationi Regij Nominis, si quæ amicissimæ Ciuitatis iustissimis querelis dederat Rex Potentissimus, publicisque litteris toties consignauerat, clanculum postmodum (vt Laguna videri vult) alijs datis ad suos litteris infirmasset, vel aliqua quantumuis leuissima ex parte minuisset? Hæc vero qui publicaret, qui produceret, qui contra optima iura benè meritæ Reipub. retorqueret, professus in eis rei totius cardinem verti, adduci non possũ, vt credam (licet Lagunæ amoribus faueam quantum possum) fieri vlla ratione debuisse. Sed vt quoquomodo factum a Laguna in decus adhuc Regij nominis traham (quæ est posterior assertionis meæ pars) illas ipsas litteras diei 22. Ianuarij 1621. (vt aliàs memini me pollicitum) beneficio Lagunæ integras do.

Hauiendose visto en mi Supremo Consejo de Italia vuestras cartas de 2. y 3. de Abril, y 15. de Octobre dell'año proximo passado sobre las pretensiones, que la Republica de Genoba tiene en el Marquesado del Final, y todos los papeles, que sobre esta materia han venido de ay, y los,

que de nueuo hà presentado el Embaxador dela dicha Republica: hà parecido, que por hauerse puesto ay en hablar de la propriedad, y priuilegios, que la dicha Repub. pretende en el Final, se os aduierte, que d'estos dos punctos, y por lo que toca al ser valida la compra de aquel estado del Final, y poder fabricar el puerto, se tiene acà bastante information, y que solo se pide parecer cerca de las conuentiones, para que no entren à poner duda en lo que està resuelto.

Y quanto à la orden, que haueis dado, para que la mia se exequta, se declara que la orden habla tan solamiente, quando concurren las conuentiones, y possession de la Republica de Genoba copulatiuè antes del' año 1571. que fue el tiempo, que de echo se entrò en el dicho Estado del Final, porque si solos las conuensiones hablassen en el caso, y faltasse la possession de aquel tiempo, ò por el contrario si hauiesse possession sola de algo, sin che fuesse comprendido en las conuentiones, no se hà tratado dello.

Por lo que toca al haueros ordenado, que cesse el prouechio de 270. ducados al año que se sacaua de la venta del sal, se os aduierte, que si esta vtilidad se saca sin daño della Republica, y sin contrauenir à dichas conuentiones, y possession, se podia continuar, y parece, que esto es conforme à lo que se saca de los papeles embiados, y citados, pues los mismos, que pagauan à la Camera Marchional esta summa por la Gabela de la sal en el Final, antes de la postrera location del año 1616. se obligauan en Genoba à tomar el sal de San Yorge, y pagar todo lo, que se consumia al pretio tassado por el dicho vanco, conforme à las conuentiones, y este puncto se os remite. porque lo resoluays con el parecer del Magistrado ordinario, donde habia information de como à passado, y si es contra las capitulationes en daño de la Republica, ò nò.

Quanto à la oblacion de crecer la Gabela hasta 2000. ducados al año, con que se pueda entroduzir sal de qualquiera parte, y se prohiba el transito della, por muchas causas, y conuenientias de mi seruitio no se hà da trattar ora de semyantes nouedades, ni despues, sin darme premiero cuēta dello, y aguardar respuesta mia particolarmente, que lo vno seria contro la orden dada, y lo otro rigurroso: y porque la postrera location à sido de 270. ducados, que es el precio, de quando se tomaua la sal en Genoba, y el Gabelloto lo hà tomado de fuera, por la qual permission se offrecen los 2000. ducados, me auisereis como hà passado esto, y quien hà leuado tan grande prouecho en esta location.

Por lo que toca al puncto principal de la orden dada en la manutencion, ò reintegracion de la Republica en el interim, que el Senado dà su parecer sobre la obligacion, que yo tengo de obseruar dichas conuenciones, se hà visto la relacion del Presidente Salamanca, y Senador Maldonado con toda

los

los papeles embiados, y tambien ponderado, que la nueba Inueſtidura del derecho del Imperio viene à fortificar mas el mio, y toda via pareçe, que ſe execute lo ordenado. (como os lo ordeno, y mando) pues en eſta materia ſe hà de caminar con mucha juſtificacion, y aſsi no baſta el parecer de dos Miniſtros, ſi no que es neceſsario, que le aya de todo el Senado. Paraque ſe entienda que la reſolucion, que ſe tomare, hà ſido con mucho acuerdo, y para eſto, ſe junten tambien con el Senado los togados del Magiſtrado Ordenario (como lo tengo ordenado por my Conſejo de Eſtado) por la pratica, que tienen deſta materia, para que el parecer, que ſe me diere, puede ſer mas acertado, y todos tengan cuidado de hazerme diſtinta relacion, en particolar de la poſſeſsion, en que ſe halla dicha Repub. de las coſas contenidas en la capitulacion, y ſi eſto ſe huuiere echo, como yo la mande, y vos ſobre la dicha mi carta eſcripta por Eſtados lo ordenaſtes, ſe habria ganado mucho tiempo, y ſerà bien, que encarguereys la ſolicitud, y defenſa deſte negocio à vno de los tres Fiſcales togados, que os pareciere mas à propoſito.

Y eſto hà de ſeruir tan ſolamente para vueſtra informacion, de lo que ſe hà de hazer en el, ſobre el qual he mandado dar à la dicha Republica vna carta para vos, para que ſe execute la orden dada, ſin embargo de lo que de nuebo ſe hà eſcripto, que por ſu parte ſe os habia de preſentar.

De Madrid 22. de Henero 1621.

Verum enim verò difficilè admodum ad credendum cordatis hominibus fuiſſet, vſque adeo receſſiſſe Hiſpaniarum Regem à Caſſiana ſeueritate, quam ſupra retuli, vt, nedum inultam tandiù ſuorum lineret contumaciam, ſed tanta vſus lentitudine, quodammodo comprobaret. Inter regnandi artes nulla certior, nulla, quam tardius dediſcant Dominantes, Imperandi, parendique neceſsitate. Ergo periculum erat, ne, cum irrita omnibus apparerent iuſſa, quæ poſtulatorum exoratus æquitate palam Rex dabat, ne eadem ſecreto (praua ſuadente Imperandi libidine) reuocata homines interpretarentur. Ab huiuſce turpiſsimi criminis ſuſpicione liberat Regem ſæpiùs decantatæ Epiſtolæ tenor, quo liberius reiectis Præſidis Salamancæ, & Senatoris Maldonati relationibus, correptaque grauiſsimis verbis mandatorum ſuorum, non ſine temporis pænitenda iactura, inuerſione reſtitutionem Reipublicæ faciendam enixius Rex imperabat. Quinimò (res nobis hactenus inaudita) Nec per liberalitatem Regiam ſtetit quominus annui aurei 270. ex ſalario vectigali Marchionibus ſolui ſoliti, quod ne poſtulatum quidem a nobis vnquam fuerat, remitterentur, Regemque ipſum obſtitiſſe (nobis etiam inſcijs) ſuorum auiditati, ne geminata iniuria, auctaque: illi aurei 270. in aureos bis mille annuos noſtra exereſcerent iactura.

In verſ. Per lo que toca al puncto.

In verſ. Per lo que toca al bautros.

In verſ. quãga à la obliaiõ

Sed

Sed quando attentius considero illa eiusdem epistolæ verba: *Y quanto à la orden, que haueis dado, para que la mia se execute.* Et perpendo, vsque ad illam diem Ferianum Gubernatorem tantum abfuisse ab executione Regiorum mandatorum, quantum eiusdem ad instantem, & exigentem Rempub. ostendunt Epistolæ, quas supra retuli; misereri subit in hac parte duram Imperantis conditionem; cui cum aliorum manibus, oculisque flectēdæ sint habenæ Imperij, dirigendæque, cæcos plerumque illos, mancosque pati parum sit; nisi falsos non semel, experiantur. Quo pudendo crimine, & proditioni proximo, Ferianum Gubernatorem, virum claræ alioqui ad posteros memoriæ, & de nostra Repub. in impressione Fœderatorum contra Liguriam optimè meritum, insimulare non ausim. Hæreo tamen in verbis prędictis, & auditor quantumuis beneuolus exitum ab illorum angustijs ægrè inuenio. Certum tamen est, vt vt prædicta se habuerint, hæc dictantem Regem alienæ fidei dedisse, credidisseq; Ferianum Gubernatorem iam tum præcepisse, vt quæ ipse iusserat circa possessionem Reipublicæ debitam, executioni mandarentur. Quod ipsum ab omni suspicione coniuentiæ, ne dum malæ fidei, Regiam Maiestatem penitùs absoluit, cum ijsdemmet documētis Regia fides (quam oppignorauerat) reddatur auctior, quibus (si quid sinistri suspicari posset) aut in consilijs insincerum expediendum fuisset.

Nec consultatio possessionis, & conuentionum, qua exultat Laguna, ea in parte est accipienda; quasi verò quid durius per eam à nobis exigatur, quam contineatur in litteris alijs per Rempublicam proferendis ad eumdem Gubernatorem datis; Duobus namq; & inter se diuersis eiusdem epistolę locis ea de re fit mentio. In illo genericè loquitur. *La orden que haueis dado, para que la mia se execute:* In hoc posteriori magis pressè ad casum restitutionis, *la orden dada en la manutētion, ò reintegration de la Repub. en el interim.* Vndè reddenda erit per Lagunam ratio. Qui cum ad solam momentaneam possessionem, & quidem solius salis in Finario distrahendi, controuersiam restrinxisset, dum mandata Regia ex hac potissimum epistola commentanda suscepit, cur posthabito pressiore, & posteriore sermone, vagum ac generaliorem prętulerit; præsertim cum in illo rei summa constituatur, ibi, *lo que toca al ponto principal de la orden dada.*

In verf. y esto à da seruir.

In versic. y quanto à la orden.

Et in versic. Por lo que toca al pūcto.

Sed quod Sole ipso splendidiorem rem facit, vtrobique de cōuentionibus agitur. In priore loco (quod assumit Laguna) illarum cum possessione ipsa concursum exigi fatemur vltrò: In po-

steriò-

ſteriore verò, quod deſerit, manifeſtè reijci; det ille neceſſe eſt ſequentibus verbis. *Que el Senado dà ſu parecer ſobre la obligation, que yo tengo de obſeruar dichas conbentiones, ſe hà viſto la relacion del Preſidente Salamanca, y Senador Maldonado con todos los papeles cobrados, y tambien ponderado, que la nueba inueſtidura del derecho del Imperio, viene a fortificar el mio. Y toda via pareçe, que ſe execute lo ordenado (como es ordeno, y mando.)* Dum igitur generaliora mandata circa rem Finarienſem data declarantur, conuentiones vnà cum poſſeſſione requiruntur; dum verò ſummam litterarum, & rei caput attingitur, poſſeſſionemque, qua deiectam ſe per ſummam iniuriam conquerebatur Reſpublica reſtituenda ſe mandaſſe Rex profitetur, & rurſum mandat, conuentiones eaſdem (fruſtrà cum Senatore, & Præſide Feriano ipſo in contrarium nitentibus) apertè reijcit. Et adhuc bonus hic Laguna, dùm conuentiones exagitat, illarumque defectus (quo ſucceſſu ſuo loco apparebit) iuſſa Regis ex hac epiſtola decerpta prætexit, quæ manifeſtè repugnant; Cum ſatis admoneri potuiſſet vel illis in calce eiuſdem epiſtolæ verbis: *Sobre el qual he mandado darà la dicha Repub. vna carta para vos, para que ſe execute la orden dada ſin embargo de lo, que de nuebo ſe hà eſcripto, que por ſu parte ſe os habia de preſentar.* Nihil prorsùs à conuentionibus petitum in Regijs mandatis ineſſe, quod Iuri, quod æquitati, quod fidei toties verbo, ac ſcripto Reipublicæ oppignoratæ, debitæque reſtitutioni reſiſtat. Hic finem imponam Lagunianæ partitionis examini, ſi admonuero, illum (eadem induſtria, qua ſemper) momentaneæ poſſeſſionis ſummam ex Regijs litteris expendẽdam in quattuor veluti capita diſtribuiſſe. Quorum primum de iuribus conuentionum. Poſtremum de Maximiliani Cæſaris reſcripto, qui faciãt ad poſſeſſionem, & (ſi Deo placet) momentaneam, quaue ratione quæ proprietatis ſunt ad eam reducantur, parteſque ferant in illius diſtributione; eget explanatore Laguna.

In ſenſu de quo per Menoch. in prælud. recuper. poſſeſſ. n. 32.

Operis propoſitum, & partitio. Cap. XVII.


Ego verò certus refellere, pro viribus, quęcumque per eum quoquomodo vulgata, proprietatis quæſtionem duobus illis capitibus per Lagunam refricatam, altius repetitis principijs diligentius examinabo, qui ſi ad nudam poſſeſſionem reſpexiſſem de qua ille in ſecundo, & tertio capitibus differit, claudere potuiſſem ſermonem meum, ipſiſmet litteris Regijs ſuperius ex fide relatis facilique negotio rem confeciſſem. Quibus & Rempublicam noſtram aliàs poſſediſſe, & Regios Miniſtros nunc vſurpare, ea, quæ ad rem ſalariam, & Ius commerciorum in Finarienſi tractu ſpectant, non ſemel agnoſcuntur, quibus duobus veluti polis vniuerſum pondus

reſti-

restitutorium possessionis includi, ac verti Iura demonstrant. *Excurs.* 3. Quod meum consilium si quis improbabit, is sanè potiùs ad priuatorum in foro controuersias respexerit, apud quos illius meritò damnatur ineptia, qui possessione deiectus, se Dominum apud Iudices profitetur, *Excurs.* 4. quam ad Regis Hispaniarum dignitatem, Senatorisque Lagunæ conatus. Illa enim magis absolutum de vniuersa re sermonem ab obseruantia sibi postulat mea. Hi verò non sinunt Genuensem Ciuem pati ab homine nulla iniuria lacessito, contrà Patriæ suæ dignitatem, & commoda inuehi tam licenter impune, eo nunquam contemnendo periculo, ne cuiuslibet silentium pro confessione omnium habeatur, &c., apud posteros inde propagetur infamia, vnde in nos à maioribus nostris ingens rei fructus, ac gloria promanauit. Non de sola igitur possessione, verum etiam de vi dominationis agam, & quod causæ superrerit, conatibus Lagunæ sit datum. Quibus tamen tribuere non possum, vt eadem methodo, qua ille vsus est, susceptum prosequar opus. Quæ ille de possessione secundo, & tertio capitibus inter primum, & quartum inserit, his ego in vniuersum postponam, & postquam de proprietate, & dominatione peregero, ad possessionem stylum conuertam, &c., in ea labores absoluam meos: Quos haud pares futuros oneri, vt suadet virium mearum imbecillitas; ità spem certam foueo, non defuturum vnum aliquem ex Conciuibus meis, qui maioribus ingenij præsidijs suffultus (quorum in Ciuitate nostra ingens semper numerus fuit) ea, quæ è dignitate, & vtilitate Reipublicæ ad rem numeris omnibus perficiendam desiderari videbuntur, afferat additamenta.

Excurs. 3.


Excurs. 4.



SECTIO TERTIA.

DE MVLTIPLICI QVERENDI IVSTI IMPERII MODO, QVOVE OLIM VSA FVERIT GENVA, ET NVNC VTATVR.

Iusta Imperia, vnde. & quæ. Cap. XVIII



MPERIVM (cuius coruscantis fulgore nemo, non rapitur; cuius incumbentis pondere non curuatur nemo, plerique succumbunt) non idem apud omnes Gentes vbique fuit.[1] Non vnũ apud easdem perdurauit diù. Hinc non tota ex vano Ciuilis illa exprobrationi mixta iactatio. *Seruirent Syria, Asiaque, & suetus Regibus Oriens multos adhuc in Gallia viuere ante tributa genitos.*[2] Sed clarissimis documentis ad ætatem nostram propagata, comprobataque. Hinc cum a Regali trabea apud Romanos liberis suffragijs cæpisset, ferro ac vi domitũ, deprauatumque in Tyrannicum desijt Syrma: non nisi prius inter Consules, Dictatoresque, interq; TT. Militum consulari potestate, Decemuirosque, ac Principes tanta inconstantia agitatum, vt non minus sub eodem Consulatus paludamento; aliud sit in Pompeijs, quod fuerat in Publicolis, quam Consulatus ipse differat à Principatu. Hinc fines Imperij Consularis egressus Marius, vt factum contra leges tueretur, iocatus se præ armorũ strepitu leges exaudire non potuisse, Reipub. Maiestati, Libertatique palam illusit. Vsque adeo à modestia temporum Camilli abfuit, cui illæ manus, ferro vindicaturæ patriam Libertatem ab incubantibus Gallis, ad tradendum suffragijs Magistratum nõ suffecissent, ni auctor Imperij ab ipsa necessitate exorti, esset Senatus ille, qui alieni ferè iuris pretioque æstimatus in Capitolio obsidebatur. Id tamen commune omnibus Imperijs semper, & vbique fuit: Vt humanæ societati, cui dirigendæ natura ipsa quodammodo insitum Imperium est; non minus noxium, & inimicum Tyrannicum sit, quam salutare Legitimum; Vna ad inuicem discriminante vtilitate; quam æque ab vtroque sibi propositam: Tyrannus tamen hominibus, tamquam brutis animantibus abutendo, ad se trahit; iustus verò Moderator, & Princeps ijsdẽ fouendis vniuersam impendit. Sed facessere hinc iussa Tyrannide, semper tolerata seruiliter, nunquam non impotenter exercita,

1 Arist. polit. lib. 3. c. 10. D. Thomi de regim. Prin. lib. 2. c. 9. Io: Bod. de Repu. lib. 1. c. 5. 7. 8 & lib. 6. c. 2.

2 Tacit. Ann. lib. 4. f. 91.

Plu. in vita Marij.

Li. hist. lib. 5

D. Th. de reg. Princ. lib. 1.

Arist. moral. Nicom. lib. 8. c. 10. D. Th. de regim. Princ. lib. 1. c. 3.

cita, in vniuersorum tam parentium, quam dominantium capita
breui semper ruitura: Certum est Iusta, ac legitima Imperia,
mutuo subiectorum, ac dominantium consensu, vrgente natura
antiquitus conciliata. Vt enim debiliores, & infirmiores homi-
nes à vi, & iniuria potentiorum, pauciores à pluribus tutarentur
se, suaque, Duces sibi, ac Rectores ex præstantissimis volentes,
cupientesque imposuerunt. Hæc Heroum dicuntur tempora.[1] *1*
Hinc Erculis, ac Thesei, & aliorum apud Græcos Principatus. *Arist. lib. 7. polit. c. 8. M.*
Hinc Romuli apud Latinos inter pastores Regni cunabula.[2] Hinc *Tul. off. lib. 2.*
apud Barbaros omnes Regna omnia.[3] Indèque merito fit, vt eò *Arist. polit. lib. 3. c. 11.*
iustius Imperium sit, quò proniora sunt, certioraque parere vo- *Plut. in vita*
lentium iudicia. Vt non ex nihilo profectum agnoscamus illud *Thes.*
Seruij Regis confidentiæ plenum consilium. Qui auctoritate Se- *2 Liu. hist. lib.*
natus Regno potius; illudque opibus, affinitate, victorijs, in- *1. Plut. in*
gentique beneficio, (censu diuinitus instituto) cum fir- *vita Rom.*
masset, pertesus vir prudentissimus: se per muliebres Tanaquil *3 Arist. polit.*
dolos in Regnum irrepsisse, ausus est, non secus ac prodeunte *lib. 3. c. 10.*
Interrege, libera comitia, creando Regi, Plebi permittere.[4] *11.*
& efficacissimum ad arguendam Nabidis inficiantis Tyrannidem *4 Liu. hist. lib.*
Attali Regis experimentum iubentis. *Deductis ex Vrbe præsidijs li-* *1.*
beram concionem præbere, declaraturam quid Argiui vellent.[5]

Nec alia fuere Plurium Iusti Imperij primordia. Decimo nam- *5 Liu. hist. lib.*
que à pugna ad Marathonem anno, ingruentibus maxima Clas- *32. f. 651.*
se in Græciam Barbaris, Lacedæmonios, iustitia non minus, quā
bellica virtute tunc temporis celeberrimos, Duces Græci om-
nes vltrò assumpsere. Hinc Spartanæ Ciuitatis in vniuersa Gre-
cia Imperium, quod vna cum Ducatu illo perdurauit, & occidit. *Thucyd. hist.*
Labente namque in Pausania eorum Rege, totiusque expeditio- *in proœ. fol. 5*
nis contrà Medos Duce, patria disciplina, ac fide; non minus
promptè ijdem Lacedæmonij à Socijs (Peloponesijs exceptis) de-
serti sunt, quam ab Atheniensibus, volentibus omnibus, succes-
sum. Qui posteriores vt opibus firmarent partum Imperium: per
speciem reddendæ Barbaris calamitatis cui ingemuerant, quas *Thucyd. lib.*
pecunias, quasque Naues, singulas præbere ad bellum Ciuita- *1. fol. 15.*
tes æquum esset socijs approbantibus statuerunt. Hinc prima
apud Græcos tributorum collatio. Hinc causę dissidiarum, ac *Thucid. vbi*
inter eosdem belli, hincque durius sociorum apud Athenienses *supra proxi-*
Imperium, quam apud Spartanos fuisset. Hi namque tributorū *mè.*
odiosis nominibus constantissimè spretis, solamque contenti in- *Thucyd. vbi*
uexisse Reipub. formam Principatus Pauiorum apud socios, quę *supra.*
apud ipsos vigebat, Iure vsque adeo ęquo socijs prętrant, vt in

nendo contra Athenienses bello, Peloponenuaci appellatione celeberrimo, cunctis, qui conuenerant socijs, ne minima quidē neglecta Ciuitate, ius suffragiorum permiserint.

Cui Græcorum Imperio, si Romanorum conferatur, haud abnuerim, vt ab his ęquius, ac proinde non immerito, diutius moderatum; ità ab illis iustius, volentibus scilicet socijs susceptum. Quod à Socijs Romanorum, nisi bello prius, ac sępius deuictis. Non temere factum legitur.

Hist. Passim. Rom. Et hæc mihi sit secunda Iusti Imperij ex Iure Gentium causa. Apud eos scilicet, qui iusto bello victi certis legibus in Imperium victoris concedunt. Quo in genere super omnes alias gentes excelluisse Romanos nemo negabit, qui eorundem præclarissima gesta recoluerit. Nec ego sexcentis documentis (quod esset in promptu) ex iustitia armorum contrà hostes; ex ęquissimis legibus victis impositis, ex fide seruata socijs, iustaq; omnibus meritorum retributione desumptis, (ne ab instituto sermone recedam longius) cōfirmabo; contentus Angelici Doctoris testimonio post Augustinū tradentis. *de reg. Prin. lib. 3. c. 5.* Quodam Iure naturæ Imperium Romanis super omnes Gentes, & Deo Optimo Maximo volente quæsitum, in præmium Iustitiæ per eos impensissimè cultæ: Vt minùs poeticè loquutum Virgilium; & infra Romanorum dignitatem, quis meritò possit arguere, canentem.

Te regere Imperio Populos Romane memento
HÆ TIBI ERVNT ARTES.

Iustis igitur armis, & voluntate parentium quæruntur legitima Imperia. Et cum Auctore Iureconsulto *l. tutor. ff. de test.* Nihil tam naturale, quam vt eodem vinculo, quo quid ligatum est dissoluatur. Voluntate pariter, & armis quæsita soluuntur. Magno tamen inter eadem illa intercedente discrimine. Necessitate nimirum cui omnia parent, duras imponente leges. Armis namque amittuntur Imperia etiam iniustis. Voluntate verò Imperantis solius. Nam (si de voluntate sit sermo) qud quæso Imperium retinuerunt Romani apud Petellinos in Brutijs; quibus præsidium contra acerrimum hostium Annibalem postulantibus. *Consultique iterum à M. Æmilio Pretore Patres, circumspectis omnibus Imperij viribus, fateri coacti sunt nihil iam longinquis socijs in se præsidij esse, redire domum, fideq; ad vltimum expleta consulere sibimet ipsos in præsenti fortuna iusserunt?* Et non ex vano illa Senatoris Volsicitani in Hispanijs reiectio ad Legatos Romanos amicitiam, societatemque post Sagunti excidium postulantes: *Ibi quæratis socios censeo, vbi Saguntina clades ignota est.* Dignaque res visa Senatus Consulto quo gratiæ Athenien-

Qui bus modis Imperia dissoluētur, & quis legitimus ex dissolutis oriatur. Cap. XIX.

Liu. lib. 2. f. 396.

Liu. lib. 3 2 f. 323.

sibus

sibus agerentur. *Quod diui sollicitati ne obsidionis quidem metu fide decessissent*. Eo nimirum tempore, quo acrius vrgentibus Carthaginensium in Italia armis, curam rerum transmarinarium Senatus omittere cogebatur. Ita est, & Gentes omnes intelliguntur necessitate, qua extorquetur a dominantibus confessio impotentiæ ad populorum tutelam: eadem intelligi eos quodcumque Imperium eiurasse. Quis enim ferat sibi arrogantem Imperium super destitutis à se, iactantemque Directoris, ac Ducis partes ad illius Ciuitatis, vel Gentis societatem sarctam tectam conseruandam, quam professus: nihil opus in se esse ad periclitantis tutelam, is in discrimine versantem deseruisset? Cum videamus etiam inter causas amittendi rerum priuatarum dominij, illam censeri præcipuã, dum quis vnamquamque ex eis habet pro derelictis,[1] execrationibusque à Romulo deuotos patronos illos sciamus, qui clientem destituissent.[2] Vt meritò à Carolo Sigonio eruditissimo viro, & de vniuersa antiquitate optimè merito, memoratu dignũ visum sit.[3] Fatiscente apud Gallos Occidentali Romanorum Imperio, Armoricis Ciuitatibus Ius fuisse pellendi Magistratus Romanos, vindicandique se in Libertatem; dum petitis ab Honorio suppetijs contra Vandalorum, & Francorum ingruentia arma, sibi ipsis consulere iussæ sunt. Armis verò licet iniustis dissolui quantumuis legitima Imperia, frequentissimi in Vniuerso terrarum Orbe Regnorum deplorandi testantur interitus. In quibus (ipsa rerum exigente Natura) illud argumento deseruit meo; quod ex ipsis quasi cineribus defuncti Principatus; vel nouus oritur penes Victorem, vel iàm ortus augetur. Ex ipsis nimirum penetralibus Iuris Gentium Arionisti illa deprompta sententia, *Ius esse belli, vt qui vicissent, quemadmodum vellent, imperarent*. Cui iniustis armis quæsito vel aucto Imperio si legitima addatur auctoritas Iusti Imperij ratio, ac decus accedit. Qui mihi sit tertius, & vltimus acquirendi Iusti Imperij ex Iure Gentium modus, non minus loco, quam dignitate postremus, vt potè quod ex iniuria mutuetur originem. Quo ex genere illa sunt nobilissima Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ, quæ dissoluta compagine Romani Occidentalis Imperij, ex ingenti veluti ruina, haudquaquam contemnenda rudera, remanserunt, & vsque ad ætatem nostram viguerunt, & florent. Quis enim ignorat Hispanias à Gotthis Honorio Imperãte,[1] Gallias à Francis, & ab Anglis Britanniam Imperanre Valentiniano,[2] per summam iniuriã inuasas, Gentisque totius immigratione occupatas? Quis verò neget Regiam Prouincijs in illis dominationem ab eisdem, alijsq; subsequutis Cæsaribus sæpiùs comprobatam.[3] Quis ambigat com-

pro-

Liu. lib. 38. f. 618.

[1] L. si quis vi 17. §. 1. ff. de acq. possess. & ibi gl. verbo vult. & DD.

[2] Halicar. libr. 2. M. Tul. de diuinat.

[3] de Occident. Imper. lib. 10 f. 180.

Cæs. com. Gal. lib. 1.

[1] Sig. de occident. Imper. lib. 11. fol. 191. Anno 409.

[2] Anno 449. Sig. de occident Imper. lib. 13. f. 215.

[3] Sig. de Occident. Imper. à lib. 14. vsq; in fin. & de Regn. It. per totum.

1 Liu. lib. 30. f. 600. 2 Liu. lib. 37. f. 777. l. 1. ff. de côst. Pri. 3 Bodin. de Republ. lib. 1. c. 10. fol. 193. late Benedict Carpho. de leg. Regia Germ. cap. 7. 4 Sigon. de Reg. Ital. lib. 6. f. 151. sub anno 911. Baron. to. 10. sub Anno Christi 913. 5 Bod. de Rep. lib. 2. c. 6. f. 348. latissimè Benedict. Carpb. de leg. Reg. Germ. de Reg. Prin. lib. 3. c. 12. Tacit. ann. lib. 1. 6 Ann. lib. 13. f. 198. 7 Tacit. Hist. lib. 4. f. 106. 8 Tacit. Ann. lib. 16. f. 216.

probandi Ius, facultatemque Imperatoribus fuisse? Triumphato Siphace, Massinissam in Africa;[1] vltra Tauri iuga summoto Antiocho, in Asia Eumenem,[2] nullo expectato, nec etiã dominantis Populi iussu Senatus Romanus Reges appellauit, & fecit. Non appellabit, nec faciet Cæsar, in quem lege Regia vniuersum Ius suũ Populus contulit, & potestatem? At imperantibus Ius non est Romano Imperio abdicare Prouincias, nec præcipuis quasi membris malè mulctatum deformare. *Excurs. 5.* Quod si fecerit, non secus, ac Domino in seruum fugitiuum manus iniectio est.[3] Sint ista; modo quæ de Germanorum benè prædicantur Imperio, malè (ne dicã ineptè) ad Romanum non referantur. Nàm Germani mores illos nondum exuerunt. *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt. Nec Regibus infinita, aut libera potestas.* Sed adhuc seruant. Extincta namque in Ludouico Arnulphi filio Caroli Magni progenie; & cum ea, addictum illud, & hæreditarium Germaniæ Regnum, pars libertatis fuit: liberis procerũ suffragijs Regium ius, certis legibus adstrictum, & quibusdam quasi cancellis inclusum electione deferre. Quod in Conrado Franconiæ Duce feliciter cœptum,[4] septingentorum annorum decursu ad hæc vsque nostra tempora perdurauit. Hinc Germanicum Imperium Aristocratici decus assumit.[5] Quod sentiunt Iuris Interpretes, dum statuunt, Imperatorium culmen (Pontificio semper excepto) dignitate super omnia esse. *Excurs. 6.* Excurs. 6.
Si verò de vi Dominationis agatur, Regio postponunt. *Excurs. 7.* Excurs. 7.
Idque voluit Angelicus Doctor, dum Imperatoriam dignitatem Regiæ prætulit quidem, sed non per omnia. Hæc verò de Romanis Imperatoribus somniare, inter instrumenta seruitutis Reges habere solitis, quibusque illud imperiosissimum conueniebat, *Haud aliter ratio constat, quam si vni reddatur.* Ridiculum planè esset, & fides deneganda Tacito, de Nerone nondum Tyranno, tradenti.[6] *Maiorem Armeniam Aristobulo, Regionem Sophenem Sohemo cum insignibus Regijs mandat.* Cæsaribus igitur Ius antiquitus plenissimum fuit Prouincijs Romano Imperio quæsitis Reges imponere, multoque certius iàm totius gentis immigratione possessis, eiusdẽque voluntate impositos comprobare. Non enim à Iure gentium alienum Theuteronũ illud ad Agrippinienses:[7] *Quomodo lucem, noctemque omnibus hominibus, ità omnes terras fortibus viris natura aperuit.* Nec Bricolai, sedes postulanti:[8] *Sicut Cælum Dijs, ita terras Generi mortalium datas.* Vndè datur intelligi inter ea, quæ ad hoc tertiũ, & postremum iusti Imperij pertinet genus, illa meritò præferenda, quæ Gentis immigratione contigerunt, qualia fuisse diximus Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ.

Vrbs

Quo Imperio antiquissimis temporibus vsa Liguria. Cap. XX.

Vrbs verò Genua, Liguriaque nostra, aliquone tribus ex hisce iusti Imperij generibus vetustissimis temporibus vsæ fuerint (vt illius æui pleraque) incompertum. Non enim facilè credendum famæ Lydorum immigratione habitatas, vndè ad hoc tertium, & postremum genus trahi meritò posset. Redarguit ipsa terræ nostræ asperitas, ac sterilitas, vix natiuis, indigenisque ferenda. Quandoquidem, vt Tucydides locupletissimus Auctor est: terrarum illecebris, & fœcunditate, cultores mutare sedes, seque inuicem propellere antiquitus consueuere: Indeque Atticam colentes, indigenas fuisse conficit; frustra refragante habitatorum frequentia maiore, quæ pluribus in Ioniam missis Colonijs sæpiùs leuanda fuerit, cum ex ipsis angustijs quies, ac securitas Gręcorum potentissimos alliceret, foueretque. Quod ipsum Liguriæ nostræ contigisse non temerè coniicio; quam si ad terrarum, hominumq; ingenia, ad Cœli salubritatem, ad rei Nauticæ gloriam, ad mercaturæ studium, ad illatas tam à Ciuibus, quàm ab hostibus calamitates, ad aureæ Libertatis amorem respicio, mutato nomine, Italiæ Atticam dicere ausim. Nam frequentiam non hostes, sed hospites intulisse, si tacerent Annales nostri, testarentur extranei. Attila scilicet in Italiam vniuersam barbariem trahente non ad solas Venetiæ Insulas fuisse refugium Italis, sed quæcumque difficiliora Prouinciæ loca tradit Sigonius.[1] Rursusq;[2] nominatim Honoratū Archiepiscopū Mediolanensem, cum Optimatibus plerisq; patrijs exturbatis sedibus, Genuam recepisse se; Alboino cum suis in Cisalpina Gallia Longobardici Regni fundaméta iaciente: Missisque Colonijs exoneratam Attico more Genuæ frequentiam, vt viciniora loca sileant. Pera in Thracica Chersonesso, Theodosia, vulgò Caffa, in Taurica, Genuensium nobilissimæ testantur Coloniæ. Et ò, vt in reliquis pares, similesque fuere Atticis Maiores nostri, ità eorumdem in excolendis ingenijs, & litterarum studijs, æmulati essent industriam. Profectò (vt maiora non immeritò deflenda prætercam) in tantis rerum nostrarum tenebris non versaremur. Vtcumque tamen sit, Iani, & Phaëtontis Fabulæ, Ligurique Regis inclytum nomen, Genti, ac Terræ nostræ commune, vt certioribus testimonijs destituta, parum ad fidem faciunt veritatis, multum certè conferunt ad splendorem; nec leuem prębent suspicionem, quæ de Heroum temporibus, in primo iusti Imperij genere posuimus ex Stagyrita, in Gentis nostræ primordijs diuinitus obtigisse. Sed postquam Romana arma, quicquid egregium fuerat in Italia, aperuerunt, eorumdemque fulgore decora Sabinorum, Volscorum, & Sannitum, (alio aliàs damnanda silentio)

in proœ. bell. Pelopo.

[1] *de occid. Imp. lib. 13. f. 223*

[2] *de Regn. Ital. lib. 1. f. 7.*

tio) lumen acceperunt, res quoque nostræ è tenebris emicuerunt.
Quo tamen Imperio vsi fuerint Maiores, totum illud octoginta
annorum spatium, quo victricia arma sæpiùs lacessantes, quam la-
a Lib. 39. f. 812. cessiti. (*Nati ad continendã* (vt loquitur Liuius a) *inter magnorum in-
tervalla bellorum Romanis militarem disciplinam*) exercuerunt. An ne
penes aliquem potissimum ex nostris Populis summum ius fuerit,
non facile dixero. Certè celebri illa, Consule Minutio, totius Gen-
tis expeditione, qua Lucensi, Pisanoque agris, totaque ora mariti-
b Liu. lib. 34. f. 700. ma populatis, b Pisisq; obsessis, quadraginta millibus armatorum
ipsimet Consuli pugnam detrectanti timoris confessionem extor-
c Liu. lib. 35. f. 705. serunt. c Et in Castra primò compulso, obsessoq; intraque Mon-
tium angustias, faucesque mox incluso, memoriæ non solum, sed
d Liu. lib. 35. f. 708. oculis ipsis Caudinam cladem repræsentarunt. d Illa, inquã, ex-
peditione coniurationem per omnia Conciliabula vniuersæ Gen-
e Lib. 34. f. 700. tis factã Auctor est Liuius, e pauloq; post f sacratę cuiusdã memi-
nit legis, qua lege exercitu coacto, Castrorum eiusdem Minutij in
f Lib. 36. f. 705. Proconsulatu oppugnationem, iteratò sunt ausi. Ex quibus da-
tur intelligi, & commune vniuersæ Genti fuisse Concilium, nec
vincula defuisse, quibus in vnum veluti corpus coalescerent. Quæ
tamen malè compacta, nulloq; certo ex tot Populis Duce, vel sum-
mo Moderatore, facile fuit Romanis armis soluere primùm, disso-
ciatos deindè prosternere, Imperioque subijcere. Mentior ni Frisi-
nates ab reliquo corpore segregatos primos oppressit Flaminius
Consul, Apuanos secundos; eiusdemque Collegij Consul alter
g Liu. lib. 40. f. 860. (ambobus namque Consulibus Liguria Prouincia erat, cum Asiæ,
Africæ, Macedoniæ, Galliæ perdomandis singuli suffecissent) Æ-
h Liu. lib. 42. f. 886. milius Frisinates. g Statellates demũ Papilij Consulis nobilitauit
iniuria: quos in Populi Romani fidem concedentes, vendi sub Co-
i Liu. lib. 42. f. 891. rona iussit. h Indè Martię de Liguribus rogationes. i Quodq; vr-
gẽte Romano bello, dissidiũ Gentis euincit, Senatus Consultum
l Liu. lib. 42. f. 892. C. Papilio, & P. Ælio Consulibus, l *Vt qui Ligurũ post Q. Fuluiũ, &
L. Manlium Consulibus hostes non fuissent, vt eos C. Licinius, Cn. Sincius
Prætores in Libertatem restituendos curarent, agrumque ijs trans Padum
Cons. Popilius daret.*

Genua sub Romanorũ Imperio. Cap. XXI.

Qua in Consiliorum, Gentisque dissensione, Genuam, primam
omnium Liguriæ Ciuitatum, Romanæ fidei se credidisse, Pub. Cor-
nelij Consulis aperiunt conatus. Qui cum prohibiturus Italia An-
nibalem exscensione ad Rhodanum facta, leuique procurrentium
equitum prælio frustrà tentatum, nec, magnis vadentem ad Alpes
m Liu. lib. 21. f. 335. itineribus, retinere in Gallijs potuisset; vt saltem Montium iugis
descendenti quamprimũ occurreret, Genuã Nauibus repetijt. m

Qui

Qui facilis, nulloque obsistente appulsus, iam tum (qui primus erat belli Punici secundi annus,) Genuenses in Romanum Imperium concessisse demonstrat. Idque inter primos Liguriæ Populos factum fuisse, cum non longè ante eiusdem initia belli, Romana primùm arma tentare cępissent, ac penetrare Liguriam. *a* Cuius prudentiam consilij nunquam in tanta sæculorum, ac rerum vertigine mutata fide, constantia propositi, confirmauit. Taceo tot Ligurum exindè bella vario euentu per octoginta annos bellata, Genuensibus semper quiescentibus. Mitto tempora, quibus, reuerentia Romani Nominis, Tarraconensium exẽplo *b* Principes, ac Romana Vrbs inter Numina colebantur. De aduersis loquor, quæ nullo intercedente quæstu, metuue, acrioribus stimulis fidem explorant, interque coniunctissimos etiam discordias gignunt; & quidem de aduersis illis, quibus non tentatum, sed conuulsum Romanum in Occidentali plaga Imperium fuit: Dum scilicet Odoacer Herulorum Rex Rauenna, ipsaque Roma vi captis, Momylloque, Imperatorum postremo, abdicare coacto, demptoque, Romani Cõsulatu Gotthici Regni sedes in Italia figebat. *c* Quod Regnum iustius Theodoricus Ostrogothorum Rex à Zenone Orientis Imperatore contrà Odoacrem immissus: *d* eoq; ingenti prelio ad Sontium primùm, ad Mœnia Veronæ iterum, ab Abduam demùm victo, Rauennæq; necato, auctoritate Cæsarea stabiliuit. *e* Neque enim (vt quod obiter dixi, verè dictum appareat) dubia fuere legitimi Imperij Iura sub Theodorico Gotthorum in Italia Rege; sed ipsamet rerum gestarum serie euidentissimè confirmata: quippe cui ab Imperiali potestate permissa fuerit Italia, & nominatim Populi Romani patrocinium, sed ex illo primum tempore ab Imperatoribus Orientis cessatum Occidentali Imperio dare Cęsares in Interregnis: Quod solus Leo non multum ante ter factitauerat Maioriano primum, *f* exindè Antemio *g* Iulio nepote tertio *h* nominatis, constitutisque. Non tamen propterea damnanda Iustiniani Legum compilatoris arma, qui per Belisarium, ac per Narsetem pluries cęsis, exactisque Regno, & Italia Gotthis. *i* Gotthici splendidissimũ nomen meritò assumpsit. *l* Iustissime namque (si vnquam aliàs) sumpta fuere arma illa, ne scilicet Teodatis Regis inulta esset, perfidiæ iuncta, immanis crudelitas, qua Theodorici, qui Auctor tanti Regni fuerat, filiam Amalesuntam, parũ habuisset paterno Regno spoliasse, ni ad arbitrium inimicorum eiusdem necauisset. *m* Illis inquã temporibus, quibus Romanum Occidentale Imperium penitus conciderat, Gotthicique Regni in Gallia Cisalpina, non minus armis, quam iure stabilita erat auctoritas,

Anno 476.

a Flor. in Epit. lib. 20.
b Tacit. annal. lib. 1. ad fin.
c Sig. de Occident. Imper. lib. 14. f. 251
d Sig. de Occid. Impe. lib. 15. f. 260. anno 488.
e Anno 493. Sig. vbi supra
f Anno 457. Sig. de Occid. Impe. lib. 14. f. 234.
g Anno 467. Sig. de Occid. Impe. lib. 14. f. 246.
h Anno 473. Sig. vbi supra f. 246.
i Anno 552. Sig. de Occid. Impe. lib. 19. f. 340.
l In proem. digest. & Inst.
m Anno 534. Sig. de Occid. Impe. lib. 17. f. 299.

ctoritas, Genuensium fides Barbarorum armis sæpius oppugnata, *a* erga Romanum Imperium emicuit, cuius partes constantissimè retinuisse probant suppetiæ, quas Belisarius in prima Italica expeditione, dum Romana mœnia ab obsidentibus Gotthis tutabatur, Mediolanensibus implorantibus miserat. Ardea siquidem copiæ soluentes, Genuam (amicam scilicet Ciuitatem) appulerunt, ibiq; Lembis plaustris impositis, Padoq; traiecto hostes deuicerunt. *b* Rursusque eodem Belisario in Illyrico secundam adornante expeditionem, vt eius cognosceret vires, Totilas Boni Genuæ Præfecti litteras falso Nuncio misit petitũ auxilia. *c* Quo facto nullũ contestatius ad demonstrandum, quæ quantæque opes nostræ, quæ & à Præfecto Cæsareo regerentur, dignæque videri possent, vt in tanta armorum in Italia contra regnantes incumbentium expectatione à conterminis oppugnarentur, propugnarenturque à remotissimis. Quam fidei tenacitatem retinuisse Gentem nostram Regno etiam Longobardorum in Italia florente, vel patet ex eo, quod ab Alboino, qui primus regnauit *d* ad Rotarim, qui maritimas etiam Italiæ Vrbes tandem occupauit *e* per totos septuaginta annos contrà gentem ferocissimam, ac formidolosissimam perdurauit.

Genua Italiæ Regno contributa. Cap. XXII.

Sed Regno Italiæ contributa tandem Genua, eiusdemque vicissitudinibus conflictata, eo vsque permansit in fide, quo ipsum concidit Regnum. Quod Regnum intrà superum, inferumque Maria, Alpesque, &, qua ad Orientem Solem Hetruria, Vmbriaque, & Piceno sinuosis flexibus prætenditur, situm; à Gotthis cœptum, firmatum à Longobardis, auctum, ornatumque à Francis; diu floruit. Sed quicumque etiam post reuocatum longo postliminio Caroli Magni virtute, auctoritateque Summi Pontificis in Occidentalem Plagam Romanum Imperium cum Imperio ipso Italiæ Regnum confundit, pessimè de antiquitate meretur.

Iure, vt quisquam, optimo Carolus, Desiderio vltimo Longobardorum Rege cum tota familia capto, iamdiù Italiæ Regno potiebatur. *f* Pipinumque iamdiù filium *g* sibi substituerat, cum demum post totos viginti annos *h* Leo Pontifex Romanus eum in Tutorem, & Defensorem Ecclesiæ Romanæ adoptatum, sacri Olei vnctione, & Populi Romani acclamationibus Romanum Imperatorem salutauit, & fecit. Non igitur cum Augustalibus ornamentis Regnum adeò suum, vt filio longè ante dare potuerit, obtinuit Carolus. Et nunquam ipse, aut quisquam ex eius posteris Imperio Regnum contribuit. Quinimò Pipino mortuo, Bernardo ex illo nepoti, habere permisit, eo-

dem

a Blond. decad. 2. lib. 3. c. 37 Ceccus de forl. in Archilogo c. 4. innuit Boter. de PP. Christianis sub Clodouæo c. 77.

b Procop. lib. 2 fol. 95. Bar. Histor. Med. f. 117. Ripamont. Histor. Eccl. Med. lib. 7. anno 538. Sig. de Occid. Imper. lib. 18. f. 314

c Procop. d. lib. 2. f. 159. anno 544. Sigo. de Occid. Imper. lib. 19. f. 325

d Anno 568. Sig. de Regn. It. lib. 1. f. 6.

e Anno 638. apud Gregor. Turnens. libr. 11. c. 7. Pau. Diac. lib. 6. c. 16. Sig. de Regn. It. libr. 2. fol. 38.

f Anno 773. Sig. de Regn. It. lib. 3 f. 88

g Anno 781. Sig. vbi sup. lib. 4. f. 91.

h Anno 801. Sig. vbi sup. f. 98.

dem tempore *a* quo Ludouicum Aquitaniæ Regem, ex superstitibus filijs natu maximum Romani Imperij (ab Italiæ scilicet Regno longè diuersi) consortem assumpsit. Sed vti nulla fœcundior discordiarum seges regnandi insana libidine, easque nil acrius exasperat, Iuris alieni vsurpatione, nullum pariter contestatius argumentum ad iura Regnorum inter se discernenda, discriminandaque, quam Regnantium ex ipso eodem fonte promanantes discordiæ. Ludouicus Pius post mortem Caroli Patris *b* Solus Imperator, Bernardum Italiæ Regem, non ferentem, se, primogeniti filium Regno Franciæ, & Imperio Romano à Patruo exturbatum, cum vicisset, oculisque (& quod carius oculis) Regno priuasset, Lothariumque, filiorum suorum natu maximum, dedisset Italis successorem, *c* Ducatum Foroiuliensem, qui ad Italiæ Regnum pertinebat, pertæsus Ducis ignauiam, in plures Comitatus pro Imperio distribuit. Quod factum impatienter, adeò tulit Lotharius, qui nedum Regnum illud, sed vitam ipsam acceptam à Ludouico ferebat, habebatque, vt assumptis etiam fratribus in vindictæ societatem, quos iniuria non attigerat, nisi fortè in exemplum, posthabita reuerentia, & charitate Patri debita, Imperatorem non minus factis, quam nomine Pium, Regnorum, ac Imperij Romani possessione spoliarit. *d* Sed audiamus verbis Nithardi æqualis illorum temporum scriptoris: Imperij Maiestatem suis tantummodo viribus nutantem, sed Regnorum opibus stantem, idque precario in Regnorum diuisione à Lothario Imperatore; bello à fratribus victo, missa legatione postulatum.

a Anno 813. Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 104.

b Anno 814. Sig. vbi supra f. 104.

c Anno 822. Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 110.

d Anno 833. Sig. de Regn. Ital. vbi sup. f. 113.

Josephus (inquit) *Eberhardus Egbertus vnà cum cæteris à parte Lotharij ad illos venerunt dicentes quod Lotharius cognouisset se in Deum, & in illos deliquisse: nolletque amplius vt altercatio inter illos, & Populum Christianum esset, si vellent aliquid illi super tertiam partem Regni propter* NOMEN *Imperatoris, quod illi Pater illorum concesserat, & propter* DIGNITATEM *Imperij, quod Auus Regno Francorum adiecerat, augere facerent, sin aliter tertiam tantummodo partem totius absque Longobardia, Baioaria, & Aquitania illi concederent, regeretque quisque illorum Deo fauente portionem Regni sui, prout melius posset, frueretur alter alterius subsidio, ac beneuolentia; conficerent pacem, & leges sibi inuicem subiectas, essetqi inter illos pacta pax perpetua*: hæc ille. *e*

Si verò inconsulti, & pleraque omnia confundentis bellici furoris odio, suspectas etiam ex eodem fonte probationes auersamur, illas à beatæ, & cuncta componentis Pacis conditionibus securiores petamus. Carolo Caluo Galliæ, & Italiæ Rege, ac

e apud Baron. ann. Eccles. tom. 10. ann. Christi 843. f. 3.

a Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 134. Romano Imperatore mortuo anno 877. a Ludouicum Balbum eiusdem filium, Galliæ Regem, Ioannes huius nominis octauus Romanus Pontifex Imperatorem iniunxit. b Qui Balbus iam tum nullo contradicente Imperator, cũ Ludouico, & Carolo Crasso patruelibus suis, de Regnorum diuisione conueniens, ea statuit, quę ipsiusmet Sigonij verbis referam. c *Sicut inter Patrẽ meũ Carolũ, & Patrem vestrum Ludouicum, Regnum Lotharij diuisum fuit, volumus vt ità ratum sit. De Regno verò, quod Ludouicus Imperator in Italia habuit, quia nondum eius aliqua diuisio inita est, quicumque illud modò tenet, ità teneat, donec conuenientes ex communi amicorum consilio quod æquius, meliusue visum fuerit, statuamus. Omnes autem sciant nos Regni Italiæ partem repetijsse, & repetere, & repetituros esse.* Hactenus Sigonius.

b Sig. vbi sup. Baron. annal. Eccles. anno 877.

c de Regn. Ita. lib. 5. f. 136.

Ecce igitur Italiæ Regnum, ipso Imperatore Romano prouocante, in familiæ erciscundæ iudicium inter patrueles deductum, illoque Prætoris edicto, vsu inter potentiores super omnem iuris æquitatem præferendo: *Vti possidetis*, compositum; quo argumento nullum validius ad Italiæ Regnum ab Imperio discriminandũ.

Quod si plerumque fuisse Imperatores Romanos simul eosdem, & Italiæ Reges, Regnum hoc Imperio contributum arguit; Certè Galliæ Regnum, quod à Carolo Magno ad hunc Ludouicum semper, vnà cum Imperio, per octoginta totos annos, apud eosdem de Gente Carolina deuenit, permansitque, ab eodem nulla seiungeret ratio, quam etiam res ipsa, opulentissimique illius Regni ad hæc vsque tempora florentis præstantia manifestè redarguit.

d Baron. anno 888. Sig. de Reg. Ital. lib. 5. f. 139

e ab anno 889 vsq; ad annũ 965. Sig. de Reg. It. lib. 6.

Regno igitur Italiæ contributa Genua, Liguriaque post Caroli Crassi mortem, d in quem cum Regnis omnibus vniuersa Caroli Magni potentia rursum coiuerat; inter Italiæ Proceres Vidones, & Berengarios diù Regnum fluctuauit. e Sed tandem cum defecisset apud Germanos in Ludouico vltimo hereditario Rege Caroli Magni progenies, f indomitæque Gentis Regnum post Conradum Franconiæ anno 911., & post Henricum Saxoniæ anno 919. Duces ad Othonem Henrici filium concordibus Procerum votis delatum est. Is Otho Adelaidæ primum illecebris anno 952. g precibus deindè Ioannis Octaui Summi Pontificis, h contrà Berengarium iuniorem, accitus, eoque Cœlo, nedum Regno, Italiæ spoliato, i statim Rex, Imperator, Magnus factus, habitusque, cuncta composuit, compositaque sub tribus Othonibus, duobusque Henricis summa tranquillitate centum, & amplius annorũ decursu l durauere: Et quem Aquisgrani Procerum iussu Regem Germaniæ Archiepiscopus Moguntinus coronabat, eundem ... prærogatiuam bellicosissimæ, & Romanæ Ecclesiæ addictissimæ

f Baron. Anno 911. Sig. de Regn. It. lib. 6. f. 152.

g Sig. de Regn. Ital. lib. 6. f. 163.

h Baron. Anno 960. Sig. de Regn. Ita. lib. 6. f. 166.

i Baron. Anno 964. Sig. vbi supra f. 170.

l ab anno 950. ad annum 1068.

Gentis

Gentis sequuti) Modoctiæ Archiep. Mediolanensis Italiæ Regem, & Romæ Summus Pontifex Romanum Imperatorem pariter coronabant; & vt Regnorum, ità Imperij iura sub vno, eodemque Principe discreta, illęsaque seruabantur.

Italici Regni dissolutio. Cap. XXIII.

Sed rerum humanarum conditio hùc pacatissimum Orbis Christiani statum diutius non ferebat, Rege scilicet puero à bonis, quod procliue erat, desciscente. Henricus Quartus is fuit, qui *a* exuto aduersus Agnetem Matrem, Sanctissimam fæminam, obsequio, prauis impulsoribus, sæuire cœpit in suos, vndè nulla iusti, vel honesti habita ratione, fide, ac iurisiurandi religione sæpius violata, eò impietatis deuenit, vt Christi Seruatoris Ecclesias in Germanis tum maximè florentes à Sanctæ Romanæ Matris Ecclesiæ communione primus seiunxerit *b*. Hoc veluti sæuissimo turbine status rerum omnium conuulsus est. Hinc Gregorij Septimi generosi ausus, quibus Henricum hunc Ecclesiæ hostem declaratum, & à piorum societate seiunctum, ac sacris interdictum, vtroque Regno priuauit: *c* Nec minore clementia ad Canusium pœnitentiam simulantem in gratiam recepit. *d* Hinc aduersus eundem Henricum iterũ desciscentem suffecti, & armati Reges à Germanis Rodulphus Sueuiæ. *e* Ab Italis Conradus ipsiusmet Henrici filius. *f* Eoq; malo publico, fatis concedente: filius alter Henricus eiusdem nominis quintus: *g* qui hactenus pietate simulata, vt à Paschali S. Pontifice Imperialibus infulis ornaretur; Patre deterior ab eodem S. Pontifice, vnà cũ vniuerso Romano Clero armato milite septo, extorsit: ne fas esset Episcopos Germanici, vel Italici Regni Pontificijs Sacris initiari, ni prius ijdem à Rege inuestituram (quam vocant) eiusdem Sacerdotij obtinuissent. *h* Meruitque vt ab eodem Pontifice in Lateranensi Concilio à Sanctæ Matris Ecclesiæ gremio eijceretur. *i* Inter tot, tantosque turbarum fluctus, quos Federicus Ahenobarbus ex Sueuiæ Duce Rex Germaniæ. *l* Ex Rege, ab Honorio Summo Pontifice Romanorum Imperator. *m* Altius, latiusque extulit, disiecitque; Qui verbuli, *beneficij*, in litteris Pontificijs vsurpatione offensus non solum negat ingratissimus, Imperiale decus beneficio Romani Pontificis in Occidentalem Plagam reuocatum; oblitus se paulò ante idem decus Populum Romanum sibi arrogantem irrisisse. *n* Sed Victoris Pseudopontificis patrocinium professus. *o* Contra Ecclesiam Catholicam atrocissimum exercuit bellum, quo bello Italiæ inclytũ Regnum, quod a duobus posterioribus Henricis agitatum, Lotharius Saxo Germaniæ, & Italiæ Rex, ac Imperator, Conradus-

a anno 1068. Sig. de Regn. Ital. lib. 9. f. 215.

b Regino Ab. Vrsperg.

c Baron. Anno 1076. Sig. de Regn. It. lib. 9. f. 220.

d Baron. Anno 1077. Sig. de Regn. Ital. lib. 9. f. 22.

e Anno. 1077. Sig. de Regn. Ital. lib. 9. f. 225

f Baron. Anno 1093. Sig. d. lib. 9. f. 233.

g Baron. Anno 1106. Sig. de Regn. It. lib. 9. f. 239.

h Baron. Anno 1110. Sig. de Regn. It. lib. 10. f. 246.

i Baron. Anno 1112. Sigon. supra lib. 10. f. 249.

l Baron. Anno 1112. vbi supra lib. 12. f. 249.

m Baron. Anno 1155. Sig. de Reg. It. vbi s. f. 289.

n Sig. de Regn. It. lib. 12. f. 289.

o Baron. Anno 1160. Sig. de Regn. It. lib. 13. f. 309.

radusque Secundus Germaniæ Rex restituere frustrà tentauerant
conuulsum, Gibellinorum, Guelforumque è Germania famosæ
factiones penitus prostrauerunt. Indè Mediolani vnà cum ple-
risque Longobardicis Ciuitatibus libertatem attrectantis obsi-
dione domiti, pœnitentia, *a* & arma, spemque resumentis de-
ditio, & excidium. *b* Nouaque eiusdem Præfectorum Ger-
manorum iniuria, cum cæteris Ciuitatibus cōspiratio. *c* Cui im-
par Ahenobarbus Italia pellitur. *d* Et licet semel atque, Anno 1174.
iterum magnis copijs contrà fœderatos incumbat, semel, Anno 1176.
iterumque, & ab Alexandriæ ad Tanarum oppugnatione,
repellitur, Papiaque includitur, & à Mediolanensibus in-
genti prælio vincitur. *e* Tandemque ad pacem ab Ecclesia Anno 1175.
(adorato Alexandro Summo Pontifice) petendam, & ad
sexennales inducias primum mox ad concordiam cum fœ-
deratis Ciuitatibus ineundam, Pacis Constantiæ appellatione Anno 1176.
celeberrimam, adigitur. *f* Affirmare tamen non ausim, dum
nobilissimi Regni fundamenta conuellebantur, disijciebantur-
que, nomen, speciemque illius omninò exoleuisse. Scio & ipsum
Ahenobarbum ad officium coactis Mediolanensibus, Corona
Italici Regni Mododetiæ redimitum, *g* Henricumque eius
filium idem decus ambientem, Patri auctorem Longobardicæ
pacis fuisse. *h* Et a pacatis, quiescentibusque coniuratis, quod
ab armatis desperabat, Mediolani voti compotem factum. *i*
Quod ipsum nec aliqui ex posterioribus Germaniæ Regibus ne-
glexerunt. Sed contendo male opinatum Sigonium, virum alio-
qui diligentissimum, qui Regnum Italiç tum demum extulit, Ro-
dulpho Cæsare per Perciuallem Fliscum libertatem Italis ve-
nalem exponente. *l* Nisi intelligamus hominem eruditissi-
mum de tempore radicitus euulsi, & nusquam reuicturi Re-
gni loquutum; quæ longè ante: Romano Pontifice Auctore, Me-
diolanensibusq; Ducibus; contrà nitentibus Ahenobarbo Impe-
ratore, Henricoque filio, & diutiùs, acriùsque, Federico minore
variante in Italia armorum, Partiumque fortuna, re vera conti-
gerunt. Quis enim licet victore, ac Rege Coronato Ahenobar-
bo, (vt taceam eo victo, & Italia profugo) gementibus sub Præ-
fectis Germanis Italiæ Ciuitatibus, vim, decusque Regni Italici
agnoscat? Quis Federicum alterum modo insultantem victis, mo-
do à victoribus declinantem, semper tamen exoptatam Italici Re-
gni Coronam flagitantem, sed frustrà, Regem Italiæ, fateatur?
Vbi denique Regnum? vbi Rex, Federico iuniore mortuo
vsque ad hunc Rodulphum Germaniæ Regem, Italiæ Libertatem Anno 1250.
licitante

a Anno 1159. Sig. de Regn. Ital. lib. 12. f. 300.
b Anno 1162. Sig. vbi sup. lib. 13. f. 312
c Anno 1167 Sig. vbi sup. lib. 14. f. 320
d Anno 1168. Sig. vbi sup. f. 322.
e Anno 1176. ex Sig. vbi supra lib. 14. à f. 327. ad f. 331.
f Anno 1181. Sig. lib. 15. f. 342.
g Anno 1159 Sig. de Regn. Ital. lib. 12. f. 301.
h Sig. lib. 14. f. 338.
i Anno 1184. Sig. lib. 15. f. 342.
l Anno 1185. Sig. de Regn. Ital. lib. 20. in fin.

licitante, toto triginta sex annorum spatio? Certè si
Anno 1286. rem ipsam inspiciamus illo etiam interuallo temporis ab Aheno-barbaro ad hunc Rodulphum, nusquam apparebit Italiæ Regnũ, constabitque totum illud, quantum tandem sit, quod Germaniæ Reges in Italia habuerunt, & vsque ad hæc nostra retinent tempora, tanquam Prouinciam Germanici Regni addictam habuisse, ac porrò retinere: Vsque adeò vt Carolus Quintus æterni nominis Imperator, dum exoletum decus recolere concupiuit, in argumentum antiquatæ potestatis, Italici Regni Coronam non Mediolani, siue Modoetiæ, vti solemne erat, nec ab Archiepiscopo Mediolanensi, cuius iuris, & muneris fuit; sed Bononiæ Pontificia auctoritate, Federici huius nominis tertij sequutus exemplum a nomine tenus obtinuerit b cum re, Pedemontanum, Mediolanensem, Mantuanum, Montisferratensem, Mutinensem Ducatus, (vt leuiora præteream) haud contemnendas reliquias opulentissimi Regni tanquam Prouincias Feudali nexu Germanico Regno obnoxias retineret, illiusque successores, qui nunquam Italiam attigerunt, ad nostra hæc tempora optimo illo quidem, sed non alio iure retineant. Si cui tamen altius quam facile possit euelli, insedisset animo vulgi persuasio: non nisi Romanum censendum esse illud imperium, quod à Græcis non alio iure, quam Romano fulgentibus ad Germanos translatum fuisse scriptores passim testantur. Is non prius hæc nostra adiecerit, quam serio secum reputet: per sexcentos, & amplius annos, ab inauguratione Caroli Magni nouæ Romæ Græcos Cæsares imperitasse; nec in tanto seculorum decursu vnquam auditum: quidpiam quod siue ius, siue decus Romani Imperij respiceret à Græcis detractũ Germanis accessisse. Nec Carolum eumdem quantumuis rebus præclarissimè gestis tumentem, vllum vnquam ius ex hoc translatitio Imperio sibi in Græcos vindicasse, cęterasue Prouincias Romano parentes Imperio. Quas tamen obtinere nuptiarum illecebris Irene Imperatrice captata flagrantissime concupiuerat.

a Anno 1452. Onoph. Pann. Roma. Princ. lib. 3. f. 231.
b Onoph. vbi supra f. 232.

Genuæ Libertas vndè, & quæ. Cap. XXIV.

Sed inter primos Italici Regni fatiscentis hiatus Vrbs nostra Genua Regio Patrocinio destituta, sibique consulere coacta, ad Libertatem emersit, virtutem acuente necessitate, cum vltra cõmune totius Regni malum, quod paulò ante recensebam, longè malus præsentiusque, Gentique nostræ præcipuum, ab Arabica lue formidolosius immineret. Saraceni fuere, qui Mahumetis imposturis acti, quasi fanatici ex Arabia erumpentes, vniuerso terrarum Orbi truculentum bellum intulerunt, Morteque spurcissimi Pseudoprophetæ auctoritatem conciliante absurdis placitis, quæ

malè

malè ex omnibus sectis confarcinata, sibique ab ipso Deo dictata impudentissimè mentitus, solum armorum argumento asserenda, comprobandaque vaferrimus stabiliuerat; Mirum dictu, quæ, quantaque vno veluti impetu confecerint. *a* Heraclio Imperatore ingenti prælio in Syria superato, Syriam ipsam cum Hierosolyma, Ægyptũ, Mesopotamiã, Persidẽ, Aphricã, Rhodũ, Cyprũ intrà illud tẽpus intercipiunt, quod ad peragrandũ tot terrarũ spatia vix sufficeret: *a* Nec longè post eo confidentiæ deuenerunt, vt possessa Armenia, *b* Vrbis ipsius Constantinopolitanæ obsidioni iteratò, imperante Leone Isaurico huius nominis tertio per biennium incubuerint *c* Et ex Aphrica, quasi gradu facto, Hispanias vsque ad Pyreneos ingenti Christiani Orbis clade, Gotthicæque Gentis internecione obtinuerint, & ex Hispanijs Gallias ijs viribus tentauere, vt, quod nunquam aliàs vllo in prælio factum legitur, trecentis triginta quinque millibus eorum interfectis, vt modestiores in numero recensendo testantur, *d* à Carolo Martello fuerint submouendi: Non tamen adeò viribus animisque fracti, vt rursum eadem tentates ab eodem Carolo. *e* Apud Narbonam, prælium iterum ausi, iterum cędendi non fuerint. Hæc igitur Gens numero infinita, feritate truculentissima, tantis successibus ferox, quæ Classibus totum ferè constrauerat Mediterraneum Mare; Italiæ nostræ nequaquam pepercit; sed occupatis Insulis, vastatisque littoribus omnibus *f* interiora etiam infesta latrociniis habebat: Vsque adeo, vt inter leuiora damna sit reponendum, expilatas ab ea fuisse Sanctorum Apostolorum Ecclesias Romanæ Vrbis. *g* Cum Ioannes huius nominis Octauus Summus Pontifex à truculentissimis hostibus securitatem ipsius Vrbis Romæ in perpetuum Christiani nominis dedecus, pacto annuo tributo emere non recusauerit. *h* Hos humani generis hostes Carolus Magnus nouit, eademque felicitate, qua cæteros, ter cæcidit, Primo Pipini filii auspiciis. *i* Iterum anno sequenti Burchardo Duce. *l* Tertiò non multum post Bernardo nepote Moderatore. *m* Prima, & secunda pugna Nauales ab Insulam Corsicæ fuere; quibus magna clades haud dubiè illata Barbaris. Sed hæc potius irritatio quædam hostilium animorum fuit. Quandoquidem è viuis sublato Carolo Magno, apud eius successores rei Naualis studium prorsùs refrixit; Regno verò Italiæ, Imperioque ad Germanos Mediterraneos homines translato, adeò obsoleuit, vt nulla vnquam inter bella innumera Naualis expeditionis mentio facta legatur vsque ad Henrici huius nominis sexti tempora, qui Siciliam vtramque, dotalia

Regna

a ab anno 631. Baro. Annal. Eccl. Sig. de Regn. It. l. 2. f. 37. cũ seqq.
b Baron. Anno 692.
c Anno 717. Spond. in cõp. d. ann.
d Spond. in epit ann. 725. fol. 848.
e Anno 733. Spond. vbi supra f. 854.
f Anno 806. Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 101.
g Anno 849. Spõd. in Epit. f. 927.
h Anno 877. Spõd. in Epit. f. 964.
i Anno 806. Aim. lib. 4. f. 94. Regin. in chronic. lib 2. ann. fuld. Blõd. deca. 2. f. 165. Sig. de Regn. It. lib. 4. f. 101.
l Paul. Emil. lib. 3. Sig. vbi sup. f. 102.
m Anno 812. Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 103.

Regna contrà Tancredum Spurium Regem, Classium viribus à Genuensibus, & Pisanis impetratis, obtinuit. a

Quibus temporibus in tanta Maritimarum virium imbecillitate, ne dicam desuetudine, quo in statu versarentur Italiæ littora ad inferum Mare, quibus, præter Aphricam, Hispaniamque, plurimis opulentissimisque Saracenorum Regibus infessas; Sicilia, Sardinia, Corsica Insulæ prætenduntur, eadem lue exundantes, multiplicibusque prædatorijs Classibus instructissimę: Quodque Imperij Ius ab Regibus Germaniæ, Italiæue retineri potuerit super Populis per trecentos, & amplius annos, immanissimi hostis prædæ expositis, ac pęnitus derelictis, excors planè sit qui non intelligat. Genua verò nostra omni humana ope destituta, Diuina verò hactenus adiuta, vt, manantibus puniceo colore infectis è fonte laticibus, sanguinario prodigio, imminentis calamitatis admoneretur. b a truculento ex Aphrica hoste vi capta, spoliataq; puberibusque omnibus, qui deprehendi potuere, interemptis, crudeliùs fædis alitibus, ferisque habitanda relicta fuerit, quam expugnata. c Eo tempore, quo Berengario Seniore, lenitate, & clementia celebri, Veronæ à suis, paucis retro annis, perfidè interempto. d Hugo Comes Arelatensis breui Berengario Iuniori cessurus, Italici Regni sceptra attentabat. e Romæ verò Sacra profanaque omnia, sæuis adeò libidinibus Marociæ impudicissimæ feminæ cesserant, vt nedum Summos Pontifices ad arbitrium famosissimum scortum intruderet, pelleretque, sed Ioannem huius nominis vndecimum, quem ipsamet incestuosa nefario stupro ex Sergio infami Pontifice genuerat; vix pueritiam egressum, (si tamen egressum) sacris sit ausa præficere. f Quid igitur facerent Genuenses, quos vel fortuna, vel industria à tanta clade reliquos fecit? Ignoratione veri, non minùs contrà pietatem, quam contrà Historiam peccat Cornelius Tacitus, dum quas Dei monitu beatas petiuere terras Hebræi Mosis iussu, tribuit desperationi, dùm scribit.

Sic conquisitum, collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, cæteris per lacrymas torpentibus, Mosem, vnum exulum, monuiße, ne quam Deorum, hominumque opem expectarent ab vtrisque deserti, sed sibimet, vt Duci cælesti crederent; hæc ille. g

Certè non sic Genuenses mei Sileant iàm mihi Annales omnes, & pereant rerum omnium monumenta. Christiana pietas, quam inter primos Italiæ Populos, Barnabæ primùm Apostoli, Nazarii exindè, & Celsi ore sanctissimo primis illis nascentis Ecclesiæ temporibus hauserunt Maiores nostri. h Quamque puram, &

a *Anno 1194. Sig. de Regn. Ital. lib. 14. f. 333.*

b *Blond. dec. 2. f. 181. Io: Villan. lib. 3. c. 6.*

c *Anno 931. Sig. de Regn. Ital. lib. 16. f. 158.*

d *Anno 925. Sig. de Regn. Ital. lib. 16. f. 155.*

e *Sig. de Regn. Ital. lib. 16. f. 156.*

f *Spond. in Epi. ann. 931 f. 991. lat. Baro. ibidem.*

g *Hist. lib. 5. in princ.*

h *Surius in vitis Sanctorum Carolus Nouariæ Episc. n. 5. Bistutius cap. 3. Ripamontius libr. 1. cap. 16. & cap. 78. Baron. hist. Ecc. tom. 6. ad ann 451.*

illibatam ad nostra hæc vsque tempora transmiserunt, nulla vnquam hæreseos, vel impietatis labe coinquinatam probet, Liuore ipso Iudice, ad Diuinam opem contrà Dei hostes confugisse supplices Genuenses, eamque breui, de more, præsentissimam sensisse, cum è tantis calamitatibus nullo alio nedum emerserint adiutore; sed (quod nec in votis eos habuisse credibile est) pulsis, fugatisque sæpius iisdem Barbaris, quibus iamdiù Reges, & Imperatores omnes opulentissimis Regnis, & Mari omni Mediterraneo cesserant, securitatē non solum, sed Libertatem, sed Imperium nobilissimum sint consequuti. Quę ne ampullosę à me dici suspicari quis valeat, audiamus tantæ rei primordia verbis Caroli Sigonii Mutinensis hominis nobis nec officio culti nec beneficio deuincti, nec vlla verecundia obnoxii, quique apud viros doctos summam ex fide laudem meritò est consequutus. Is Henrico huius nominis primo, Germaniæ, & Italiæ Rege, & Imperatore, anno à salute humani generis quarto supra millesimum habet. [a]

[a] de Regn. Ital. lib. 8. f. 187.

Hoc autem tempore Genuenses, & Pisani ad inferum mare locati, exēplo Venetorum, qui superum incolebant, rem tractare Naualem non mercatura solum, vt ante, sed etiam rei militaris causa cœperunt. Occasionem autem dedere Saraceni, qui piraticam exercendo, nauigationem Italiæ propè omnem ademerant, & proximis Insulis occupatis, Liguriæ, atque Hetruriæ oræ in dies impotentius insultabant. Itaque dùm prædones insectari, & Saracenos partis pellere sedibus contenderunt, breui patientibus ipsis Regibus, atque annuente Pontifice, tantum sibi potentiæ pepererunt, vt nomen suum extra Europæ fines, nedum ipsius Italiæ propagarint. Et paulò post. *Cæterum Pisanorum, & Genuensium potentiæ comparandæ primordia fuere Sardinia, & Corsica, quas Saracenis iam inde à Caroli Magni temporibus occupatas, cum Pontifex Romanus acerbissimè ferret, proposito diplomate indulserat, vt qui eas occupasset, sibi haberet, dummodò Christianos suo Saracenorum Imperio liberasset. Quo edicto incitati Pisani Sardiniam, Genuenses Corsicam inuaserunt.* Hactenus ad rem nostram Sigonius. Inde (vt quæ altius à Iure ipso Naturæ, & Gentium, contestataque annalium serie petitis principijs erui, tandem conficiam) pro indubitato est retinendum mordicus, Italiæ Reges Imperium illud, quod à Rothari Longobardorum Rege quæsitum in Littorali Liguria habuerunt ab vsque Germanorum Imperatorum primordijs, Saracenorum incumbentium vi, metuque, quibus impares omninò erant, vltrò dimisisse, ijsdemque Regibus (quibus ne Ratis quidem vlla vnquam fuerat ad tutelam in Mediterraneo Mari) tacentibus, vociferante verò, & consulere sibi iubente rerum ipsa Natura, Genuam nostram nullius præter-

quam

quam Dei Optimi Maximi præsidio fretam, à necessitate, virtuteq; suorum mutuato consilio, suismet ipsam viribus repulisse primùm à scopulis suis Barbaros, repulsos vniuerso Ligustico Mari, fugasse, fugatos nedum sui compotem, atque liberam, sed auctiorem iàm totius Liguriæ legitimo Imperio factam per vniuersum terrarũ Orbem ad satietatem cęcidisse. Vt satis apud illius temporis scriptores omnes conueniat, nullum firmius præsidium, Mari præsertim, Christianam vniuersam Rempublicam habuisse, nullum præsentius malum horruisse impiam Saracenorum Gentem Genuensiũ Classe, militeque. Taceo Aphricanas, Syriacasque expeditiones. Taceo Hyerosolimitanum Regnum Mare intercedente impenetrabile, Hyerosolimamque ipsam sanctam Ciuitatem munitionibus insuperabilem, Genuensium Classe petitam, Genuensium machinis expugnatam, Potentissimoque Genuensium præsidio (quod ipsum cubitalibus litteris in ipso Sacri Sepulchri ore insculpsit Regum illorum fides) firmata noua illa in Oriente Christianorum Regna. Taceo denique tot Reges exactos, restitutosque, tot impiorum Classes demersas, ac deletas, tot Insulas receptas; ne quod optimæ causæ impendo, Maiorum gloriæ data imputentur. Illud non reticebo, quod studium non minus Maiorum nostrorum ergà Hispanicam Gentem eadem peste tùm maximè laborantem, quam odium aperit contra infensissimos Christiani nominis hostes.

Genuēsium de Hispanijs ātiquissimũ meritum. Cap. XXV.

Insederat tunc, pluribus dispertita Regnis in Hispanijs Arabica eadem lues. Regnabat Alphonsus ille eiusdem nominis septimus Legionis, & Castellæ Rex à virtute, & rebus gestis Imperator cognominatus: Dum Genuenses, qui hanc pestem vbique sibi exterminandam susceperant, annoque superiori ad minorem Balearem, Hispaniæque littora latè strauerant, cęciderantque, rogatu eiusdem Alphonsi, & Ramonij Barchinoniæ Comitis, Eugenij verò Tertij Summi Pontificis, qui in idipsum Legatum Genuam miserat impulsu, expeditionem contra Almeriam Ciuitatem summis studijs anno à Natiuitate Christi millesimo, centesimo quadragesimo septimo decernũt, intra q; mẽses quatuor magno omniũ ordinum nisu, mulieribus etiam mundos suos vltro conferentibus, triremibus sexaginta tribus, amplioris autem formæ Nauibus cẽtum sexaginta tribus, milite, nauta, omnique militari apparatu instructissimis Vberto de Turri gentili meo Consule (quis prohibet Patriæ meritò priuatum decus inserere) præcipuoque cùm Collegis quinque Duce ad littora vlterioris Hispaniæ contra infestissimam Ciuitatem appellunt. Sita erat Almeria ad Bœticæ littora vltra Cademi Promontorium, cui ad Orientem solem ad omnem

 oppor-

opportunitatem Portus, qui Magnus dicebatur, adiacebat. Ad hanc natura, & arte munitissimam maritimas omnes vires Saraceni, qui Hispanias incolebant, contraxerant, indèque piraticam de more exercentes, littora omnia Hispaniæ, Galliæque infestissima habebant. Hanc igitur, veluti sedem, seù verius asylum hostium humani generis, quos tamen sibi præcipuos iamdiù depoposcerant Genuenses excisuri, illico inopinato tantæ Classis appulsu, Mari hostem spoliant; coactum in siccum naues subducere, cum tamen interim non minùs ipsi terra prohiberentur equitatus inopia, à qua parte virium destituti aduenerant; frœti largè suppleturos Alphonsum, Ramonemque in terra propria militantes. Sed hos vel ex insperata Genuensium in adornanda, & expedienda tanta Classe, celeritate, vel alia quauis de causa adeò imparatos ab omnibus reperit Oddonus Bonuasallus, qui statim ab appulsu à Consulibus ad eos missus fuerat nunciatum ipsorum aduẽtum, vt Alphonsus exercitum suum maiori ex parte iàm dimisisset. Non destiterunt tamen Genuenses, sed omnibus interim exploratis, præparatisque, statim ac Ramon cum paruo equitatu aduenit, exscensione in terram facta, hostes, magno prælio victos, quinque millibus eorum cęsis, trepida fuga in Vrbem compulerunt. Sed dum Barbari altitudine, & firmitate mœnium freti, conatus nostrorum irrident; Genuenses verò machinarum struendarum peritia, ætate illa celeberrimi, ligneas turres, machinamenta quatiendis mœnibus apta, rei nouitate attonitis Barbaris, & crebris eruptionibus opera interturbare tentantibus, summa struunt sedulitate: Aduenit tandem Alphonsus Rex non pluribus quadringentis equitibus, ac peditibus mille, comitatu verius, quam exercitu septus. Cuius nominis splendore potius, quam viribus aucti nostri in duodecim millenarijs agminibus exercitu dispertito per murorum strages, quas machinæ murales dederant, vi in Ciuitatem, decem millibus Barbarorum cęsis, irrumpunt. Qua clade consternati cęteri non pauciores viginti millibus, semet cũ arce victori, pacto redemptionis pretio, tradiderunt. Poterat hæc si cęsorum, captiuorumque numerus spectetur, si bellicæ artes à nostris exercitæ, si malum ingens ex visceribus Christianorum euulsum, magna videri Genuensium victoria, nisi gradus ad maiorem fuisset. Almeria namque sub eodem Bonuasallo mille selectorum militum præsidio firmata, cum in Orientem solem Patriam cogitantes proras direxissent Genuenses, Barchinonem appulsi, precibus eiusdem Comitis Ramonis, odioque hostium Christiani nominis dederunt, vt littoribus in eisdem hibernarent,
Tor-

Tortuosam inimicam Saracenorum Vrbem vere primo oppugnaturi. Dimissis itaque domum, cum triremibus duobus, Vberto de Turri, & Ansaldo Auria Consulibus ad supplementum primo quoque tempore adducendum, subductisq; in terram nauibus, ingenti alacritate omnia comparant ad futuram inimicæ Vrbis oppugnationem. Erat Tortuosa validissima tunc temporis Saracenorum Vrbs ad ripas Iberi fluminis, decem millibus passuum à Mari sita, arce insuper munitissima, Septæ nomine celebri, in superiore sui parte tuta, quæ fossa xx. pedum latitudine, & xxx. profunditate circumdata, ea omnia machinarum genera expugnādis mœnibus apta, contemnere videbatur, quibus nostri Hyerosolimarum vetusta iàm tum, & recentissima Almeriæ oppugnatione formidabiles erant: Vt meritò contrà crescentes in diem Christianorum in Hispania opes, Saracenorum propugnaculum finibus in illis Tortuosa diceretur, habereturque. Accesserant copiæ ex omnibus circa Hispaniæ Saracenorum Regnis, quas & fama externi, sibique, fato quodam, exitialis hostis, & preces eorum, qui in periculo versabantur, exciuerant, eo genere, ac numero, vt animos facere etiam minùs Barbaris potuissent. Fiduciam augebant Ludouici olim Caroli Magni filij infelices conatus; qui victricibus vbique terrarum Patris armis, Ciuitatem eamdem in odium teterrimæ Gentis, non minùs piè obsederat, quam frustra. [a] Sed tot difficultatibus Genuenses haudquaquam deterriti, de victoria verò adeò securi, vt de præda diuidenda cum Comite pacta firmarent, statim ac anni opportunitate permittente Genua suppetiæ aduenere, auspice Deo littoribus Barchinoniæ soluerunt eiusdem Ramonij Comitatu, qui in commilitium quosdam Equites Templarios, & Guglielmum Montepesulanum assumpserat; ipsisque Kalendis Iulij Iberum inuecti, & quousque nauium aluei patiebātur progressi, exercitum exposuerunt. Quæ verò, locatis Castris, contra opulentissimam viris, armisque Ciuitatem, virtutis ediderint documenta, ieiunat adeò scriptorum omnium sermo, vt coniectura potiùs, quam certa narratione sint assequenda. Illud constat primo circa Templum in aditu Vrbis in modum Arcis firmatum, Genuenses, qui ea parte curabant, acriter, multoque cum ipsorum sanguine dimicasse; Mœnibus exindè Ciuitatis machinarum impetu de more stratis vi in Vrbem irrupisse. Sed Vrbe capta circa Arcem ipsam multiplici militarium facinorum, operūque genere diù insudatum: explendam fuisse fossam, complanandamque ingenti importata, ac congesta materia, perque solum instabile, & malè complanatū, admouendas fuisse Arci machinas,

[a] *Regi. chron. lib. 2. sub anno 809.*

cas-

easdemque ariete, balistisque ex Arce debilitatas, rudentum retibus ad maiorem firmitudinem tunicandas; ad extremum pluribus, præclarisque editis fortitudinis, ac constantiæ exemplis, ad deditionem coegisse, tanta virium fiducia, & ostentatione; vt non dubitauerint inter deditionis conditiones, ad suppetias arcessendas quadraginta dierum moram hosti concedere, & vniuersam Barbariem in propinquo stantem, tanta suorum Vrbis, vel calamitate proposita, vel tutela; irritare, prouocareque. Hoc meritum erga Hispanias, integrum fuisse Genuensium, vt nec ipse Ramon partem aliquam decerpere possit, licet ad partem prædæ ex condicto à nostris æquitate animi admissus illud euincat; quod satis constat capta Vrbe, dum circa Arcis oppugnationem res in sũmo discrimine versarentur, Comitem ipsum à militibus suis in summa pecuniarum inopia stipendia importunè flagitantibus flagitiosissimè desertum. Quæ licet penuria scriptorum illius æui taceant Hispaniæ Annales; Franciscus tamen Diagus, qui nouissimè res gestas Comitum Barchinonensium summa cura contexuit ex publicis tabulis ea hausit, & publicauit, a de quinquaginta libris argenti ab Ecclesia, solidisque septem millibus septingentis à Ciuibus Barchinonensibus corrasis à Comite, ipsis illis diebus decima quinta Nouembris, & tertia Decembris, hoc est in ipso agendarum rerum calore, quæ narrationi nostræ ex Caffaro æquali illorum temporum scriptore depromptæ, pondus haud leue addere possent. Cuius quidem Caffari verba ipsa, consularis viri, quique rebus ipsis interfuit, referre inter documenta alia haudquaquam pigebit. G Vt ex ipso incompto, & vix latino dicendi genere veritas ipsa simplicior, auctorisque candor ingenuus emicet magis; ad concilianda etiam ea, quæ ab Hispanicarum rerum scriptoribus Toletano, Zurita, Mariana, alijsque recentioribus malè hausta de ijsdem Almeriæ, Tortuosæque expugnationibus non semel, nec vna in re inuicem pugnantia vulgo traduntur.

a lib. 2. c. 153. 154.

G

Genuensium super Ligures Imperiũ, vnde & quo modo. Cap. XXVI.

Genua igitur (vt ad institutum sermonem redeam) non expectato, post Othones, Henricosque, Italici Regni interitu, cum cæteris Italiæ Vrbibus ad libertatem emersit; sed Henricis ipsis, Othonibusque florentibus, inopiaque maritimarum virium ab eis destituta, prædæque Mahumetanorum relicta, virtute non minùs se ab iniurijs Barbarorum, quàm à Iure quocumque alieno in libertatem vendicauit. Vt non immeritò illorum sit mihi erga Gentem nostram remittenda gratia, qui b vnà cum plerisque Hetruriæ Ciuitatibus à Flisco nostro Rodulphi Regis Vicario pretio emptam coniiciunt Libertatem; Ducentis quinquaginta, & amplius ante

b Bodin. de Republ. libr. Benedict. Carph. in legem Regiam Roman. cap. 7. sect. 4. n. 11.

Rodulphum Cæsarem annis à Maioribus nostris Iure, vt quisquam, optimo partam, propagatamque, & contrà vtrumque Fridericũ, quamuis rerum in Italia prçclarissimè gestarum florentes, egregiè, constantissimèque defensam. In hunc denique modum è sinu miserentis Dei, terrore Saracenorum obstetricante, hisce super scopulis, emissa noua Respublica, Imperium etiam in vniuersam littoralem Liguriam breui est consequuta; Illius equidẽ generis, quod super legitima omnia præcipuum in voluntate parentium, & Ducatu potentiorum stabilitum, ipsa natura auspice coalescit: Cuius rei gestæ seriem, vt nullum, quem sequar, certum auctorem nominare possum, ne desiderem quidem causarum vis, ac necessitas facit. Propulsandi erant à littoribus ingruentes vndique Saraceni: propulsati sunt. Profligandæ innumeræ prædatoriæ Classes per totum inferum Mare volitantes; profligatæ sunt. Exterminanda ex Sardinia, & Corsica Insulis barbara Gens, quæ per trecentos, & ampliùs annos eas insederat: exterminata est. Milite, Nauta, Classe, Duce ad tanta peragenda opus fuerat, quis dubitet? Quis autem intelligat, dum concordi vniuersæ antiquitatis testimonio, tantæ molis facinora Genuensibus tribuuntur, Milites, Nautas, Remiges, Classes, omnia demùm ab vna Ciuitate profecta, paulo ante ab eisdem Barbaris, viris, opibusque exhausta? Non secus igitur ac Spartanis, Atheniensibusque meritò id ascribitur, quod Græci omnes ijsdem Ducibus contra Medos gesserunt; Ducatusque illi à volentibus in tutelam assumptis Imperium Spartæ, Athenisque parauerunt; Res eadem quodammodo loquitur, littorales Ligures habitatores omnes ab Italiæ Regibus, quorum dominatui suberant, destitutos, prędæque barbaris expositos, Ducibus assumptis in communi omnium discrimine Genuensibus, securitatem sibi, Imperium illis peperisse. Neque enim Genuæ ex Italici Regni iuribus aliquod Imperium in cęteros Ligures tribuendum est, sed ex Caroli Magni formula, a quam retinuit, perfecitque Otho Magnus b Regni Prouincia quęlibet in Ciuitates, quas liberas, & suis vtentes legibus, sed tributarias esse iusserat, inq; limitaneos agros, quibus Comites, Marchionesque ad iura reddenda imposuerat, erat distributa. Hinc cum Lunæ Marchiones, ac Comites Lauaniæ Orientaliorem Liguriæ partem, Marchionesque Saonenses, ac Comites Albintemelij, ad occasum vergentem inter minores Dynastas Vrbi Genuæ nullo iure obnoxij obtinerent: necesse omninò est in communi totius gentis discrimine, conatibusque volentes, cupientesque Ligures cęteros assumpsisse in Duces Genuenses, assumptos verò imperare sibi

a *Sig. de Regn. Ital. lib. 4. f. 90.*

b *Idem ibidem lib. 7. f. 175*

sibi eatenus passos, quatenus maritimarum expeditionum necessitas exigebat, illo sub Duce, cui maritimarum rerum, viriumque omnium cura incumbebat. Neque enim Reipublicæ statum conuellere, vt Spartani; nec sub tributo viuere, vt Athenienses pro Imperio adigebant socios Genuenses; Sed quam mollissimo Imperij genere contenti, Liguribus omnibus suis legibus viuere, suisque Iuribus vti permissis, nulloque, ne leuissimo quidem tributo imposito, id solum curabant, vt fœdere illigatos, conceptis ex formula verbis, sacramento adigerent: sub Consulum Genuensium Imperio, dicto audientes omnes futuros, vetarentque disertis verbis, ne cuipiam eorum ius esset importare, vel exportare ex Liguria quidquam Mari, nisi appulsu priùs in portũ Genuę facto ibidemque in vectigalibus, portorijsq;, non secus ac Ciues Genuæ factitabant, persolutis. Æquum namque putabant, haud immeritò Genuenses, nec abnuebant socii, fructum aliquem ex purgato prædonibus Mare sibi habere præcipuum; quem minori ex haud absimili meritò indulsit Græcia Minoi, & reliquis *a* in vsum præsertim Classium ad omnium tutelam parandarum in Ciuitate sterilissimi aliàs soli, & rerum omnium egentissima. Hinc celebris apud Nos semilatina vox illa *Deuetum*, qua nulla frequentius in publicis tabulis, & fæderum legibus, cum finitimis legitur, ad illam in Mari Ligustico potestatem exercendam, cui res Genuensis innitebatur. Hinc etiam illa barbara prorsus, *Compagna*, quam (societatem intelligas) sub Consulibus nostris pro Imperio iurare adigebantur socii, & per eam fœdere haud æquali Genuensibus iungi. Hinc denique numeroso milite, remigeque tot Genuensiũ Classes, quas vel solis Genuæ habitatoribus impletas, vel absq; eorumdem Imperio in reliquos Ligures cogi potuisse; nec Pythiæ credendum esset. Certè publica documenta omnia in rem nostrã siuè à nobis, siue ab aliis condita, sub anno centesimo supra millesimum (à quo tempore aliqua rerum nostrarum memoria constare cepit) illud habent præcipua animaduersione dignissimum: Quod de Libertate Genuensis Reipublicę, eiusdemque in vniuersam littoralem Liguriam Imperio dum loquuntur, ita loquuntur, vt de re haud dubia, & retroactis temporibus iam constituta, vt ex tabulis iis, quæ in tempore dabo, manifestius apparebit.

a Thuc. lib. 1.

Nouum autem hunc, & felicissimum rerum ordinem auspicatos Maiores nostros sub Henrici potissimum, huius nominis secundi Imperatoris è viuis excessum, qui contigit anno à salute humani generis quinquagesimo sexto supra millesimum, indè adducor, vt credam; Quoniam iam tum tot anni fluxerant ab illata à Barbaris

Genuæ Libertas, & Imperiũ q̃do. C. XXVII.

ingenti

ingenti illa calamitate, vt ad spiritus resumendos spatium fuerit, & subolescentis iuuentutis spe reparandas vires, & ab illo tempore, ad annum eiusdem sæculi nonagesimum octauum, quo Syriacæ Genuensium expeditiones iam partum cum Libertate Imperium demonstrant, ea interiecta est mora, quæ ad tanta perficienda è tam paruis initijs; rerum ipsa quodammodo exigit natura. Quibus pondus haud leue addere potest illa consideratio, quod Henrico illo mortuo, Imperium Romanum, Regnumque Italiæ fuit sub muliebri Agnetis tutela, quæ fuisse femina non minus fatiscentis Regni, quam alienæ in Italia Libertatis latè superiùs probasse me memini. Vt verò Conciues mei si ingenium, diligentiam certè meam in tanta re non desiderent: bina documẽta publica do H ab omnibus ante me scriptoribus (quod sciam) neglecta, sed ex sanctiori Archiuo nostro deprompta: In quorũ altero ordo præscribitur, quo incolarum præsidia suo quæque loco ad defendendam ab hostibus ingruentibus Vrbem prestò esse iubebantur. In altero I verò de Preconis munere (Cintraci apud nostros) eiusdemque beneficijs agitur. In quibus licet de certo tempore, quo potissimum fuerint condita non appareat rerum angustiæ, quas spirat oratio, suadent, Papiensis moneta, quam loquitur, extorquet: longè ante centesimum secundum supra millesimum fuisse condita, quo demum anno, & vires Reipublicæ ad transmarina bella sufficiebant, & Papiensis moneta erat antiquata. a H I

Si verò ex me requirat quispiam, quorsum tendat horum documentorum exhibitio, dabit facile veniam, si interpellato tantisper sermone, Conciues meos obiter ex eis admonuero, quam paucissimis: *Disciplinam* (vt de Emporitanis Ciuilis prudentiæ parẽs tradit Liuius) *custodem illam quidem esse imbecillitatis, sed auctore me, & Maiorum nostrorum exemplo, Libertatis Altricem habendam esse, Imperij Parentem prædicandam*, & vlteriori quacumque posthabita mora illicò ad institutum rediens, respondebo; Dispertita suo quæque loco ad Ciuitatis custodiam accolarum prẹsidia; contributam ad Ciuium tutelam a remotioribus certam pecuniam; Consulare dulcissimum nomen longo postliminio, tùm primùm in Italiam, & in scopulos nostros reuocatum; Preconis munus vocandi Populum ad arma, si res poscebat, nullius auctoritati, præterquam Consulis suppositum, cuicumque lectori, vel oscitanter legenti documenta illa digito ipso quodammodo demonstrare, illis ipsis in angustijs, quasi inter fascias vagientem paulò ante natam Libertatem, quam prosequor, totam in se positam

a Caffar. anno 1102.

nullo externo milite, Profectoque, qui vadentem, magnis gressibus, ad virilitatem moraretur. Libertas hæc, & Imperium Genuensis Reipublicæ primi, ac nobilissimi per me constituti generis, legitimi Imperij honestata prærogatiuis; secundi non desiderat robora. Postquam Genuensiũ virtute, totius Gentis res felicius fluere cœperunt, remotisque Barbaris suas quique socij respexerunt, exuto timore, felicium vota induere, & ab officio, fœderibusque paulatim discedere; vt sæpius armis ad Imperium fuerint cogendi, durioresque in dies à victore Populo accipere conditiones. Sic Albinganum præcipua Liguriæ Ciuitas; Sic Comites Albintemilienesſs, Lauanienſesue mei; sic Sauonæ; sic Luenses Marchiones; Quibus & illud perniciosissimum accidit: Quod venditionibus Castrorum, Villarumque pluribus Genuẽsi Reipub. & inter se diuisionibusque sæpiùs factis, vires suas quotidie minuebant; discordijsque Ciuilibus nostris impliciti, & in partes tracti ijsdem vicissitudinibus, quibus Genua supra omnes Italiæ Ciuitates agitata fuit, conflictabantur. De cæteris taceo, De Marchionibus Finariensibus in tempore referam. De Albinganensibus præcipua non tacebo, in quibus id ipsum placet, quod a causa alienissimi, quo minori controuersiæ sunt exposita, eo pleniori fide ea, in quæ tendo mihi conficient. Inter Comitatum Albintemiliensem, ac Marchiam Sauonensem, sita est Albingaunum Pertinacis Augusti Patria, antiquitate, ac nobilitate nominis; inter primas Liguriæ Ciuitates, soli verò vbertate, ac fæcunditate supra omnes. Vt non nisi Ciuium virtute, ac opibus inferior, Principem in Prouincia locum Genuæ cessisse, reliquum sit. Hanc sociali fœdere primis illis temporibus fuisse nobis iunctam insignis eiusdem calamitas testatum facit. Nàm Pisani anno à Partu Virginis 1165. arma infeliciter toties tentata contrà nos resumentes, triginta duarum triremium Classe Albinganensium littoribus appulsi, & nec opinantes prælio adorti vincunt primùm, dein vi captam Ciuitatem incendunt.

a Obert. Cãcel. annal. anno 1165.

a Vt certum est debitas pœnas à Pisanis fœderatum violatoribus de iniuria, tantaque calamitate illata socijs exegisse Genuenses, qui post plures eis illatas clades decimo ab illo anno, ad pacem dimidia Sardinia Insula ab ipsis redimendam Pisanos adegerunt.

b Obert. Cãcel. anno 1175.

b Ita charitas illorum temporum suadet ad restituendam incensam Ciuitatem socijs omni ope affuisse Genuenses, licet taceant Annales nostri, in quibus altum de Albinganensibus silentium. Et tamen quartò à dicta pace Pisana anno Nicolao Embriaco, & 1183.

K socijs Consulibus; publicum conditur documentum K quo do-

cumento

cumento, conuentionum appellatione celebri, leges præscriptę leguntur, quibus Albinganenses liberi quidem, & suis legibus viuentes, sed sub Genuensium Imperio essent: Quarum lenitate cum præter societatem armorum in maritimis expeditionibus sub Consulum nostrorum Imperio, præterque Deuetorum (fas sit illorum vocibus vti, quibus haud dubiè Ius quoddam prohibendi describitur) tam editorum, quam edendorum præceptis parendi necessitatem, nihil durius sancitum legatur: Ea sola adiecta cōditione, vt trans Mare nauigaturi omnes auctoritate Consulum Ianuensium id facerent, idq; pecuniæ soluerent exactoribus Albinganum mittendis, quod Genuenses Ciues Genua soluentes ęquependere cogerentur. Iam patet reliqua omnia: Vt sui iuris essent: Vt sua omnia haberent: Vt suis legibus viuerent: Vt Rempublicam denique in manu sua haberent, retinuisse. Ea nimirum formula, qua vniuersam Liguriam littoralem in Genuēsium Imperium vltrò consensisse, priscis illis temporibus, non temere conijciebam. Verum nec diù eisdem legibus societas Albinganensium stetit; Qui ciuiles Maiorum nostrorum discordias, quæ pessimo publico ætate illa occæperunt (nec vlterius sæuitum quam vt summum Reipub. ius a Consulibus ad Prætores peregrinos transferretur) in suam occasionē crescendi vertentes, imperata facere sæpius recusarunt: Sed apertius, & contumacius. Henrico Imperatore Ahenobarbi filio ingēs Nostrorum meritum, (ne minor in referenda gratia appareret.) maleficio rependente.
Anno 1191. Anno 1194. Is enim vt dotalia vtriusque Siciliæ Regna, è manibus Tancredi Spurij Regis eriperet, legationibus primum ad extremum præsens ipse demissis precibus, & ingentibus pollicitationibus (cum diceret *sibi in Germaniam reuersuro, nihil præter Regni nomen, Genuensibus fructum omnem opulentissimarum Prouinciarum Mari expositarum, quo ipsi pollebant, cessurum*) socia arma à Populo Genuensi obtinuit; ornatissimæque Classis viribus, cui Prætor ipse expeditionis Dux aderat; vi expugnatis Caieta, Neapoli, Syracusis, Messana, Panhormo munitissimis Ciuitatibus, & opulentissimis, tandem potitus Regnis, ingratissimus; nihil ne Syracusas quidem, quas cum adiacentibus agris beneficio Ahenobarbi obtinuerant Genuenses, præstitit promissorum, cauillatus, morte Prætoris, in cuius locum Othonem Carrettensem suffecerant Classiarij, neminem superesse, cui Reipub. nomine pollicita præstarentur. Hac spe deiecti, pretioq; tantorum meritorum à fœdifrago Imperatore fraudati, iras contra Pisanos, sæpius ex ingenita incōstantia hostes, & contrà Albintemilienses,

qui rebellauerant effuderunt. Cuius infamiæ labe aspersos fuisse 1199.
Albinganenses etiam, vt suspicer, faciunt societatis leges, quas eodem anno volentes imposuerunt sibi, ijs, haud dubiè, quæ præcesserant, longè duriores, in quibus etiam quædam non leuia contrà Albintemilienses nominatim sunt cauta. Videre est
L ex eis L grauiora superioribus additamenta; interque præcipua. *Arma in expeditionibus quibuscumque terra etiam faciendis consociaturos, Tributa passuros, trans Mare nauigandi, (appulsu prius ad portũ Genuæ in itu, redituque non facto) Ius non fore, Pacta nulla, quibus hisce tantillum quidem derogetur, cum aliquo inituros, Præceptis Consulum, Prætorisue bona fide audientes futuros, Societatem omnem quocunque iuramento vallatam cum Ligusticis initam dissoluturos, Nullamque imposterum inituros, Perfugis, fugitiuisque Genuensium omnibus finibus suis interdicturos, Bellum denique contrà omnes, Albintimilienses præsertim, Consulibus Genuensibus volentibus, iubentibusque totis viribus gesturos*. Sed nec diù stetere conuentis Albinganenses; inimicitijs namque, quas à Patre contrà nostram Rempub. hæreditarias exercebat Fridericus minor animati, sociisque assumptis Sauonensibus, violatis fœderibus; sub tutela Thomæ Allobrogum Comitis, cui Vicarias in Italia Imperatoris partes demandauerat Fridericus, adhæserunt Imperio. Nec bello domiti, & parere coacti, vltrà annum 1238. durauere, sed iterum rebelles 1226.
iterum subiugantur. Friderico verò hoste Ecclesiæ declarato, acriùs contrà Rempub. nostram insurgente, quæ pietate à Maioribus per manus tradita patrocinium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ palam susceperat; difficile iudicatu est, An per integrum decennium, quo tanta tempestas deseuiit, Ciuitas nostra, vel grauiora discrimina de summa rerum subiuerit, vel maiora vtriusque fortunæ præstiterit documenta. Fridericus namque in societatẽ armorum assumptis Pisano vicino, & acerrimo ex æmulatione hoste, pollicitationibusque ingentibus nedum Albingauno cum Sauona, & tota Occidentali Liguria, sed quamplurimis ex Ciuibus nostris in partes tractis, crudelissimum contrà Rempublicam nostram, contraque Sanctam Romanam Ecclesiam, & bonos omnes exercuit bellum: eo vsque crudelitatis, ac impietatis prouectus, vt bello captos, excoriato in modũ Crucis capite, necatos, pietati simul, ac sacris insignijs, quibus tamquam tesseris, pietatis propugnatores honestabantur, truculentus illuderet. Nec destitère nostri; sed Pietatem, qua nihil in terris sanctius; Libertatem, qua nihil dulcius, Imperium, quo nihil augustius, quæ vna periclitabantur, tueri certi, hostibus declaratis degenerantibus

tibus

tibus Ciuibus, belloque indicto rebellibus, Milite, ac Classe comparatis, impigrè rem gerere cœperunt. Quæ principio haud feliciter cessit temeritate Ducis nostri; qui Classem oneribus grauem, tribus Legatis Pontificijs, plurimisque Occidentalium Ecclesiarum Præsulibus, qui ad sacrum Concilium, contrà Impium indictum, Romam euocabantur, impeditam expeditissimæ, & duplo ferè maiori hostium Classi obijcere non dubitauit. Inde luctuosissima illa Friderici de nobis, Entij filij ductu, Naualis victoria, quam tot sacris viris, & sacrorum Principibus captiuis, tędioque, ac pędore carcerum confectis, infamia deformauit. Qua clade nostri animos non demiserunt; sed noua, longèque maiori instructa; deductaque Classe; quam (adeò in tanta Ciuium, ac sociorum dissensione vires suppetebant) triremium nonaginta sex, (inter quas tredecim numerabantur, quæ à maiori forma, pluriumue remorum ordinibus Galeatię dicebantur,) fuisse testantur Annales nostri. a Hac Classe Pisanos, & Siciliensees recenti victoria feroces, numeroque superiores (octoginta namque triremes armauerat Pisis Fridericus, Sicilia verò quinquaginta sex accitis coniunxerat) nusquam consistere ausos, aut pugnæ se committere, littoribus omnibus fugauerunt. Et mox Sinibaldum Fliscum (natum ad illustrandam non minus Patriam nostram, cuius nobilissimus Ciuis fuit, quàm ad Sanctæ Romanæ Ecclesiæ asserendam dignitatem) ad Summi Pontificatus apicem euectum sub Innocētij Quarti nomine, Genuam, frustrà reluctante Imperatore, adduxerunt, indèque iter ei in Gallias aperuerunt. Vbi sacrorum Patrum solemni indicto, coactoque Lugdunensi Concilio, sanctissimus Pontifex, omnibus approbantibus, Fridericum Imperatorem ad causam dicendam vocatum, morasque ex mora subdole nectentem, impietatis contra Sanctam Matrem Ecclesiam damnatum, sacro anathemate perculit, Regnorumque omnium, ac Imperij Iure spoliauit, iussis Electoribus dare successorem, qui dicto audientes, Henricum Turingiæ illicò suffecere. Quo veluti fulmine ictus Fridericus penitùs concidit. A Parmæ muris, quam obsidebat, fœda pulsus fuga, thesauris omnibus, & quod pretiosius ei thesauris erat, Victoria, Ciuitate, quam in odium inimicæ, & excidio destinatæ Ciuitatis Parmensis sub eius oculis miles gloriosus extruxerat, spoliatus primùm: mox in magna amicorum solitudine, quam crudelitate, ac sæuitia comparauerat, omnique pristinæ fortunæ apparatu, quam impietate corruperat, destitutus, fato infelicissimo obijt. Quo fato (quod implacabili hoste viuente desperandum fuerat) quies Genuensium enata est.

[Margin notes: a Obert. Cancel. ann. 1242. — Anno 1245. — Anno 1248. — Anno 1251.]

Depre-

deprecatore vsi Summo Pontifice Ciues, qui desipuerant, & in partibus Imperatoris fuerant (Rampini factionis nomine vocabantur) in gratiam, & Ciuitatem recepti; ad rebelles sub pristinum Imperium redigendos, magno comparato exercitu terra, marique, Menabone de Turricella Prætore, ac expeditionis Duce ad Varaginem infestis armis consederunt Maiores nostri: Hique à Legatis rebellium, Albinganensium præsertim, veniam deprecantibus, molliti, eos non in societatem, & amicitiam, vt antea,
M sed sub dominationem acceperunt his legibus, M quibus vsque ad hanc diem quadringentesimo ferè elapso anno, raró Dominantium exemplo, nobiscum viuunt. Argumento sit legibus illis, tùm demum Albinganenses belli terrore domitos in Genuensium venisse potestatem, inter alia Arx ipsa Albingauno imminens, Genuensibus permissa, Prętorque, qui Ius inter eos diceret, quotannis Genua petendus; sed inter præcipua, verba illa Dominationē ipsam spirantia, quæ in primo, & , præcipuo capite leguntur: *Ciuitas, & homines Albingana, & districtus erunt de cætero ad mandatum Communis Ianuæ*, quibus adnexa exceptio, mox à Republica concedendorum demonstrat, in cœteris firmitatem. Inde sicuti ex prioribus fœderum legibus meritò eliciebatur, Albinganenses integra omninò sibi reseruasse ijs, quæ permittebant exceptis; His posterioribus è contra nihil eis esse reliquum constat præter ea, quæ in eisdem à Republica conceduntur. Et hæc, quæ circa Albinganenses primariam Prouinciæ Ciuitatem contigère, eadem pro costanti habendum est eisdem, vel parum absimilibus de causis, Ciuitatibus reliquis, Dynastisque omnibus euenisse, & vt admodum verosimile sit in tanta antiquitate, & litterarum penuria, multiplicique rerum conuersione, bellorumque calamitatibus, quamplurima penitus excidisse, adhuc extant in tabulis publicis eiusdem generis non pauca, quibus pari ortu, exituque Albintemilium, Sauona, Ciuitates Lucenses, Lauanienses, Albintemilienses, cœterisque Dynastæ (vt de Finariensibus suo loco referam) in Reipublicæ Genuensium venerunt potestatem. Sola Naulo, modica Ciuitate, numquam infida, seruata semper in ostentationem Ligusticæ fidei in pristina societate suis legibus, suisque Iuribus sub vetusto Imperio feliciſſimè, licet in paruis perseuerante. Verum enim vero singula prosequi fusius eius esset, qui argumenti propositi obliuisceretur. Dabo Gentilium meorum splendori potiùs, quam causæ, si admonuero inter præcipuos Liguriæ littoralis Dynastas, quiq; late in Orientaliori plaga à Delfini portu Leuantũ vsq; dominabãtur Lauaniæ Comites fuisse, & in eis

Tutren-

Turrenses meos, qui anno salutis humani generis 1166. se suaq; omnia in cliëtelã Reip. traddidere his legibus, quas ex publicis documentis ex fide reddo N. Dabo causæ, sed iam conclusæ referens inter *Excurs.* 8. Bartholomæi de Bosco Iurisconsulti nostri clarissimi, integrum responsum (ex eis, quæ post longas tenebras, fuit enim contemporaneus Baldi) beneficio Ioannis Baptistæ Senareghæ Iurisconsulti magni nominis lucem apud Lodanum habuerunt, quo responso leges pacis Sauonensi Ciuitati sæpius datę, sed præcipue ad Varaginem eadem, qua contra Albingaunum expeditione, recensentur, examinãturque; Vt quod de secundo legitimi Imperij genere, iustis armis à Republica Genuensi parto, prosequor argumentum, non de solis Albinganensibus, de quibus non vti solis, sed vti præcipuis memini, sed & de Sauonensibus, cæterisque Ligusticis omnibus conficiam. N *Excurs.* 8. *Anno* 1620.

Genuensis Libertatis, & imperij approbatio. CXXVIII. Tertij verò, ac postremi generis vi parti, sed auctoritate Dominantium firmati, legitimi Imperij decus, quo Veneti gloriantur, Batauituentur Imperium, & Libertatem; eo longius arceri videtur à Genuensis Reip. Imperio, & Libertate; quo propius ostendi, consensu, iustisque armis, primi scilicet, & secundi generis, modos ei conuenire. Quorum dignitas, & prærogatiua non modo dedignatur, & reijcit huius posterioris ab iniuria orta, & ab alieno suffragio quæsita præsidia, sed cum eis quodammodo pugnant. Quandoquidem nihil impediat consensu partum legitimum Imperium, iustis etiam armis (socijs scilicet iussa detrectantibus) posse firmari, vt firmauere Athenienses; certè inuicem pugnant, & insociabilia pęnitus sunt consensus cũ iniuria; arbitrium cum armorum vi. Non igitur ab iniuria dominantis, vel ab alieno arbitrio pendere potuit illud Imperium, quod, consensu subiectorum partum, iustis armis firmatum probauimus. Vera vtique sint ista (si summo iure agamus) & sensui quodammodo exposita. Quis autem prohibet, si quid in hoc posteriori Imperij genere præclarum est, nec tamen ab alieno pendẽs arbitrio, quinimo ab omni iniuria alienum, quod Reipublicæ Genuensium Iure conueniat; decerpere, eiusdemque Imperio, ac Libertati adnectere iam firmatis? Quis Italico licet dissoluto iàm Regno, Germaniæ Regum, & exindè Imperatorum negligat testato æditas Genuensis Libertatis, ac Imperii approbationes; qui sciat per trecentos, & ampliùs annos per Germanorum cateruas Italiam lacerasse, sed calamitosissimè vtriusque Friderici temporibus, vt Germanici Regni in præclarissima Prouinciarum assererent iura; videatque etiam num plures nobilissimas illius

partes

partes prouinciario quodam Iure eisdem parere? Nihil sanè commune habeat Liguria nostra, licet Regno Italiæ antiquitus contributa, cum Cisalpinæ Galliæ Ciuitatibus, quam Saracenorũ vis, concedentibus per impotentiam Italiæ Regibus, à reliquo corpore sciunxerat, sciunctam, destitutamque ab omnibus, incolæ ipsi à sola ipsorum virtute petito præsidio, in libertatem vindicarunt, Nihil, inquam, commune habeat Genua cum cæteris Italici Regni Ciuitatibus, quas sæpius *a* de armorum societate contrà communem hostem legationibus appellata, vt causam dissociaret, constantissimè semper reiecit. Certè qui cogitet Ahenobarbi cum victore exercitu ad Derthonam primũ, & indè ad Boscum minas; Qui Henrici eius filij perfidiam, qui Friderici minoris ingentes, ac diuturnos conatus, ornamenta ducet Imperii, ac Libertatis Genuensium haudquaquam sperpenda, documenta illa, ab eisdem Imperatoribus Iurium Imperii acerrimis vindicibus, elicita, quæ aliquam licet leuem constitutæ Libertatis, ac Imperii secum afferant approbationem. Apud illos verò, qui litteris, dubito, an verius ingenio abutentes, autumant; Romanorum nostri temporis Imperatorem, quasi Octauiani Augusti successorem, Vniuersi Orbis terrarum Dominum esse, quorum ingens est numerus *Excurs. 9.* calculos omnes haud dubiè referam, si repetita Imperatorum eorumdem approbatione, Libertatem, & Imperium in vniuersam littoralem Liguriam Reipublicæ Genuensium comprobatum docuero: cum sola Imperatoris patientia, vsurpatæ à Populo libertatis teste Andrea de Isernia magni nominis Iuris Interprete *b* ad plenam sufficiat Libertatem. Italici Regni iura iàm ferè obsoleta, non minori virtute, quam viribus ingenti Germanorum, Italicorumque stipatus exercitu repetiuerat Fridericus Ahenobarbus Rex Germaniæ, Imperatorque Romanorum de more designatus, & ab omnibus, quas adiuerat, Longobardicis Ciuitatibus, terrore tanti exercitus obedienter receptus, Derthonam, obsistere ausam, vi captam deleuerat anno à Deo nato millesimo centesimo quinquagesimo quinto. *c* In finibus propè nostris Apennino tantummodo intercedente, sita erat hæc Ciuitas. Ea propter tanta propinquæ Vrbis calamitas, quæ ob vicinitatem oculos ferè nostrorum præstrinxerat, animos tantum abfuit, vt deijceret, quinimò exempli atrocitate acrius excitatos ad partã Libertatem, & Imperium totis viribus tuendum conuerterit. Dispositis igitur locis opportunis præsidiis, quà transeundum hosti erat, firmatisque arcibus, refectisque Mœnibus Ciuitatis, ex-

pectabant

a Caffar. sub anno 1168. Sig. de Regn. Ita. lib. 14. f. 323.

Excurs. 9.

b In proem. feudor. num. 35.

c Caff. in annal. ad ann. 1155. Sig. de Regn. Ital. lib. 12. f. 289.

pectabant Genuenses intrepidi, quà erumperent minæ Victoris. a Qui reputans quantæ molis esset Populum acrem, & bellatorem, gloriæ auidum in sua sede, ad mare inter scopulos sitâ, pro libertate pugnantem, subigere armis, ad consilia conuersus, accitos Genua Legatos benignè excipit, & blandè alloquitur. *Nihil esse eis ab amico Imperatore, quantumuis armato, pertimescendum, nihilque se de Iuribus Genuensium, tanta virtute partis, detractum velle: proinde arma, falso terrore sumpta, securi deponant. Fidem modo, & amicitiam cum Romano Imperio de more colant; resumptisque rei Nauticæ studijs, quibus ad Imperij amplificationem, Gentisque vtilitatem se vti velle profitetur, commoda omnia publicè, priuatimque ab amicissimo expectent.* Sic alloquutus, spei plenos, lætantesque Legatos domum dimittit. b Quæ verò ab hoc tempore ad annũ millesimum centesimum octogesimum tertium, quo anno pacem (Constantiæ appellatione, celebrem) fœderatis Longobardicis Ciuitatibus dedit, per duo de triginta annorum decursum, gesserit; in Cisalpina Gallia Fridericus, quoties, quibus viribus, quo euentu pugnauerit, quot Ciuitates vi ceperit, quasue deleuerit, quas amiserit, quas amicas, quas inimicas expertus fuerit, haudquaquam meo deseruiunt argumento. Illud facit in vtraque Friderici fortuna, vsque adeo enituisse Genuensium constantiam, & propositi tenacitatem, vt eo ingenti prælio victo & Castris exuto, opibusque coniuratarũ Ciuitatum Italia pulso. c Genuenses appellati de fœdere ineundo contrà victum, expulsumque iungendaque amicitia disertissimè renuerint. d Dum verò capto, soloque æquato Mediolano partium Principe Ciuitate e Placentia, Brixiaque omnium pugnacissimis receptis, singulis Ciuitatibus Præfectos Germanos imponebat omnium Victor. Genuæ itum ad saga. f Et tamquam excepturi Ciues vniuersam belli molem, ad vindicandam, tuendamque Libertatem, vires omnes, animosque parabant imperterriti, cum à prudentissimo Imperatore, de non periclitandis viribus deuotæ Ciuitatis certo, accersitis denuò Legatis, loco oppugnationis, quam timuerant, expressam approbationem Libertatis, & Imperij Ligustici amplo testatam documento sigillo munitam aureo, reportauerunt, quod ad hanc vsque diem, testem locupletissimum iudicij de Genuensibus fortissimi, ac prudentissimi Imperatoris diligentissimè custoditum in publico seruatur tabulario, eiusdemque ad litteram fideliter excerpti exemplum damus littera O Cuius quidem documenti (quod iure suo ab eis, quæ in eo continentur Priuilegiũ, quasi priuatam legem, dicimus) vim in vndeuiginti præcipua

a Caff. in annal. ann. 1155.

b Caff. vbi sup.

c Sig. de Regn. Ital. lib. 14. f. 322.

d Caff. anno 1168. Sig. de Regn. It. lib. 14. f. 323.

e Sig. de Regn. It. lib. 13. f. 312. anno 1162.

f Caff. in annal. anno 1162.

O

capita distributam (omissa honorificentissima, quam facit de Ciuitate, & Maioribus nostris mentione) illud habet præcipua animaduersione dignissimum, Quod dum sermo incidit de tempore conuentorum, ea vtitur verborum formula, *A proximo præterito festo Paschæ, ex qua die de gratia nostra adipiscenda Genuenses studuerūt.* Qui loquendi modus religiosè seruatus de Venetis etiam ibidem nominatis quantum ab eo differat, quo idem Imperator vtitur aduersus eas Ciuitates Italici Regni, quas in gratiam quidem, sed sub Imperium accepit, concessa pace, appellatione constantiæ notissima, ex proemio eiusdem pacis in corpore Iuris insertæ, a planè colligitur: Vbi tertio quoque verbo de illis, vtì rebellibus, & extrema meritis; de se vtì placato Domino, & errorum veniam concedente magnificè loquitur: cum tamen illarū opibus armisque Italia excluderetur, à quibus vi expulsus fuerat, quod infortunium à Genuensibus nec receperat, nec timebat. Argumentum euidentissimum ad demonstrandum cum fœderatis Longobardis, tamquam sibi subditis; cum Genuensibus verò, vtì cum Liberis conuenisse. Cęterùm (quod huiusce rei caput est) ad duo inter se longè diuersa genera, ea, quæ in documento prædicto continentur, digesta sunt; Alterum illa respiciens, quę ab Imperatore Genuensibus: Alterum ea, quæ à Genuensibus Imperatori conceduntur. Vt omnibus innotescat, (quod in vniuersum est cautum apud Iuris Interpretes) Priuilegia concessa non subditis, in vim legis transire, roburque contractus irreuocabile sortiri. *Excurs. 9.* in hoc, de quo agimus, iureiurandi religione ab Imperatore firmato (quod rarò aliàs) mutuam hinc inde obligationem, quæ omnium validissimos contractus facit b ad perpetuam conuentorum firmitatem continere. Reuocandum igitur ad memoriam est (vt illustrior huiusce documēti tenor appareat) iisdem planè temporibus magnas intercessisse inimicitias inter Fridericum Imperatorem, & Gulielmum Rogerij nepotem ex clarissima Northmanorum Gente vtriusque Siciliæ Regem easque Fridericum ob copiarum maritimarum penuriam, non pro dignitate Imperatoria, immissis licet contrà eum Pisanis Classibus, c exercuisse. Contra hunc igitur Imperatoris hostem, licet Genuensis nominis studiosum (in quorum gratias Francigenas omnes, paucis retro annis, finibus suis Gulielmus expulerat) d arma totis viribus sumere, fructuosissimiq; vtriusque Siciliæ comercij iacturam facere Genuenses his conditionibus cautum. Id quod apertè innuunt ea, quæ in quinto, sexto, nono, decimo, & vndecimo capitibus de parte prædæ ex Rege Siculo, ipsoque

eiusdem

Marginalia: Cap. 12. — Cap. 9. — a lib. feud. de Pac. Const. — Excurs. 9. Cap. 19. — b l. labeo §. contractum ff. de verb. oblig. l. omnē obligationem ff. de iudic. l. 1. ff. vt act. pro hærede, et contr. hæred l. contractus C. de fid. Instrum. & ibi Gl. & DD. — c Sig. de Regn. It. lib. 12. f. 289. — d Caff. annal. 1155.

eiusdem Palatio, & gemmis destinatæ, ac spe conceptæ Genuẽsibus attributa. Et clarius demonstrant ea, quæ in duodecimo continentur de restituendis ex præda ipsa ablatis ab eodem Siculo Rege. Et quæ potissimum in decimo quarto; quo disertis verbis ad nulla præterea, hac vna expeditione excepta, teneri Genuenses Imperatori statuitur, quam & Siculam esse totius documenti tenor satis ostendit, & testantur annales. [a] Dum verò in capite duodeuicesimo se absque auctoritate Consulum Genuensium pacem cum Siculo Rege non compositurum, rem faciunt manifestam. Sed his omissis quæ eo solum consilio adduxi, vt palam sit non gratuito, sed ex merito, non ex liberalitate, sed vi contractus, & mutuæ obligationis ab Imperatore recepisse ea, quæ prosequor, Maiores nostros. Hæc ipsa non exequar fusius, sed vt argumento deseruiam meo, ea producere ad litteram libet, quæ secundo capite continentur.

[a] *Caffar. anno 1162. Sig. de Regn. It. lib. 13. f. 316.*

Item donamus, concedimus in feudum Consilibus, & Communi Ianuæ liberam potestatem eligendi ex se ipsis, firmandi, & habendi Consules, & eis vtendi, qui habeant Ius, & facultatem liberam faciendi iustitiã & puniendi maleficia in Ciuitate, & districtu suo, bona fide, legitime, secundum bonos mores ipsius Ciuitatis. Et eis aliam Potestatẽ non imponã.

Quibus verbis nihil splendidius ad ornandam, nihil firmius ad approbandam Genuensium Libertatem, qua maiorum virtute parta per plures retro ætates optimo, vt vidimus, iure fruebatur. Quis enim in facultate eligendi, & habendi Consules, qui summum ius, nemini obnoxium secundum mores Ciuitatis inter suos habeat, potestatemque ducendi in hostem spirantem quodammodo non agnoscat Libertatem. Illa addita Imperatoris professione de nullo præterea Præside imponendo, quem dare singulis Italiæ Ciuitatibus in fidem receptis post victoriam instituerat? [b] Quid amplius Romani mores concesserunt Bruto, Collatinoque? Quid clarius dici, aut firmius documento comprehendi potuit in approbationem illius Consularis potestatis, qua iam per ducentos ferè annos Genuensis Respub. vtebatur? Perpensis præsertim ijs, quæ de eodem Consulatu Longobardicis Ciuitatibus mox permisso, sancita in toties relata pace Constantiæ [c] leguntur: Ne scilicet eis eligendi, vtendique Consulis ius esset, nisi ab Imperatore ipso, vel ab Episcopo Ciuitatis, seu Legato id iuris ab eo consequutis, electiones singulæ approbarentur, confirmarenturque. Quibus si addantur vsurpata iã diu à nostris, & in tertio documenti capite exarata (quæ in signum supremæ potestatis suo iure, illorum temporũ appellatione,

[b] *Sig. de Regn. It. lib. 13. f. 313.*

[c] *l. priuilegia omnia.*

 meri-

meritò Regalia vocantur) vltrò permissa, iàm nihil vlterius ad perfectam, numeris omnibus absolutam Libertatem, libertatisq; approbationem desiderabit quisquam, qui sciat Imperatorem eundem tribus retro annis *a* in magno totius Italiæ conuentu, dum, pacata armis Prouincia, eius iura in pace recognosceret, componeretque Fridericus adhibito Bulgari, Martini, Iacobi, & Vgonis Iurisperitorum magni nominis consilio, pronunciasse, Regalia vniuersa per totum Italicum Regnum, iure à Carolo Magno tradito, vni sibi deberi. *b* Vel igitur extrà Italicum Regnũ habuit Genuam Fridericus, seù verius intrà eiusdem vetustiores limites sitæ, res suas in manu sua iamdiu habenti permisit, dimisitque. Et vt nihil earum penitus retinuisse se manifestius profiteretur, capite decimo quarto testatur, expeditione Sicula excepta, in quam conuenerant Genuenses, ad nullam præterea, (vt proximè dicebam) cessante recuperationis necessitate eos nolentes se coacturum. Quod vltimum est eius, qui nedum subiectum à dominatu, sed socium à quacunque fœderis inæqualitate leuiori dissoluit. Nec obscurior approbatio Imperij Reipub. Genuensis ex eodemmet documento est, quam fuerit Libertatis. Primo nanque, & tertio capitibus quoquomodo, quæsita, tam citrà, quàm vltrà Mare permittuntur. Et quod insignius est per vniuersam littoralem Liguriam (quæ tunc temporis solo nobis sociali fœdere, licet inæquali, vt supra vidimus, iuncta erat) Ius cogendi pro Imperio ad arma Gentem, ducendique in hostem tribuitur.

a anno 1159. 11. Kal. Dec.

b Coi. hist. Med lib. Sig. de Regn. It. lib. 12. f. 302.

Cuius quidem documenti splendori nihil officit, si elata ex verbo (Feudi) opponatur nubecula, quo verbo passim vtitur hisce approbationibus Imperator; quasi verò, (vt quidam annaliũ nostrorum scriptores, *c* ex antiquitatis, & iuris ignoratione falsò opinati sunt) vsum tantummodo, & ius, seù dominiũ quoddam vtile (vt nostri loquuntur) Libertatis, & Imperij concesserit; supremo sibi, vt feudorum natura fert *Excurs.* 10. saluo, ac retẽto. Multis namque, & fulgentissimis radijs veritatis facile dissoluetur, apparebitque *Feudi* illorum temporum vocabulo, ad beneficium significandum, scriptorem abusum, quibus vocibus, tamquam synonymis, ætatem illam vsurpasse calamitosissimæ, & vniuerso Christiano Orbi luctuosissimæ, inter eumdem Fridericum Imperatorem, & Adrianum Summum Pontificem eorumdem verborum offendiculo testantur simultates. *d* Nàm omissa pensitatione verbi, *libere*, approbationibus omnibus inserti, quo ab approbatis, permissisque omne remouetur obstaculum, & ex iuris interpretatione, quælibet arcetur diminutio: *Excurs.* 11. (ne, dũ verbum

c Bizar. lib. 1. f. 13. Inter lib. 1. Iust. an. 1126.

Excurs. 10.

d Baron. anno Christ. 1157. Sig. de Regn. Ital. lib. 12. f. 294.

Excurs. 11.

verbum reijcio, in verbo vim facere videar.) Si rem ipsam inspiciamus nihil concedit Imperator, quod Genuenses olim à maioribus per manus traditum non haberent, vt inesse posit suspicio, cum in largitionibus non profusum, præcipuum quid illæsum sibi, ac proprium in ipsis rebus donatis reseruasse. Nondum enim, dum hæc agebantur; iniuriâ, vt plurimum aliena, ea inoleuerat consuetudo, qua possessor res suas à potentiori, ficta quadam traditione, ac receptione, recognoscebat, id solum respiciens, vt ab eodem in clientelam receptus, in vsu, ac possessione rerum earumdem feudali quodam iure manuteneretur, ac defenderetur *Excurs.* 12. *Excurs.* 12. Fridericus iunior sexagesimo quinto ab hoc anno, huius noui iuris repertor fuit, qui graues cum Gregorio nono Summo Pontifice exercens inimicitias, vt Romanos Ciues contrà eum armaret, à Frangipanis, plurimisque alijs eiusdem Nobilitatis Proceribus, eorum Castra, prædiaque pretio numerato empta, feudali sacramento exindè obstrictis, dono illicò dedit, quorum ope, ac viribus sanctissimum Pontificem Sede expulit sua, *a* experimentoq; probauit, posse aliter, quàm beneficio, mutua scilicet datoris, & receptoris vtilitate feuda constitui. Quod ducentis paulo minus ante ætatem suam annis factitatum apud Germanos auctor est ex nostris Rosenthalius. *b* Cum igitur nihil Imperator possidendum tradat Reipub. sed per eam possessa tantummodo approbet, Nec (quod recogniti feudi natura necessariò exegit) *Excurs.* 13. *Excurs.* 13. Respub. quidpiam rerum à se possessarum Imperatori tribuat, vt ab eo recognoscat, inconfesso remanet, *Feudi* vocabulo beneficium intelligendum, quo prudentissimus Princeps partam iam, & optimo Iure stabilitam Libertatem, & Imperium Reipub. Genuensis, Imperiali auctoritate, ad abolendas quascumque iurium Italici Regni veteres notas, seù verius ad tollendas quascùmque inter Imperium, & Rempublicam offensionum occàsiones, comprobauit. Quam veritatem euincit illud etiam, quod eodem *Feudi* vocabulo vtitur Imperator, dum de transmarinis ditionibus à Repub. possessis capite tertio loquitur; & dum primo, & secundo de Consulatu, cogendique exercitus per vniuersam Liguriam potestate fit mentio. Et tamen contestata annalium serie apud scriptores omnes, constantissimum est ab obitu Caroli Magni, qui huiusce Imperij auctor fuit, ad hunc Ahenobarbum per trecentos quinquaginta, & amplius annos; nihil fuisse commune Imperatoribus cum rebus Transmarinis, præsertim nuptijs nondum conciliatis inter Constantiam Rogerij filiam, & Henricum ex eodem Ahenobarbo natum, quibus iura vtriusque Siciliæ ad Germanos obue-

a *Sig. de Regn. It. lib.* 17. *f.* 37.

b *de Feud. car.* 2. *concl.* 24. *in princ.*

Excurs. 14. obuenere: Sciamusque præterea, vniuersa Iurisperitorum schola teste *Excurs.* 14. Feuda non nisi in rebus soli, vel solo cohærentibus posse constitui, quod ipsum feudorum iura in hæc verba decernunt. a *Sciendum est autem Feudum, siue beneficium, non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur (veluti cum de Camera, aut de cauena Feudum datur) posse consistere: ac Feudum neminem posse acquirere nisi inuestitura, aut successione.* Ex quibus certo certius est, vt viribus præpotentis Ciuitatis, & ad expeditiones maritimas opportunissimæ, contra Guglielmum Regem vteretur Imperator, honorificentissimis verbis hoc publico documento appellatis Genuensibus plura promisisse, quæ quinto, sexto, decimo, vndecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo sexto, decimo octauo, & alijs capitibus, includuntur: Vtque ab eisdem omnes suspiciones remoueret, quibus tardiores ad opem sibi ferendam sentiret, quos promptos ad arma contra se victorem sumenda expertus fuerat; Libertatem, & Imperium Genuensium (suspicionum causas) aureo hoc diplomate, ad perpetuam rei gestæ memoriam, & stabilimentum ad posteros comprobauisse. Quod si primo capite vbi de Imperio Reipub. in Ligures omnes agitur, illa exceptione vtitur Imperator: *Salua tamen fidelitate Imperiali;* & rursum ibidem: *Vt propter hoc in cæteris iustitia Comitum, & Marchionum non minuatur,* Id erat omni ratione ferendum; Tum quia notissima apud omnes reseruationis uis est, quæ nihil penitus tribuat, & nisi de reseruatis demonstratum fuit, frustrà omninò sit. *Excurs.* 15. Tum, & multo maxime; Quia inæquali fœdere excepto, quo Ligures omnes littorales obnoxij Genuensibus antiquitus erant, vt alibi vidimus b nondum illa ætate (vt posterioribus temporibus factum fuit) in ditionem Reipublicæ prorsùs concesserant. Et propterea cum ex constitutione Italici Regni, Liguria, vt ceteræ Prouinciæ, in Marchiones, & Comites esset distributa, vt supra recensui; Fridericus, qui huius Regni iura ad se trahebat, noluit eos, hac Genuensis Imperij approbatione quodammodo manumittere: Id quod facem Friderico minori, contrà nos bellum gerenti, ardentissimam præbuit, ad excitandas rebellionis flammas, quibus occidentalior Liguria contra auitum Imperium arsit; iustamque præbuit causã illorum armorum, quibus eodem Friderico mortuo, secundo illo à constituto legitimi Imperij genere in ditionem Reipublicæ illos concessisse, probasse me memini. c

a ib. 2. de feu. in princ. l. Qbertus in fin.

Excurs. 15. b cap. 26.

c eodem c. 26.

Hanc Friderici Patris approbationem Henricus filius alio haud absimili dato documento sequutus est anno à Virginis partu

XCICI.

MCICI. Kal. Iunij eò enixius, quò cupidius Regnis vtriusque Siciliæ morte Gulielmi iunioris vacuis, sibiq; vxorio Iure debitis, sed à Tancredo Spurio Rege inuasis, inhiabat. Nec diuersa meditatus Fridericus Iunior antequam hostis nobis tàm acer euaderet, approbationem eamdem confirmauit, cuius rei publicum etiam documentum libens addo, P non in additamentum, nec maius robur eorum, quæ indulserat eius Auus, quæ tanta vidimus, vt quodcumque respuant robur, seu additamentum, sed ad magis eruendam in lucem ex antiquitatis tenebris gestorum seriem, ac pondus. More à Francis tradito ità constituerat Italici Regni Ciuitates Otho Magnus, vt earum plerasque liberas quidē, & suis legibus, suisque Magistratibus vtentes faceret, sed eędem à nutu Regij Præfecti, qui Missus, seu Nuncius vocabatur, penderent, omnesque tributum penderent, quod Foderum, Parata, Mansionaticum illorum temporum vocibus appellabatur, designabanturque ea omnia, quæ natura, vel consuetudo fert ad vsum, &c., vitam hominum necessaria, Regio exercitui omninò præstanda, frumenti scilicet collationes, viarum, Pontiumque munimenta, tectoriorum denique, aliorumque, ne sub die agēdum esset, præstationes; vt Carolus Sigonius locupletissimus Auctor est. a Absoluerit sanè Fridericus Maior Ciuitatem nostrā à quacunque tributi præstatione, quod nunquam ab ea ne postulauit quidē. Sed in hoc documento Fridericus minor testatus est illis verbis: *Statuimus, vt à nulla persona foderari debeat, & hospitari.* Præbuerat Ahenobarbus vsum Consulum a Repub. ipsa nullius expectata auctoritate, vel requisito suffragio eligendorum, qui libere iura inter suos redderet; quod numeris omnibus absolutam, neminique obnoxiam Iurisdicendi facultatem designat. Plenius explicat Nepos hic, dum ad eiusdem Consulis potestatem refert hæc: *Et ea omnia, quæ Iudex ordinarius habere debet ab Imperatore in sua Iurisdictione.* Remouet senior in argumentum approbatæ Libertatis, ac Imperij à Republica Genuensi Præsidem quēcumque; eamque in manu Consulum ab ipsa liberè creandorum relinquit. Declarat in hoc elogio Iunior *Controuersias omnes, quæ contrà Rempublicam à quouis mortalium mouerentur, non nisi coram Iudice ab ipsa constituendo examinandas, decidendasque;* Quod esse proprium eius, qui nullius agnoscit Imperium, &c., potestatem Iura decernunt. *Excurs. 16.* Et demum plura, & quidem potissima, quę Libertatem, & Imperium respiciunt, recenset in illa sua testato edita approbatione Fridericus Auus. Sed quoniam non pauca ad illud ipsum pertinentia fortè supererant, quibus Respub. Genuensis

P

a de Regn. Ital. lib. 7. f. 175.

Excurs. 16.

nuensis iamdiù vtebatur quæ putidum fuisset sigillatim enumerare, ne detracta intelligerentur, eò quod silentio inuoluebantur, testatum voluit Fridericus Nepos his verbis: *Hæc autem nostra cõcessio non faciat Communi Ianuæ præiudicium circa alia iura ipsius Communis, & Ciuitatis.* Per quæ verba quælibet etiam remouetur suspicio, quæ delicatorum animis inhæsisset ex voce Priuilegij, qua commemorata Imperatorum elogia sunt celeberrima, qua voce non modo augustius quid, & excellentius denotatur in largitore, sed etiam opus alienæ indigum quodammodo eum, qui recipit, qui vtitur, qui magni æstimat. Habuisse ducentis ab hisce temporibus retrò annis Rempublicam nostram optimo, vt quisquam iure Imperium, & Libertatem probauimus alibi *a* Hæc Friderici verba, quæ proximè recensui euincunt propriora eidem Reip. fuisse iura quædam id ipsum respicientia, Cæsarea approbatione non comprehensa non indiga: ijs tamen, quæ inuoluebantur haud absimilia, eodemque iure propterea censenda *b* sed, data occasione, approbasse libenter Imperatores, vt beneficio imputarẽt, quod iamdiù dederant necessitati, cupidius recepisse Rempub. vt permittentibus etiam ijs, qui prohibendi iactabant legitimam potestatem, securius olim partis vterentur. Præsertim cum etiã ad gloriam faceret, auctoribus ijs, quibus summam in Christiano Orbe ius erat, quæsita à Maioribus possidere. Neque enim Attali, Prusiæ, Antiochi, Ptolomæi, aliorumque plurium offecit Regio splendori, quos Senatus Romanus Reges appellauit, non fecit, sed ingentis loco beneficij datum petenti Vermiæ Siphacis filio testatus est *c* Senatus ipse.

a *cap. 24. & 31. & 32.*

b *l. eum qui ædes ff. de vsucap.*

c *Liu. hist. lib. 31.*

Magni itaque, & meritò facit Genuensis Respublica hæc, quę retulimus, & eiusdem generis quamplura alia Imperatorum ex augustissima præsertim Austriaca Gente sæpius repetita documẽta: Vt omnes intelligant eam approbantibus cunctis, & potissimum ijs, quorum maximè intererat rem secus fluere, quam possidemus vlucepisse Libertatem; non pretio emptam, vt falsò opinatur Bodinus. *d* Non precario quæsitam; non per iniuriam extortam, sed virtute contrà immanissimos Christiani nominis hostes, quorum prædæ exposita à Dominantibus diù fuerat, Deo Optimo Maximo Adiutore vindicatam. Qui enim locus calumniæ contra Libertatem Reipub. nostræ relinquitur (licet dubia essent ea, quæ sexcentis retrò annis, in tanta bonarum artium penuria, vt soli Monachi litteras scirent, *e* contigerunt)? Quã Libertatem tot, tantique Imperatores iurium Imperij acerrimi in Italia vindices approbauerunt? Quis tam ferrei oris, qui approbationes

d *de Repub. lib. 1. f. 193.*

e *Alphõsus de Bene de Reg. Burgũd. Trãsiurana & Arelatens. lib. 2. f. 99.*

bationes illas testato editas, iurisiurandi religione firmatas, sacrosancta denique Romani S. Pontificis auctoritate roboratas, infringere, aliquaue ex parte violare audeat? sanè Innocentius, dũ documento haud absimili, littera Q Cęsareas approbationes Apostolica approbatione confirmat; & auctoritate illa, quæ Imperium ipsum instituere Aristocraticum potuit, & legitimũ Ius imperandi Imperatoribus ipsis tribuere; hæc eadem Imperatorũ iudicia de Genuensibus laudat, comprobatque, non nisi comminatione interposita id facit; Eos scilicet, qui ea violauerint, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli indignationem incursuros. Cuius horrendi carminis vi, omnibus, quibus vnquam à Sancta Matre Ecclesia affecti fuissent beneficijs, reluctantes priuari auctor est Baldus noster: *a* Vt intelligant Cæsariani illi, qui dum blandiri Dominantibus cupiunt, Imperatorum priuilegia nobis concessa, ab eiusdem potestatis successoribus facilè contemnenda suadent; se non modò contrà vincula humanæ societatis, quæ pactis conuentis connectitur, bellum gerere; sed ipsammet Imperialem potestatem, quæ beneficio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ apud Germanos floret, iisdem conatibus impugnari, & quidem (quod ad nos attinet) frustrà: Cum Libertas Reipublicæ Genuensis altiores nacta radices, quas in ipso Iure naturæ, & gentium egit, hisce Priuilegijs non in præsidium vtatur, sed ad ornatũ, securitatéque.

Q

a *cap. vnica. §. Porro si domi num vers. Itẽ nota. num. 6. Quẽ fuer. prima caus. benef. amitt. & in auth. statuimus C. de Episc. & Cleric. seq. post alios Mãdos. de comis. parte 2. cap. 10. §. vnica nu. 104. f. 422.*

Lagunæ latantes conatus contra Libertat. & Imper. Genuens. Cap. XXIX.

Quorsum inquies tam longa, tam accurata, tam longè petita de Libertate, & Imperio Genuensi narratio, quam passim testantur Iuris Interpretes, *Excurs.* 17. Viri Principes, ac rerum publicarum Administratores, ac Reges libenter agnoscunt; communis omnium sermo loquitur, nec Laguna in tanta verborum congerie vsquam impugnat? Quia nimirum nullum truculentius bellum geritur, quam quod non indicitur: nulla periculosiùs sæuit pestis, quam quæ in venis latenter serpit, & ex occulto grassatur. Professus Finariensis Salariæ causæ in summarijssimo possessorio patrocinium Laguna, nihil certum, nihil sanctum, nihil nobis reliquum facit, omnia tentat, omnia miscet, omnia concutit; & ad frigidissimas Interpretum Iuris assertiones, tamquam in foro de re leuissima apud pedaneos Iudices postularet, reuocat omnia, & extrà propositæ quæstionis cancellos licenter vagatur adeò, vt idipsum fateri quandoque *b* cogatur. Certè de Iure Marchionum in Finariensi tractu sæpè *c* sæpius de eorumdem obsequijs, & clientelari Iure erga Imperatorem differit *d* sępissimè Priuilegia ab Imperatoribus concessa nobis exagitat. *e* Quæ omnia quo magis distant à possessionis interuersæ proposito, eo propius

Excurs. 17.

b *c. 1. num. 64.*

c *c. 1. num. 23. nu. 26. num. 29. nu. 35.*

d *c. 2. num. 1. nu. 4. num 5. cum seqq. nu. 23. & nu. 62*

e *c. 4. per totũ.*

 osten-

ostendunt causas quæri obliquè perstringendi ea, quæ de Libertate Reipublicæ nostræ, eiusdemque in Littoralem Liguriam legitimo Imperio comprobaui. Verumenim vero dum leges pacis, bello, vel belli terrore domitis Carrettensibus à Maioribus nostris impositas (nullis ne requisitis quidē belli caussis) ex metu reijcit. *a* Dum Ferdinandi Imperatoris, sibi non minùs, quam Alphonso Carrettensi Marchionatum Finariensem adiudicantis, sententiam extollit, *b* Aulicorumque factum reprehensione dignissimum probat, quo facto prouocatio ad Sanctissimum reiecta fuit, *c* dū responsa Senatus Aulici Academiæ Ticinensis, Bononiensis, & Patauinæ sæpiùs *d* producit, in quibus, assentatione regnante, plura leguntur, quæ Libertatem, & Imperium Reipublicæ nostræ oppugnant licet infelicissimè. *e* Dùm denique in dubium vocat, *f* Ius vnquam fuisse Maioribus nostris Mari Ligustico leges dare, datasque ab eis antiquitus vnquam fuisse disertè negat. *g* Iàm habes amice lector argumenti mei necessitatem, meque omnia vnum in locum ordine contulisse eo consilio, ne de re tanta in hac controuersia vllus dubitandi relinqueretur locus; neue ad idem sępius, recta methodo interpellata, reuoluendum esset: Certus alioqui nisi armorum præsidio Ius foueatur, virtuteque Conciues mei parta à Maioribus decora tueantur, quæ retuli, quæque referre facile poteram, ludibrio potiùs, & impedimento ad ea conseruanda, quam adiumento futura. Audio enim Ioannini Presidis ad Belgarum coniuratos ordines salsum dictum, inducias cum Catholico Hispaniarum Rege conciliare laborantis. Pertæsus namque suspicacissimorum animorum lentas moras, qui verbi cuiusdam offendiculo, quo cum eis non satis ad libitum, tamquam cum liberis Populis Rex conueniebat, ludens, inquit Gallus homo non infacetè facundus: *Haudquaquam validiores ictus emissuras ipsorum bombardas lapsis inducijs: quacumque tandem verborum formula ea cōciperentur.* *h* Idq; ex vsu apud omnes Gentes peræquè recepto, adulatione verò inter Numina collocato, *Nullas vnquam iustas bellandi causas defuiße victori; victo nullas vnquam fuiße satis.*

a cap. 1. nu. 39. vsq; ad 49.
b c. 2. à nu. 62. vsq; ad n. 66.
c c. 2. nu. 68.
d c. 1. nu. 10. & c. 2. nu. 61.
e apud Menoc. in calce tractatuum possess.
f c. 2. nu. 153.
g c. 4. à num. 7. vsque ad 13.
h Card. Bent. de induc. Batau.

Sed ad rem propiùs. Negat primo capite Laguna conuentiones nobis vllas in re salaria cum Marchionibus Finariensibus vnquam fuisse. Et licet binas, pluresue ipsemet proferat, negat legitimè initas, inirine potuisse Cæsare inconsulto; quinimò Natura ipsa repugnante, hominum conuenta frustrà proponi; hinc conficit nunquam vsu recepta, nec recipi porrò potuisse. Verè qui talia tentat, de ingenio suo non parum, de auditorum conscientia plurimum confidere palàm est; de nobis [illegible]trà quos tendit, humi-

Lagunicæ lucubr. ex 1. cap. reassūptio. Cap. XXX.

humiliter satis, & demissè sentire. Ego verò absque vlla verborũ asperitate, vt mei mores ferunt, agam, exquiramque in primis, & verbis quam blandissimis ex eo: Heccine bone Laguna est illa Conuentionum indagatio, quibus positis, mandata Regia, arbitratu tuo inter plura longè benigniora selecta a te interprete, durius accepta, sunt exequutioni mandanda? fac conuentiones nullas anteriores conuentionibus initis anno 1292. cum Finariẽsibus, inque eis nullam Salis factam legi mentionem: fac in posterioribus anni 1340. nec omnes quotquot in viuis agebant Marchiones consensisse, deque Procuratorio Oliuerij Squarciafichi, qui nomine Ducis nostri contraxit, non apparere: Fac in postremis à te relatis anni 1345. mandatarios potestate abusos, tanta audacia, (censore te) vt cum iussi fuissent rata habere, quæ temporis lapsu prætcrijsse condendis, eadem ipsa ex integro promiserint, receperintque. Demus auctoritati tuæ commissum esse contrà Gentium Iura, leges Mari, illasque nauigantibus imponere, quas nulla Gens Mari potens nunquam non dedit, nunquam non dabit. Demus inuehendi Salis facultatem inter regalia connumerari; deque ea conuenire non potuisse Marchiones, Cæsaris auctoritate non expectata, in quibus toto illo primo capite exultas. Demus hæc omnia. Quid tum? Conuentiones non extant; an ne extare non sufficit, nisi legitimè initas probatum fuerit? Primum fides refellit tua, qui plures ex eis publicasti, & quò fusius impugnas, eò firmius adesse profiteris. Posterius Regia mandata redarguunt; quibus (te etiam audito) possessione rei salariæ deiectam restitui Rempublicam nostram pro Imperio Gubernator Mediolani iubetur. b

a vide c. 15.

b Litteris diei 15. Septemb. 1618.

Quando concurren las combentiones, y possesion de la Republica antes del año 1571. Et ne de verborum vi dubitetur statim ad maiorem subditur declarationem: *por que si solo las combentiones ablan en el caso, y faltaße la possession de a quel tiempo, ò por el contrario si huuiesse possession solo de algo, sin che fuesse comprehendido en las combentiones, no se ha tratado dello.* His ne verbis mandatur diligentius inquiri de validitate conuentionum, ritè ne, an secus initæ fuerint, id quod proprietatis continet causam, vt tu tanto conatu fecisti? An verius, vt non rarò iura requirunt, *Excurs.* 18. sola possessione Rex non cõtentus, possessionis causam, seu titulũ (vt nostri loquuntur) requirebat, non quidem plenè probatam, adumbratam tamen? Vt enim eædem litteræ sæpius loquuntur c Rex disertè iubet, restitutis primùm in pristinum statum rebus, referendum deinceps per Mediolanensem Senatum esse de viribus conuentionum earũdem

Excurs. 18.

c diei 15. septẽbris 1618. diei 30. Aprilis 1622.

dem cum Marchionibus initarum, illarumque vsu Marchionum temporis ibi, *a Y quedada primiera esta orden, como queda dicho, me informeis despues de lo, que ay en echo, y en derecho cerca destas capitulationes, y combentiones antinguas entre la dicha Republica de Genoba, y los Marqueses del Final, y de su obseruantia en tiempo de los dichos Marqueses, y de la obligacion, que ay, para obseruarlas agora.* Quod ipsum alijs, & posterioribus litteris *b* serius iniungit. Quibus verbis nihil contestatius ad æquissimam mentē Regis aperiendam, quæ dum conuentiones requirit (si tamen requirit) satis habet eas adesse, dilato earumdem examine ad aliam, & pleniorem eiusdem rei discussionem. Quod ipsum in foro, & illis possessorijs Iudicijs receptissimum est, in quibus contrà vniuersaliora iuris stabilimenta, deiecto de causa suæ possessionis ante restitutionem docendum quandoque est; & tamen in eis (veluti in sacerdotijs) haudquaquam de illius viribus vlterius inuestigandum, nec in proposito curandum de vitijs *Excurs.* 19. Quantumuis à Pseudopontifice Sacerdotium fuisse collatum proponeretur. Quibus concinit (& possessionis quæstionem cum viribus conuentionum iungit, & consilium Regis aperit) possessionis scilicet vsum, ac fructus conuentionibus, quæ processerant accepto ferenda esse illo etiam obice reiecto: conuentiones nimirum illas irritas esse *Excurs.* 20. Quod quidem Regis consilium nequaquam de viribus causæ possessionis solliciti, dum restitutionem, conuentionibus existentibus imperabat, colligere poterat Laguna ex totidem planè verbis posterioris epistolæ *c* ad Gubernatorem, ibi, *Aduertiendo os, que cerca del punto de la possession, no se ha da tratar al presente ora aya sido violenta, o viciosa, ò por otras cosas, porque se ha da mantener, o restituir la possession, en que estaua la Republica qualquiera, que fuesse, porque de todo esto despues habrà de tratar el Senado en la relation, que se hà pedido.* Sed adhuc Laguna contrà iussa tàm aperta, contra professionem suam: prouocat, primo hoc capite, ad examen Conuentionum: hoc est in quæstione possessionis, qua deiectam se à Præfectis Regijs per tot annos Respub. conqueritur, dominij refricat quæstionem. Et cum Rex in eisdem quas paulò ante recensebam, litteris hæc subdat: *y este puncto de la possession para daserla en interim, se hà de tratar con bona fee:* Fingēs longius ire, totus quantus est, in oppugnandis conuentionibus versatur. An ex bona fide, alius dicet. Ego ad eas propugnandas libens accedo, non magis laborans: quidnam coram Prætore in restitutorio Iudicio agendum ex arte foret *Excurs.* 21. quā quid Patriæ meæ dignitas postulet, & Maiestas exigat Regia.

a Litteris diei 15. Septemb. 1618.

b diei 30. Aprilis 1622.

Excurs. 19.

Excurs. 20.

c diei 30. Aprilis 1622.

Excurs. 21.

SECTIO

SECTIO QVARTA.

DE MARCHIONIBVS CARRETTENSIBVS:

Eorumdemque dominatu in Finario, deque fœderibus cum Reipub. per eos initis, præsertim circa rem salariam, & commerciorum.

Marchiones Sauonæ, & Carretti qui nam, & vnde, eorumdemque discrimine. Cap. XXXI



Onstantissima scriptorum omnium consensione traditum est, ac receptissimum: Gentem Carrettensem, quæ per ætates plurimas non interrupta Maiorum serie Finario Oppido dominata est, ab Alderamo illo Saxone genus duxisse, qui Othonis Magni Liberalitate Marchionatu Montisferrati auctus, in feracissima illa Italiæ regione sedes fixit, latèque Illustrissimam progeniem propagauit. Ignorantia tamen antiquitatis plerique labuntur, dum Othonis Magni donationem illam vsque ad Liguriæ littora extendentes, intrà eius limites Finarium includunt, &, Finarium vsque adeò Marchionibus Carrettensibus iungunt, adnectumque: vt pro ijsdem vsurpantes, ea confundant, inuoluantque, quæ non nisi magno cum temporum, rerumque discrimine processere. Cuius quidem erroris nec ex nostris Vbertus Folieta expers fuit, qui vltimus in contexendis rerum Genuensium Annalibus candorem linguæ latinæ Patriæ approbauit magis quam diligentiam: dum ea in Naulensi negotio Marchionibus Carrettensibus tribuit, quæ Caffarus æqualis illorum temporum scriptor de Marchione Loreti tradiderat. Quasi verò cum vere Caffarus (à quo Folieta hausit cum cæteris) de Marchia illa haud dubiè intelligat, in qua Finarium situm est, iàm tùm Finarium cum tota Marchia sub dominatu Carrettensium esset, qui longè post in littorali Liguria floruere. Ego verò Carolo Sigonio, qui summa diligentia, & fide res in Italia per ea tempora gestas à tenebris vindicauit, assentiendum duco. Qui [a] dum de Othonis Magni donatione Alderamo Genero in conuentu Rauennatensi facta mem init, eam regionem fuisse tradit, quæ inter Padum, Tanarumque sita, iam tum Montisferrati Marchia dicebatur. Intra quos limites tantum abest Finarium, aliamue quantumuis minimam littoralis Liguriæ partem includi, vt tota illa interiaceant terrarum spatia, quæ à summo iugo per sinisteriora Apennini latera obliquis flexibus ad Tanarum vsque protenduntur, & Langas vocant. Quas quidem

lib. 1.

[a] *de Regn. Ital. lib. 7.*

Langas

Langas; licet procedente tempore, magna ex parte Marchionum Montisferrati iuri ſubiectas, donatione illa non fuiſſe comprehenſas, idem Sigonius locupletiſsimus auctor eſt. a Dum ab Othone eiuſdem nominis tertio, anno à Deo nato noningenteſimo nonageſimo ſeptimo, Aprili menſe, & ſic poſt triginta totos annos à priori illa donatione, tum demùm Marchionis Montisferrati filios, Ceuæ, Salutiarum, Boſchi, Ponſoni, Caretti, & Buſchæ Marchiones factos teſtatur. Qui Marchionatus, vltrà Apenninum omnes ſiti, Langas haud dubiè vniuerſas comprehendentes, tráſgredienteſque, inter plures eiuſdem gentis diſpertiti, ab vno licet, eodemque ſtipite procedentes, pluribus itidem familijs, more ab illo tempore deriuato, inclita indidere nomina. Inter quę Marchionum Carrettenſium nomē Illuſtriſsimum fuit, à Carretto Caſtro, quod antiquæ ſtructurę opus in ipſo Langarum veluti meditullio non longè à Cairo ſitum adhuc viſitur, nomenque ſeruat, circumiacentique regioni, ætate illa, iura dediſſe, dignitas Marchionatus arguit ei ab Othone attributa, euincitque Othonis de Carretto Marchionis factum, qui vt ſub tutela à Republica noſtra reciperetur, prudens, volenſque Marchionatus ſui Caſtra, & inter ea Cairum ipſum (quod Regia Langarum vulgo dicitur) liberè conceſsit, ſtatimque, fiduciario tamen iure, ab eadem recepit, ſeque in poteſtate Conſulum Genuenſium futurum ſpopondit. Cuius facti ne fides denegetur Oberto Cancellario Annaliũ noſtrorum ſcriptori, à quo deſumpſit Folieta b exemplum publici documenti hac de re in Archiuo exiſtentis ſub anno 1214. Libens do *litt.* R Cęterum Finarium Opidum obſecurum antea, nec priſca illa Caroli Magni ordinatione, nec vigente, aut occidente Italico Regno, Marchionatus vnquam titulo inſignitum fuiſſe vllibi legitur. Sauonenſium certè Marchionum longè vetuſtiſsimum nomen, & decus fuit, qua de Marchia, ſeu Comitatu, tamquã de re primitùs inſtituta, Othonis illa toties decantata ad Alderamum Saxonem donatio meminit: Hinc haud dubia cõiectura aſſequi poſſumus: Marchiam ipſam Sauonenſem, ex Caroli Magni conſtitutione, totos centum nonaginta quatuor annos, hanc donationem præceſsiſſe. c Quę ſanè Marchia inter Genuēſem, & Albintemilienſem agrum ſita, Finarium Oppidum imo ferè complectitur ſinu. Quam verò apud Gentem Marchionatus Sauonenſis fuerit, & an perſeuerauerit diutiùs apud eamdem; vt in tanta antiquitate nihil certi affirmare auſim; ita pro indubitato habeo, tunc temporis eam ab Alderamo Saxone, eiuſque poſteritate alieniſsimam fuiſſe. Qui enim fieri poteſt, vel datam Alderamo,

R

a *de Regn. Ital. lib. 7.*

b *lib. 3.*

c *Sig. de Regn. It. lib. 4. ſub anno 779.*

ramo, vel non fuisse penes alios Dominantes Marchiam illam, cuius, iàm olim constitutæ, iura quædam intrà eius limites sita tantummodo, Alderamo ipsi à socero tribuuntur, confirmanturque? Quid ni, dum Otho possessa tantum à Genero in Comitatu Saonensi confirmat, à reliquo corpore eadem diuidat? Cur denique de vniuerso Comitatu non meminit, si totum dabat? Cur, Domino fortè vacuum, non dedisset? Hinc planè constat abuti propria diligentia in causa Finariensi Præsidem Menochium, fusius contrà responsa Senatus Aulici, & Academiæ Bononiensis, & Patauinæ, Othonianæ donationis vim prosequentem *a* (si documentum, quod ea de re circumfertur legitimum est, quod pluribus reprobat doctissimus Alciatus *b*) cum nihil prorsùs ad rem Finariensem faciat illa donatio: grauiusque contra historiæ Maiestatem, & fidem peccasse Sabellicum *c* & Leandrum Albertum *d* aliosq; qui ad captanda vulgi studia, & admirationes, leuissimis fabulis de amoribus, & fuga, latebrisque Alderami, & Adelasiæ gestarum rerum seriem conspurcasse non contenti, diuisiones ditionum inter Alderami filios auctoritate Othonis initas somniari audent, vnique ex eis (si Deo placet) Marchiam Saonensem attribuere: Cum, vt ex Sigonio retuli, Marchionatus illi omnes, Montisferratense excepto, Othonis tertij beneficio, Alderami filij sint consequuti. Et (quod contestatius etiam est) ex illo ipsomet donationis documento, Sauonensis Marchia in Othoniana liberalitate non venerit. Cum igitur nec apud Alderamum, nec apud eius filios Marchia Sauonæ ætate illa fuerit, facilius, tutiusque est indè conficere: apud aliam Gentem, tunc temporis, illam fuisse; quam, quænam potissimum illa Gens fuerit, affirmare. Moribus id illorum temporum debemus, quibus Nominũ, Cognominum, & Agnominum vsurpationibus antiquatis, quibus Gentes ad inuicem, & eiusdem Gentis Familiæ, latino more distinguebantur, solo prænomine, addito ad summũ Patris eiusdem, Barbaro prorsùs more, Itali vtebantur. Sed qui Illustriores erant, additamento eius dignitatis, qua erant insigniti a vulgo secernebantur. Hinc (ne ab Alderamo, eiusue posteris discedã) Marchiones Montisferrati vsq; dũ virilis à stipite soboles superstes fuit, nec in Gentem Palæologam muliebri insitione degenerauerunt, non alio, quam Marchiæ eiusdem nomine vtebantur. Hinc Ceuæ, Salutiarum, Boschi, Ponsoni, Carretti, Marchiones dicti, à locis scilicet, & Castris, in quibus singuli dominari cœperunt, & tempore procedente, & succrescente prole, quod vocabulum dignitatis fuerat, & loci, paulatim apud plerosq;

a resp. 2. artic. 4. nu. 11. cũ seqq.

b lib. 4. cons. 4. nu. 35.

c lib. 2. noue. aenead.

d descriptio. Montisfe.

Excurf.14. obuenere: Sciamusque prætera, vniuersa Iurisperitorum schola teste *Excurf.*14. Feuda non nisi in rebus soli, vel solo cohęrentibus posse constitui, quod ipsum feudorum iura in hæc verba decernunt. *a* *Sciendum est autem Feudum, siue beneficium, non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur (veluti cum de Camera, aut de cauena Feudum datur) posse consistere: ac Feudum neminem posse acquirere nisi inuestitura, aut successione.* Ex quibus certo certius est, vt viribus præpotentis Ciuitatis, & ad expeditiones maritimas opportunissimæ, contra Guglielmum Regem vteretur Imperator, honorificentissimis verbis hoc publico documento appellatis Genuensibus plura promisisse, quæ quinto, sexto, decimo, vndecimo, duodecimo, decimo tertio, decimo sexto, decimo octauo, & alijs capitibus, includuntur: Vtque ab eisdem omnes suspiciones remoueret, quibus tardiores ad opem sibi ferendam sentiret, quos promptos ad arma contra se victorem sumenda expertus fuerat; Libertatem, & Imperium Genuensium (suspicionum causas) aureo hoc diplomate, ad perpetuam rei gestæ memoriam, & stabilimentum ad posteros comprobauisse. Quod si primo capite vbi de Imperio Reipub. in Ligures omnes agitur, illa exceptione vtitur Imperator: *Salua tamen fidelitate Imperiali;* & rursum ibidem: *Vt propter hoc in cæteris iustitia Comitum, & Marchionum non minuatur,* Id erat omni ratione ferendum; Tum quia notissima apud omnes reseruationis uis est, quæ nihil pęnitus tribuat, & nisi de reseruatis demonstratum fuit, frustrà omninò sit. *Excurf.*15. Tum, & multo maxime; Quia inæquali fœdere excepto, quo Ligures omnes littorales obnoxij Genuensibus antiquitus erant, vt alibi vidimus *b* nondum illa ætate (vt posterioribus temporibus factum fuit) in ditionem Reipublicæ prorsùs concesserant. Et propterea cum ex constitutione Italici Regni, Liguria, vt cęteræ Prouinciæ, in Marchiones, & Comites esset distributa, vt supra recensui; Fridericus, qui huius Regni iura ad se trahebat, noluit eos, hac Genuensis Imperij approbatione quodammodo manumittere: Id quod facem Friderico minori, contrà nos bellum gerenti, ardentissimam præbuit, ad excitandas rebellionis flammas, quibus occidentalior Liguria contra auitum Imperium arsit; iustamque præbuit causã illorum armorum, quibus eodem Friderico mortuo, secundo illo à constituto legitimi Imperij genere in ditionem Reipublicæ illos concessisse, probasse me memini. *c*

Hanc Friderici Patris approbationem Henricus filius alio haud absimili dato documento sequutus est anno à Virginis partu

xcici.

a ib. 2. de feu. in princ. l. Obertus in fin.

Excurf. 15.

b cap. 26.

c eodem c. 26.

MCICI. Kal. Iunij eò enixius, quò cupidius Regnis vtriusque Siciliæ morte Gulielmi iunioris vacuis, sibiq; vxorio Iure debitis, sed à Tancredo Spurio Rege inuasis, inhiabat. Nec diuersa meditatus Fridericus Iunior antequam hostis nobis tàm acer euaderet, approbationem eamdem confirmauit, cuius rei publicum etiam documentum libens addo, P non in additamentum, nec maius robur eorum, quæ indulserat eius Auus, quæ tanta vidimus, vt quodcumque respuant robur, seu additamentum, sed ad magis eruendam in lucem ex antiquitatis tenebris gestorum seriem, ac pondus. More à Francis tradito ità constituerat Italici Regni Ciuitates Otho Magnus, vt earum plerasque liberas quidē, & suis legibus, suisque Magistratibus vtentes faceret, sed eędem à nutu Regij Præfecti, qui Missus, seu Nuncius vocabatur, penderent, omnesque tributum penderent, quod Foderum, Parata, Mansionaticum illorum temporum vocibus appellabatur, designabanturque ea omnia, quæ natura, vel consuetudo fert ad vsum, &c. vitam hominum necessaria, Regio exercitui omninò præstanda, frumenti scilicet collationes, viarum, Pontiumque munimenta, tectoriorum denique, aliorumque, ne sub die agēdum esset, præstationes; vt Carolus Sigonius locupletissimus Auctor est. a Absoluerit sanè Fridericus Maior Ciuitatem nostrā à quacunque tributi præstatione, quod nunquam ab ea ne postulauit quidē. Sed in hoc documento Fridericus minor testatus est illis verbis: *Statuimus, vt à nulla persona foderari debeat, & hospitari.* Præbuerat Ahenobarbus vsum Consulum a Repub. ipsa nullius expectata auctoritate, vel requisito suffragio eligendorum, qui libere iura inter suos redderet; quod numeris omnibus absolutam, neminique obnoxiam Iurisdicendi facultatem designat. Plenius explicat Nepos hic, dum ad eiusdem Consulis potestatem refert hæc: *Et ea omnia, quæ Iudex ordinarius habere debet ab Imperatore in sua Iurisdictione.* Remouet senior in argumentum approbatæ Libertatis, ac Imperij à Republica Genuensi Præsidem quēcumque; eamque in manu Consulum ab ipsa liberè creandorum relinquit. Declarat in hoc elogio Iunior *Controuersias omnes, quæ contrà Rempublicam à quouis mortalium mouerentur, non nisi coram Iudice ab ipsa constituendo examinandas, decidendasque;* Quod esse proprium eius, qui nullius agnoscit Imperium, &c. potestatem Iura decernunt. *Excurs. 16.* Et demum plura, & quidem potissima, quę Libertatem, & Imperium respiciunt, recenset in illa sua testato edita approbatione Fridericus Auus. Sed quoniam non pauca ad illud ipsum pertinentia fortè supererant, quibus Respub. Ge-

P

a de Regn. Ital. lib. 7. f. 175.

Excurs. 16.

nuensis

nuensis iamdiù vtebatur quæ putidum fuisset sigillatim enumerare, ne detracta intelligerentur, eò quod silentio inuoluebantur, testatum voluit Fridericus Nepos his verbis: *Hæc autem nostra cōcessio non faciat Communi Ianuæ præiudicium circa alia iura ipsius Communis, & Ciuitatis*. Per quæ verba quælibet etiam remouetur suspicio, quæ delicatorum animis inhæsisset ex voce Priuilegij, qua commemorata Imperatorum elogia sunt celeberrima, qua voce non modo augustius quid, & excellentius denotatur in largitore, sed etiam opus alienæ indigum quodammodo eum, qui recipit, qui vtitur, qui magni æstimat. Habuisse ducentis ab hisce temporibus retrò annis Rempublicam nostram optimo, vt quisquam iure Imperium, & Libertatem probauimus alibi *a* Hæc Friderici verba, quæ proximè recensui euincunt propriora eidem Reip. fuisse iura quædam id ipsum respicientia, Cæsarea approbatione non comprehensa non indiga: ijs tamen, quæ inuoluebantur haud absimilia, eodemque iure propterea censenda *b* sed, data occasione, approbasse libenter Imperatores, vt beneficio imputarēt, quod iamdiù dederant necessitati, cupidius recepisse Rempub. vt permittentibus etiam ijs, qui prohibendi iactabant legitimam potestatem, securius olim partis vterentur. Præsertim cum etiā ad gloriam faceret, auctoribus ijs, quibus summam in Christiano Orbe ius erat, quæsita à Maioribus possidere. Neque enim Attali, Prusiæ, Antiochi, Ptolomæi, aliorumque plurium offecit Regio splendori, quos Senatus Romanus Reges appellauit, non fecit, sed ingentis loco beneficij datum petenti Vermiæ Siphacis filio testatus est *c* Senatus ipse.

a cap. 24. & 31. & 32.

b l. eum qui ædes ff. de vsucap.

c Liu. hist. lib. 31.

Magni itaque, & meritò facit Genuensis Respublica hæc, quę retulimus, & eiusdem generis quamplura alia Imperatorum ex augustissima præsertim Austriaca Gente sæpius repetita documēta: Vt omnes intelligant eam approbantibus cunctis, & potissimum ijs, quorum maximè intererat rem secus fluere, quam possidemus vsucepisse Libertatem; non pretio emptam, vt falsò opinatur Bodinus. *d* Non precario quæsitam: non per iniuriam extortam, sed virtute contrà immanissimos Christiani nominis hostes, quorum prædæ exposita à Dominantibus diù fuerat, Deo Optimo Maximo Adiutore vindicatam. Qui enim locus calumniæ contra Libertatem Reipub. nostræ relinquitur (licet dubia essent ea, quæ sexcentis retrò annis, in tanta bonarum artium penuria, vt soli Monachi litteras scirent, *e* contigerunt)? Quā Libertatem tot, tantique Imperatores iurium imperij acerrimi in Italia vindices approbauerunt? Quis tam ferrei oris, qui approbationes

d de Repub. lib. 1. f. 193.

e Alphōsus de Bene de Reg. Burgūd. Trās iurana & Avedatens. lib. 2. f. 99.

bationes illas testato editas, iurisiurandi religione firmatas, sacrosancta denique Romani S. Pontificis auctoritate roboratas, infringere, aliquaue ex parte violare audeat? sanè Innocentius, dũ documento haud absimili, littera Q Cęsareas approbationes Apostolica approbatione confirmat; & auctoritate illa, quæ Imperium ipsum instituere Aristocraticum potuit, & legitimũ Ius imperandi Imperatoribus ipsis tribuere; hæc eadem Imperatorũ iudicia de Genuensibus laudat, comprobatque, non nisi comminatione interposita id facit; Eos scilicet, qui ea violauerint, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli indignationem incursuros. Cuius horrendi carminis vi, omnibus, quibus vnquam à Sancta Matre Ecclesia affecti fuissent beneficijs, reluctantes priuari auctor est Baldus noster: a Vt intelligant Cæsariani illi, qui dum blandiri Dominantibus cupiunt, Imperatorum priuilegia nobis concessa, ab eiusdem potestatis successoribus facilè contemnenda suadent; se non modò contrà vincula humanæ societatis, quæ pactis conuentis connectitur, bellum gerere; sed ipsammet Imperialem potestatem, quæ beneficio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ apud Germanos floret, iisdem conatibus impugnari, & quidem (quod ad nos attinet) frustrà: Cum Libertas Reipublicæ Genuensis altiores nacta radices, quas in ipso Iure naturæ, & gentium egit, hisce Priuilegijs non in præsidium vtatur, sed ad ornatũ, securitatéque.

Q

a cap. vnica. §. Porro si domi num vers. Ibi nota. num. 6. Quę fuer. prima caus. benef. amitt. & in auth. statuimus C. de Episc. & Cleric. seq. post alios Mãdos. de comis. parte 2. cap. 10. §. vnica nu. 104. f. 422.

Lagunæ latantes conatus contra Libertat. & Imper. Genuens. Cap. XXIX.

Quorsum inquies tam longa, tam accurata, tam longè petita de Libertate, & Imperio Genuensi narratio, quam passim testantur Iuris Interpretes, *Excurs.* 17. Viri Principes, ac rerum publicarum Administratores, ac Reges libenter agnoscunt; communis omnium sermo loquitur, nec Laguna in tanta verborum congerie vsquam impugnat? Quia nimirum nullum truculentius bellum geritur, quam quod non indicitur: nulla periculosiùs sæuit pestis, quam quæ in venis latenter serpit, & ex occulto grassatur. Professus Finariensis Salariæ causæ in summarijssimo possessorio patrocinium Laguna, nihil certum, nihil sanctum, nihil nobis reliquum facit, omnia tentat, omnia miscet, omnia concutit; & ad frigidissimas Interpretum Iuris assertiones, tamquam in foro de re leuissima apud pedaneos Iudices postularet, reuocat omnia, & extrà propositæ quæstionis cancellos licenter vagatur adeò, vt idipsum fateri quandoque b cogatur. Certè de Iure Marchionum in Finariensi tractu sæpè c sæpius de eorumdem obsequijs, & clientelari Iure erga Imperatorem differit d sępissimè Priuilegia ab Imperatoribus concessa nobis exagitat. e Quæ omnia quo magis distant à possessionis interuersæ proposito, eo propius

Excurs. 17.

b c. 1. num. 64.
c c. 1. num. 23. nu. 26. num. 29. nu. 35.
d c. 2. num. 1. nu. 4. num 5. cum seqq. nu. 23. & nu. 62
e c. 4. per totũ.

ostendunt causas quæri obliquè perstringendi ea, quæ de Libertate Reipublicæ nostræ, eiusdemque in Littoralem Liguriam legitimo Imperio comprobaui. Verumenim vero dum leges pacis, bello, vel belli terrore domitis Carrettensibus à Maioribus nostris impositas (nullis ne requisitis quidē belli causis) ex metu reijcit. *a* Dum Ferdinandi Imperatoris, sibi non minùs, quam Alphonso Carrettensi Marchionatum Finariensem adiudicantis, sententiam extollit, *b* Aulicorumque factum reprehensione dignissimum probat, quo facto prouocatio ad Sanctissimum reiecta fuit, *c* dū responsa Senatus Aulici Academiæ Ticinensis, Bononiensis, & Patauinæ sæpiùs *d* producit, in quibus, assentatione regnante, plura leguntur, quæ Libertatem, & Imperium Reipublicæ nostræ oppugnant licet infelicissimè. *e* Dùm denique in dubium vocat, *f* Ius vnquam fuisse Maioribus nostris Mari Ligustico leges dare, datasque ab eis antiquitus vnquam fuisse disertè negat. *g* Iàm habes amice lector argumenti mei necessitatem, meque omnia vnum in locum ordine contulisse eo consilio, ne de re tanta in hac controuersia vllus dubitandi relinqueretur locus; neue ad idem sępius, recta methodo interpellata, reuoluendum esset: Certus alioqui nisi armorum præsidio Ius foueatur, virtuteque Conciues mei parta à Maioribus decora tueantur, quæ retuli, quæque referre facile poteram, ludibrio potiùs, & impedimento ad ea conseruanda, quam adiumento futura. Audio enim Ioannini Pręsidis ad Belgarum coniuratos ordines salsum dictum, inducias cum Catholico Hispaniarum Rege conciliare laborantis. Pertæsus namque suspicacissimorum animorum lentas moras, qui verbi cuiusdam offendiculo, quo cum eis non satis ad libitum, tamquam cum liberis Populis Rex conueniebat, ludens, inquit Gallus homo non infacetè facundus: *Haudquaquam validiores ictus emissuras ipsorum bombardas lapsis inducijs: quacumque tandem verborum formula ea cōciperentur.* *h* Idq; ex vsu apud omnes Gentes peræquè recepto, adulatione verò inter Numina collocato, *Nullas vnquam iustas bellandi causas defuiße victori; victo nullas vnquam fuiße satis.*

a cap. 1. nu. 39. vsq. ad 45.
b c. 2. à nu. 62. vsq. ad n. 66.
c c. 2. nu. 68.
d c. 1. nu. 10. & c. 2. nu. 61.
e apud Menoc. in calce tractatum possess.
f c. 3. nu. 153.
g c. 4. à num. 7. vsque ad 13.
h Card. Bent. de induc. Batau.

Sed ad rem propiùs. Negat primo capite Laguna conuentiones nobis vllas in re salaria cum Marchionibus Finariensibus vnquam fuisse. Et licet binas, pluresue ipsemet proferat, negat legitimè initas, iniriue potuisse Cæsare inconsulto; quinimò Natura ipsa repugnante, hominum conuenta frustrà proponi; hinc conficit nunquam vsu recepta, nec recipi porrò potuisse. Verè qui talia tentat, de ingenio suo non parum, de auditorum conscientia plurimum confidere palàm est; de nobis [illegible]trà quos tendit, humi-

Lagunicæ lucubr. ex 1. cap. reassumptio. Cap. XXX.

humiliter satis, & demissè sentire. Ego verò absque vlla verborũ asperitate, vt mei mores ferunt, agam, exquiramque in primis, & verbis quam blandissimis ex eo: Heccine bone Laguna est illa Conuentionum indagatio, quibus positis, mandata Regia, arbitratu tuo inter plura longè benigniora selecta *a* te interprete, durius accepta, sunt exequutioni mandanda? fac conuentiones nullas anteriores conuentionibus initis anno 1292. cum Finariẽsibus, inque eis nullam Salis factam legi mentionem: fac in posterioribus anni 1340. nec omnes quotquot in viuis agebant Marchiones consensisse, deque Procuratorio Oliuerij Squarciafichi, qui nomine Ducis nostri contraxit, non apparere: Fac in postremis à te relatis anni 1345. mandatarios potestate abusos, tanta audacia, (censore te) vt cum iussi fuissent rata habere, quæ temporis lapsu præterijsse condendis, eadem ipsa ex integro promiserint, receperintque. Demus auctoritati tuæ commissum esse contrà Gentium Iura, leges Mari, illasque nauigantibus imponere, quas nulla Gens Mari potens nunquam non dedit, nunquam non dabit. Demus inuehendi Salis facultatem inter regalia connumerari; deque ea conuenire non potuisse Marchiones, Cæsaris auctoritate non expectata, in quibus toto illo primo capite exultas. Demus hæc omnia. Quid tum? Conuentiones non extant; an ne extare non sufficit, nisi legitimè initas probatum fuerit? Primum fides refellit tua, qui plures ex eis publicasti, & quò fusius impugnas, eò firmius adesse profiteris. Posterius Regia mandata redarguunt; quibus (te etiam audito) possessione rei salariæ deiectam restitui Rempublicam nostram pro Imperio Gubernator Mediolani iubetur. *b* *Quando concurren las combentiones, y possesion de la Republica antes del año* 1571. Etne de verborum vi dubitetur statim ad maiorem subditur declarationem: *por que si solo las combentiones ablan en el caso, y faltaße la possession de a quel tiempo, ò por el contrario si huuiesse possession solo de algo, sin che fuesse comprehendido en las combentiones, no se ha tratado dello.* His ne verbis mandatur diligentius inquiri de validitate conuentionum, ritè ne, an secus initæ fuerint, id quod proprietatis continet causam, vt tu tanto conatu fecisti? An verius, vt non rarò iura requirunt, *Excurs.* 18. sola possessione Rex non cõtentus, possessionis causam, seu titulũ (vt nostri loquuntur) requirebat, non quidem plenè probatam, adumbratam tamen? Vt enim eædem litteræ sæpius loquuntur *c* Rex disertè iubet, restitutis primùm in pristinum statum rebus, referendum deinceps per Mediolanensem Senatum esse de viribus conuentionum earũdem

a Vide c. 15.

b Litoeris diei 15. Septemb. 1618.

Excurs. 18.

c dici 15. Sep-tẽbris 1618. dici 30. Aprilis 1622.

dem cum Marchionibus initarum, illarumque vsu Marchionum temporis ibi, *a Y quedada primiera esta orden, como queda dicho, me informeis despues de lo, que ay en echo, y en derecho cerca destas capitulationes, y combentiones antinguas entre la dicha Republica de Genoba, y los Marqueses del Final, y de su obseruantia en tiempo de los dichos Marqueses, y de la obligacion, que ay, para obseruarlas agora.* Quod ipsum alijs, & posterioribus litteris *b* serius iniungit. Quibus verbis nihil contestatius ad æquissimam mentẽ Regis aperiendam, quæ dum conuentiones requirit (si tamen requirit) satis habet eas adesse, dilato earumdem examine ad aliam, & pleniorem eiusdem rei discussionem. Quod ipsum in foro, & illis possessorijs Iudicijs receptissimum est, in quibus contrà vniuersaliora iuris stabilimenta, deiecto de causa suæ possessionis ante restitutionem docendum quandoque est; & tamen in eis (veluti in sacerdotijs) haudquaquam de illius viribus vlterius inuestigandum, nec in proposito curandum de vitijs *Excurs. 19.* Quantumuis à Pseudopontifice Sacerdotium fuisse collatum proponeretur. Quibus concinit (& possessionis quæstionem cum viribus conuentionum iungit, & consilium Regis aperit) possessionis scilicet vsum, ac fructus conuentionibus, quæ processerant accepto ferenda esse illo etiam obice reiecto: conuentiones nimirum illas irritas esse *Excurs. 20.* Quod quidem Regis consilium nequaquam de viribus causæ possessionis solliciti, dum restitutionem, conuentionibus existentibus imperabat, colligere poterat Laguna ex totidem planè verbis posterioris epistolæ *c* ad Gubernatorem, ibi, *Aduertiendo os, que cerca del punto de la possession, no se ha da tratar al presente ora aya sido violenta, o viciosa, ò por otras cosas, porque se ha da mantener, o restituir la possession, en que estaua la Republica qualquiera, que fuesse, porque de todo esto despues habrà de tratar el Senado en la relation, que se hà pedido.* Sed adhuc Laguna contrà iussa tàm aperta, contra professionem suam: prouocat, primo hoc capite, ad examen Conuentionum: hoc est in quæstione possessionis, qua deiectam se à Præfectis Regijs per tot annos Respub. conqueritur, dominij refricat quæstionem. Et cum Rex in eisdem quas paulò ante recensebam, litteris hæc subdat: *y este puncto de la possession para daserla en interim, se hà de tratar con bona fee:* Fingẽs longius ire, totus quantus est, in oppugnandis conuentionibus versatur. An ex bona fide, alius dicet. Ego ad eas propugnandas libens accedo, non magis laborans: quidnam coram Prætore in restitutorio Iudicio agendum ex arte foret *Excurs. 21.* quã quid Patriæ meæ dignitas postulet, & Maiestas exigat Regia.

a Litteris diei 15. Septemb. 1618.

b diei 30. Aprilis 1622.

Excurs. 19.

Excurs. 20.

c diei 30. Aprilis 1622.

Excurs. 21.

SECTIO

SECTIO QVARTA.

DE MARCHIONIBVS CARRETTENSIBVS:

Eorumdemque dominatu in Finario, deque fœderibus cum Reipub. per eos initis, præsertim circa rem salariam, & commerciorum.

Marchiones Sauonæ, & Carretti qui nam, & vnde, eorumdemque discrimine. Cap. XXXI



Onstantissima scriptorum omnium consensione traditum est, ac receptissimum: Gentem Carrettensem, quæ per ætates plurimas non interrupta Maiorum serie Finario Oppido dominata est, ab Alderamo illo Saxone genus duxisse, qui Othonis Magni Liberalitate Marchionatu Montisferrati auctus, in feracissima illa Italiæ regione sedes fixit, latèque Illustrissimam progeniem propagauit. Ignorantia tamen antiquitatis plerique labuntur, dum Othonis Magni donationem illam vsque ad Liguriæ littora extendentes, intrà eius limites Finarium includunt, &, Finarium vsque adeò Marchionibus Carrettensibus iungunt, adnectumque: vt pro iisdem vsurpantes, ea confundant, inuoluantque, quæ non nisi magno cum temporum, rerumque discrimine processere. Cuius quidem erroris nec ex nostris Vbertus Folieta expers fuit, qui vltimus in contexendis rerum Genuensium Annalibus candorem linguæ latinæ Patriæ approbauit magis quam diligentiam: dum ea in Naulensi negotio Marchionibus Carrettensibus tribuit, quæ Caffarus æqualis illorum temporum scriptor de Marchione Loreti tradiderat. Quasi verò cum vere Caffarus (à quo Folieta hausit cum cęteris) de Marchia illa haud dubiè intelligat, in qua Finarium situm est, iàm tùm Finarium cum tota Marchia sub dominatu Carrettensium esset, qui longè post in littorali Liguria floruere. Ego verò Carolo Sigonio, qui summa diligentia, & fide res in Italia per ea tempora gestas à tenebris vindicauit, assentiendum duco. Qui [a] dum de Othonis Magni donatione Alderamo Genero in conuentu Rauennatensi facta mem init, eam regionem fuisse tradit, quæ inter Padum, Tanarumque sita, iam tum Montisferrati Marchia dicebatur. Intra quos limites tantum abest Finarium, aliamue quantumuis minimam littoralis Liguriæ partem includi, vt tota illa interiaceant terrarum spatia, quæ à summo iugo per sinisteriora Apennini latera obliquis flexibus ad Tanarum vsque protenduntur, & Langas vocant. Quas quidem

lib. 1.

[a] de Regn. Ital. lib. 7.

Langas

ramo, vel non fuisse penes alios Dominantes Marchiam illam, cuius, iàm olim constitutæ, iura quædam intrà eius limites sita tantummodo, Alderamo ipsi à socero tribuuntur, confirmanturque? Quid ni, dum Otho possessa tantum à Genero in Comitatu Saonensi confirmat, à reliquo corpore eadem diuidat? Cur denique de vniuerso Comitatu non meminit, si totum dabat? Cur, Domino fortè vacuum, non dedisset? Hinc planè constat abuti propria diligentia in causa Finariensi Præsidem Menochium, fusius contrà responsa Senatus Aulici, & Academiæ Bononiensis, & Patauinæ, Othonianæ donationis vim prosequentem *a* (si documentum, quod ea de re circumfertur legitimum est, quod pluribus reprobat doctissimus Alciatus *b*) cum nihil prorsùs ad rem Finariensem faciat illa donatio: grauiusque contra historiæ Maiestatem, & fidem peccasse Sabellicum *c* & Leandrum Albertum *d* aliosq; qui ad captanda vulgi studia, & admirationes, leuissimis fabulis de amoribus, & fuga, latebrisque Alderami, & Adelasiæ gestarum rerum seriem conspurcasse non contenti, diuisiones ditionum inter Alderami filios auctoritate Othonis initas somniari audent, vnique ex eis (si Deo placet) Marchiam Saonensem attribuere: Cum, vt ex Sigonio retuli, Marchionatus illi omnes, Montisferratense excepto, Othonis tertij beneficio, Alderami filij sint consequuti. Et (quod contestatius etiam est) ex illo ipsomet donationis documento, Sauonensis Marchia in Othoniana liberalitate non venerit. Cum igitur nec apud Alderamum, nec apud eius filios Marchia Sauonæ ætate illa fuerit, facilius, tutiusque est indè conficere: apud aliam Gentem, tunc temporis, illam fuisse; quam, quænam potissimum illa Gens fuerit, affirmare. Moribus id illorum temporum debemus, quibus Nominũ, Cognominum, & Agnominum vsurpationibus antiquatis, quibus Gentes ad inuicem, & eiusdem Gentis Familiæ, latino more distinguebantur, solo prænomine, addito ad summũ Patris eiusdem, Barbaro prorsùs more, Itali vtebantur. Sed qui Illustriores erant, additamento eius dignitatis, qua erant insigniti a vulgo secernebantur. Hinc (ne ab Alderamo, eiusue posteris discedã) Marchiones Montisferrati vsq; dũ virilis à stipite soboles superstes fuit, nec in Gentem Palæologam muliebri insitione degenerauerunt, non alio, quam Marchiæ eiusdem nomine vtebantur. Hinc Ceuæ, Salutiarum, Boschi, Ponsoni, Carretti, Marchiones dicti, à locis scilicet, & Castris, in quibus singuli dominari cœperunt, & tempore procedente, & succrescente prole, quod vocabulum dignitatis fuerat, & loci, paulatim apud plerosq;

in

a resp. 2. artic. 4. nu. 11. cũ seqq.

b lib. 4. cons. 4. nu. 35.

c lib. 2. nou. anead.

d descriptio. Montisfe.

in Familiæ nomen transiuit. Hinc demum Carrettensium natum Nomen, & ad ætatem nostram feliciſſimè propagatum. Sed non eadem sors Marchionibus omnibus obtigit; &, ad rem nostram, non Sauonæ Marchionibus eadem felicitas, quos longè antiquiſſimos fuiſſe, etiam ante Othonis Magni tempora, admonebam paulo ante, & coniectura haudquaquam leui, ad Caroli Magni ordinationem referebam. Quorum vetustiſſimus, qui nostram non effugit memoriam, Bonifacius fuit Sauonæ Marchio, cuius filij Mãfredus, Vgo, Anſelmus, Henricus, & Otho, anno a partu Virginis Milleſimo centeſimo quadrageſimo, fœdus cum Republica nostra percuſſerunt contrà Comitem Albintemilij (cuius fœderis leges vide littera S) ex quibus fratribus Henricum Marchionem Guercium appellatum in diplomatibus vtriuſque Friderici, quos ſupra dedi O. P. reperio. Et is fuit Henricus Guercius Marchionis Bonifacij filius (si legitima ſunt documenta, quæ à Marchionibus Finarienſibus producuntur) qui primis ex Sauonæ Marchionibus, terrore Mediolanenſis excidij (ad cuius casũ vniuerſa contremuerat Italia) inuestituram, quam vocant, de vniuerſis, quæ in illa Marchia poſſidebat, à Friderico Ahenobarbo Imperatore impetrauit anno à ſalute humani generis milleſimo cẽteſimo ſexageſimo ſecundo, eiuſque filius Henricus Minor à Friderico prioris nepote repetijt: anno milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo, iamtum vetera, & antiquata nomina Italici Regni cogitante. a Qui tamen Henricus minor, vnà cum Othone fratre, ætate maiore: in Imperium Reipub. Genuenſis longè ante anno ſcilicet milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo conceſſerant, vt publica documenta teſtantur litt. T. Vndè verò additamentum Guercij Henrico Marchioni accreuerit, deductumque ſit, non ſatis liquet; id liquet: Gentilitium nomen Marchionum Sauonenſium haudquaquam fuiſſe; cum nec illius temporis mores, in eius præſertim notæ viros, id ferrent, nec Bonifacius Pater, nec tot reliqui fratres eo nomine cenſerentur. Ab aliquo verò oris dehoneſtamento Henricum (Italica voce) Guercium nuncupatum illa reſpuit ratio; quod propius eſt, vt huiuſcemodi corporis vitia in viris Illuſtribus omni arte diſſimulentur, declinenturque, quam vt eorum memoria, ipſis dictantibus, & iubentibus, per publica documenta ad poſteros propagetur. Suſpicor ex vxore Guercia ſuſceptum Henricum filium, Guercium dictitatum a Patre Bonifacio, cum diſcriminante præcipuè a cæteris ex priore vxore natis: quod vſurpatum vidit antiquitas in filijs, quos à Salonia ſuſcepit Cato Maior. Suſpicionem mouet inclitum per eadem tempora

S

a Sig. de Regn. Ital. lib 17. ſub an. 1225.

T

tempora in Ciuitate nostra,(in qua paulatim ad Gentes discriminandas nobilium familiarum Nomina, repetito vetusto more, cebrari cœperant.) In fastis namque Consularibus sæpiùs legitur synonymus prorsus, Henricus Guercius Consul anno 1136. iterum anno 1148. tertiùm anno 1153. a Quid ni igitur Sauonæ Marchio Bonifacius, quem ex secunda fortè vxore Genuensi de Gente Guercia Consulari genuerat, Henricum Guercium nominante, more vsque ad hæc nostra tempora per manus tradito: Gentilitia Cognatorum Nomina natis imponere? Sed liberum sit vnicuique hac de re, prout libitum, opinari. Illud extrà omnes opinantium fluctus securum in portu natet: vnde vnde prouenerit Henrico, Guercij nomenclatura; Marchionum certè Sauonensium stemma non minus distasse, æuo illo, à Marchionum Carrettensium Gente, quam Castrum Carretti ab Oppido Sauonæ loco distet. In cuius rei demonstrationem non repeto, quæ de originibus vtriusque Marchionatus paulò ante differebam. Duobus illis, quæ postrema dedi publica documenta, addo &, alia *litt.* V de re Naulensi, quam Sauonæ Marchiones manu paulatim, ac per partes misisse, &, à se tandem penitùs abdicasse ab anno Christi millesimo centesimo octogesimo primo ad annum nonagesimū tertium eiusdem sęculi testantur. In quibus omnibus semper, & constantissimè, non modò nominis, sed Iuris & potestatis Marchionum Sauonensium mentio fit disertissima, nulla vnquam de Carrettensibus. Quorum quidem Carrettensium mentionem; primùm in Littorali Liguria factam, reperio in quibusdam Sauonensium, cum Repub. nostra, initis conuentionibus, anno à reparatione humani Generis millesimo ducentesimo secundo, quas eò libentius do, X quo certius rem, de qua quæro, demonstrant, & acu quodammodo tangunt. Vgo namque de Carretto, Othonis de Carretto Marchionis filius (illi scilicet Pater, &, filius, qui post duodecim annorum lapsum Ciuitate donati, se, Castraque sua fiduciario Iure Reipub. nostræ erant addicturi *litt.* R.) Vgo inquam de Carretto prædictus, Sauonæ Potestas, non Marchio, & nomine Communis Sauonæ, non ex Marchionum Sauonensium Iure (vt Bonifacij fecerant filij. S. T.) fœderis leges cum Republica nostra percussit. Quid manifestius ad demonstrandum alios fuisse Sauonæ Marchiones, & longè diuersos ætate illa à Marchionibus Carrettensibus? Nec turbet legentem, Sauonenses, cum adhuc vigerent Sauonæ Marchiones, fœdera absque illorum auctoritate paciscentes. Nam, vt de Naulo vidimus, Sauonenses pariter longè ante, quam Marchionum Sauonensiū deficeret ge-

a *Caffar. ad dictos annos.*

V

X

nus, ab eorum iure, & clientela se omninò subtraxerant. In cuius rei testimonium alias, & alias fœderis leges ab eisdem nobiscum initas, longè prædictis vetustiores, inspiciendas produco *litt.* Y.

Y Quod ipsum agnouisse videntur Marchiones ipsi Bonifacij filij in iàm relatis fœderibus S. T. Dum ab illis copijs (centum scilicet equitibus, & peditibus mille) quibus contrà Albintemilij Comites adesse Reipub. exercitibus obstringebantur, Sauonenses ipsi rotundis verbis excipiuntur. Nec nouùm Gentem aliquam ad conseruanda maiorum decora, & familiæ splendorem, dignitatum eadem vocabula vsurpasse, quorum Iura ad posteros non peruenissent; sed apud nos receptissimum in Lauaniæ, & Albintemilij Comitibus, quorum posteri adhuc manent, more à Germanis recepto, apud quos id ipsum, etiam nunc, frequentissimum est. Ex quorum pluribus excerpsisse sufficiat Duces Bransuicenses & Emdanos Comites; quorum Bransuiuum, & Emdem inclytę Ciuitates, quæ illis nobilissimum Nomen dant eorumdem non ferant Imperium. Durauit igitur Marchionum Sauonensium Illustrissimum nomen, quantumuis Sauona, sui Iuris effecta, sub eorumdem ditione esse desijsset; defecit autem (vt cętera mortalia) vnà cum Gentis nobilissimæ interitu: Idque contigisse mortuo demùm Henrico Henrici Guercij filio pro comperto affirmare ausim. Quem in humanis fuisse anno sæculi decimi tertij vigesimo sexto, illi non reuocabunt in dubium, qui Inuestituram agnoscunt, quam eidem Henrico eodemmet anno per Fridericum Iuniorem concessam contendit Laguna. *a* At illum assequutæ Inuestituræ diutiùs superfuisse, haud credibile est, reputantibus, quadraginta quattuor, & ampliusante annis, illum eumdem Hẽricum (vt oportebat adultum) vnà cum Othone fratre, Reipublicæ nostræ se, suaque obnoxia reddidisse *litt.* T Vndè necessariò conficitur, septuagenarium ad minimum in clientelam Friderici consensisse, nec vlterius ab illo die protractam nobilissimæ Gentis progeniem, quam protrahi potuerit septuagenarij senis moras in cassum, nectens senilis anima. Idem namque Inuestituræ documentum non leui coniectura demonstrat, cum Henrico hoc iuniore vniuersam elatam Marchionum Sauonensium Gentẽ. Quandoquidem si attentè legantur verba illa Inuestituræ.

a f. 156.

De abundanti quoque nostræ benignitatis gratia, qua consueuimus nostros fideles, & benemeritos preuenire, de certa nostra scientia adijciendo concedimus, & in perpetuum confirmamus, vt de prædicta concessionis inuestitura feudi, tam Marchio memoratus, quam heredes sui masculi legitimi, & feminæ ab eo descendentes vna alterius succedere gaudeãt vniuersi,

nersi; & si heredes masculos contigerit non esse superstites, filia sua, quæ est uxor Grattapaliæ fidelis nostri in feudo ipso succedat, nec non eius heredes masculi, & fœmina legitima ex ea, & eius viro Grattapalia descendentes vno alteri succedente, lege aliqua, vel feudorum consuetudine, nec non & priuilegio contra hanc nostram concessionem, vel additionem impetrato aliquatenus non obstante. Ex quibus haud dubiè assequimur: septuagenarium senem prole mascula omninò destitutum non solum filiabus fœminis prospectum voluisse, sed etiam illi, quã ex pellice natam Grattapaliæ in matrimonium dederat, eorumqs filijs. Nam quorsum præcipua illa Henrici filiæ Grattapaliæ nuptę mentio, quæ in generaliori filiarũ nuncupatione veniebat? Quorsum nascituros ex dicta filia ad genitos ex viro Grattapalia restrinxit? Quorsum tam ampullosa meritorum commemoratio, si nihil amplius Henrico concedebatur, quam vt filiæ fœminæ, eiusque posteri in successione illa comprehenderentur, quod olim indultũ habebat beneficio Ahenobarbi Imperatoris cõcedentis Marchionatum Henrico Guercio patri, etiam pro heredibus omnibus, quibus sexum vtrumque comprehendi in feudorum successione Iuris est indubitati? *Excurs.* 22. Et demum quodnam additamentum est illud, quod in retributionem meritorum concedere profitetur, & tanto conatu etiam contrà leges, & consuetudines feudales seruari seriò mandat Imperator? Certè nihil reliquum est in feudo fœminarum capaci, nisi vt in illius successionem illegitima filia, eiusdemque ex certo viro legitima proles contrà omnes leges, & consuetudines feudales admitterentur. *Excurs.* 23. Verum enim verò hac etiam spe frustratum Henricum, nec ex filiæ nuptijs cum Grattapalia conciliatis, Sauonensi Marchiæ successores post se dedisse illa suadet, & euincit ratio, qua sola tenebræ ipsæ probari possunt, ex occasu scilicet lucis *Excurs.* 24. Nusquam enim post Henricum Henrici Guercij filium vllus Sauonæ Machio in annalibus legitur; cum tamen ea sequuta sint tempora, quæ tanti nominis viros haudquaquam sileri paterentur: Ea nimirum tempora quibus ad famam nominis Friderici iunioris, contrà Rempublicã nostram furentis, in spem nouarum rerum erectæ Ciuitates, ac Dynastæ oræ Occidentalis omnes (Naulo excepto) à nobis, prauo, & in ipsorum caput casuro consilio, desciuerunt, vt fusius retuli, altum tamen est, inter tot turbas, silentium de Marchionibus Sauonæ: Cum aliorum omnium sępius per viginti, & amplius annos in prælijs, in inducijs, in fœderibus nomina legantur.

Excurs. 22. *Excurs.* 23. *Excurs.* 24. *cap.* 17.

At è contrà ignotum antea, & vltrà Apenninum tantummodò cognitum Marchionum Carrettensium Nomen, ora in illa apud

Finarium de nouo emersit. Cuius quidem primam mentionem reperio in annalibus nostris apud Bartolomæum, Scribam, æqualem illorum temporum scriptorem, anno à reparatione humani generis millesimo ducentesimo quadragesimo; qui scriptor dum Petram, Castrum Oræ occidentalioris, à Manfredo Marchione Lanciæ Friderici Imperatoris Legato oppugnatum narrat hæc subdit.

Ad quam etiam obsidionem Iacobus Marchio de Carretto cum hominibus de Finario, spreto iuramento, & conuentione, quibus Communi Ianue tenebatur, in subsidium ipsius Marchionis Lanciæ accedere minimè dubitauit.

Quæ verba eo consilio ad litteram retuli, vt appareat Marchionatus dignitatem non accepisse Iacobum à dominatione Finarij: sed secum ingenitam adduxisse; illumque Marchionem dictum, nō quia dominationem Finarii sit assequutus, sed quia ex Gente Carrettensi erat progenitus. Et ne rem tantam, & quæ discussis antiquitatis tenebris, maximum splendorem ad ea, quæ dicturi sumus, est allatura, ex diligenti relatione verborū auctoris haudquaquam elegantis, leuius me collegisse quis culpet, Addo sępius, immò semper scriptorem eundem, cui nullum ex traspositione illa pretium, dum de eodem Iacobo sermo incidit, eadem verborum formula, quasi solemni vsum. Sanè anno ab illo proximo, quo anno Res Genuēsis, si vnquam aliàs maximum in discrimen deducta est, dum amissa numerosa Classe, hic Marinus de Ebulis cum viribus Longobardicis, indè Obertus Pallauicinus cum Hetruscis terra; mari verò cum Classe victrici Ansaldus de Mari, Legati infensissimi Imperatoris, vrgerent. Porrò idem Bartholomæus de obsidione Castri Signij loquens, hæc subdit.

Venit ibi Iacobus Marchio de Carretto Vicario dicto (Marino scilicet de Ebulis) per suam personam, & omne subsidium eius ad captionem Castri Signi, supplicans eidem Vicario, ne indè recedat, quousque Castrum Signi captum haberet. Tunc Iacobus de Carretto cum hominibus de Finario, & multis alijs de Riparia.

Et rursus anno 1243.

Ipso quoque anno, adhuc vacante Sede Apostolica, & perdurante guerra magna inter Romanam Ecclesiam, & Dominum Fridericum Imperatorem, & perseuerantibus Rebellibus Sagonensibus, & Albinganensibus, Iacobo de Carretto cum illis de Finario, & multis alijs de Riparia.

Quinimò eodem anno cum sæpius in oppugnatione Sauonæ, quam strenuè contrà nos defendit, de eodem meminit, Iacobum Marchionem de Carretto, nullo Finarij additamento, appellat.

Sed ne suspecta sit fides Genuensis scriptoris, qui certè nunquam ad hanc controuersiam respexit, publicum documentum do, *litt.* A 2. quo post pacatam demum Prouinciam, & post impositas domitis leges anno Christi 1251. ad maius firmatæ pacis stabilimentum, pietas Maiorum nostrorum impetrauit à Sanctissimo Innocentio Pontifice excommunicationem latæ (quam vocant) sententiæ contra pacis perturbatores: quo in documento disertis verbis Iacobus idem appellatur Marchio de Carretto, circumscripto quocumque Finarij additamento. Nihil igitur certius, quàm Marchiones Carrettenses, quos longè alios à Marchionibus Sauonensibus demonstrauimus; & ex eis Iacobum, Finarium Oppidum obscurum antea in Marchionatu Sauonæ situm, vel pretio, vel alia quapiam ratione (certè non hereditaria successione) possedisse; dignitate verò Marchionatus, quam secum à Genere Carrettensi traxerat, illustrasse; illustratum rebus præclarè, feliciterque fluentibus, ab vsu quodam, & commixtione verborum procedente tempore ad Marchionatus nomenclaturam euexisse. Hinc errorum magna seges. Hinc inter Marchiones Sauonenses, & Carrettenses, Gentium confusio, eò maior, quò certius eodem tempore geminos fratres eiusdem nominis floruisse Henricos scilicet, & Othones; alteros ex Gente Carrettensi, ex stemmate verò alteros Marchionum Sauonensium. Hinc quæ minima Sauonensis Marchiæ pars fuerat, Finarium, pro vniuersa Marchia accepta, & qui iamdiù esse desierant Sauonæ Marchiones, quodam quasi postliminio ab inferis reuocati. Sanè Aleramus de Carretto, quem primum reperio in Inuestitura à Carolo eiusdem nominis quarto surrepta a Marchionem Sauonæ nuncupatum; insinuatis etiam Inuestituris ab vtroque Friderico, vtrique Henrico Guercio Sauonæ Marchioni, tanquam ipsius progenitoribus concessis: & quiuis alius eadem ausus, plagiaria lege sunt coercendi. Cum enim Iacobus Marchio potentiæ Carrettensium in Marchia Sauonensi apud Finarium primus auctor fuerit; certè non Grattapaliæ filius: quandoquidem Carrettensis: non ex filia nepos, cum quatuordecim annorum decursus ab Inuestitura Friderici minoris, in qua Grattapaliæ liberi sunt inserti, ad tempus, quo Iacobus in armis agebat, hanc superfœtationem omnino refellat. Præterea Iacobus Finarij semper Dominus vndè subito vniuersæ Marchiæ Sauonensis Marchio nobis apparuit? Et si Marchio Sauonæ Iacobus, cur vsurpatione tanti nominis semper abstinuit? Certè res præclarissimas toto illo bello gesserat, victo, fugatoque Duce copiarum nostrarum Fulcone Guercio,

Id. 2.

a *Anno* 1355.

Sauona

Sauona defensa, ingentique opera Friderico Imperatori nauata meruerat, vt ad nuptias filiæ, spuriæ licet, tanti Imperatoris attolleretur. a Non auderet socero Imperatore Iacobus vsurpationem sibi debiti honoris, quam Alaranus, siue quiuis alius ex posteriorum turba ab alienis surriperet? Si Iacobus (inquies) non fuit Sauonæ Marchio, quis prohibet ad aliquem ex eius posteris Iura Marchionatus illius deuenisse? Nemo prohibet, sed nullus probabit. Ad quemnam potissimum? vnde? quomodo? Interim verò ab obitu Henrici Guercij Iunioris apud quemnam tãtus hospes tandiù diuertit? nugæ, meræ nugę.

a Anno 1247. apud Bar. scribam.

Iam verò (quod superius assumpsi) Lagunianæ lucubrationis primum caput suspendamus tandem in trutina. Tres solas, non iisdem, sed diuersis temporibus initas inter Marchiones de Finario, & Rempublicam nostram affert Laguna Conuentiones; causatus nullas præterea in processu, coram Mediolanensi Gubernatore constructo, fuisse à nostris productas: quasi verò lex aliqua obstaret b instructa iamdiù causa diem proferre, vberioresque probationes instruere. Nos nec Ferianum Ducem, Mediolani Gubernatorem, Iudicem vnquam agnouimus, nec coram eo processum struximus, litemue intendimus, vt nobis verendum sit, ne cancellis Iudiciorum circumscriptis, & conclusis, ea non liceant, quæ litigatoribus omnibus coram pedaneo Iudice permittit æquitas. c Sed cum illæ tres, quæ solæ afferuntur, rem ipsam demonstrent; stabo legibus à Laguna præfixis, nec alias aduocabo, licet in promptu haberem, ne valentioribus armis congressum me ille aliquando arguat. Illud præterire nefas esset felicissimo illo, & Maioribus nostris faustissimo tempore, quo Friderico iuniore mortuo bellum cum infensissimo Imperatore desijt, Rempublicam nostram; totam pacauisse Liguriæ occidentalioris partem, quæ desciuerat: durioresque imposuisse leges pacis, receptis in fidem, quas alibi dedimus *lit.* M. Inter cæteros fuisse Iacobum de Carretto Finarii Dominum quis ambigat? destitutum nimirùm à Socero Imperatore vita functo, & à viribus partium, quæ in Liguria præsertim cum illo conciderant: interque Albinganum, & Sauonam positum, quæ Ciuitates terrore venientis exercitus, ac veneratione antiqui Imperii saniora consilia sumpserunt, Iacobum, qui cum eis coniurauerat, in furore solum perseuerasse, nulla suadet ratio, & annales nostri manifestè redarguunt. Sanè Bartholomęus noster, æqualis illorum temporum scriptor, dum de hac meminit expeditione, hæc habet.

cap. 30.

Conuentiones cũ Marchionib. Finarij de re Salaria propugnantur. CXXXIII.

b L. à producte C. de dilat.

c L. vbicumq; de inter. actio. e. cum Io. de fid. Instrumẽt.

Et

Et cum perueniissent ad locum Varaginis vir Nobilis Iacobus de Carreto Sauonenses, Albinganenses, & alij plures; eorum Nuncios, & Syndicos, & Pracursores sufficiēter instructos ad Potestatis præsentiam transmittunt, quærentes ea, quæ pacis erant. Potestas verò, & Commune Ianuæ non attendentes improbitatem, ac nequitiam prædictorum hominū, sed misericordiam præ oculis habendo, offensionibus dimissis, conuentiones, & pacata cum prædictis omnibus auctoritate Concilij Generalis inierunt; quas conuentiones non expedit enarrare, quoniam Instrumenta ipsarum existunt in Archiuo Communis. His autem peractis, adijt Potestas ad Ciuitatem Ianuæ cum toto exercitu hilariter, & iucundè, & facta fuerūt in pace, & quiete omnia loca Riparie, & sub Iurisdictione Communis Ianuæ à Ciuitate Ianuæ vsque Monacum. Hactenus ille maiori fide, quam eloquentia, ea, quæ ipsa res loquebatur, exposuit. Quæ cum ità se habuerint, & ex Albinganensium fœderibus, quæ superius dedi *litt.* M. eodem tempore, eademque de causa renouatis, nihil reliquum factum sit receptis in fidem, eorum, quæ Iura Commerciorum, & aduehendi Salis respiciunt; Sed eadem omnia Reipublicæ nostræ cesserint, vt fusius alibi. Vel pro constanti habendum est eodem iure habitum Dominum Oppidi, si nō obscuri, non conferendi certè cum Albingauno, nec Sauona inclytis Ciuitatibus. Vel certè reddenda est ratio: cur æquiores ille quam hæ ab iratis Victoribus tulerit Pacis leges, qui omnes simul desciuerant, & vna, eademque expeditione sunt domiti.

Sed stemus legibus a Laguna datis; & ex illis ipsis, quas ille profert conuentionibus, demonstremus, ius esse nemini euehendi Salis in Finariense littus, Genuensibus inconsultis.

Primas refert initas cum Antonio de Carretto die tertia Iunij anno à Christo nato millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, quas integras eo libentius do *litt.* B. 2, quo manifestius casu, vel arte in eis recensendi deficit Laguna. Neque enim in eis agitur definiendis leuioribus quibusdam controuersijs, casu, vt sæpè inter finitimos exortis; Sed de adigendo Marchione Finarij, & vniuersis illius iuri quacumque ratione obnoxijs ad patienda Imperia Reipublicæ nostræ iamdiù legitimè comparata in vniuersum Ligusticum Mare, vt pluribus alibi fusiusque. Ne scilicet Ius cuipiam nauigandi in altum mare esset, nisi initu, reditnque, appelleret nauem ad Genuæ Portum, ibidemque seruaret portoriorum, & nauigationes leges, quæ Ciuibus Genuensibus, indictæ essent: Illa addita, quasi Imperij Genuensis formula: *Et deueta Communis Ianuæ obseruabunt.* Quibus legibus vniuersum nauticæ exercēdæ Ius in Mari Ligustico, in Genuensium erat potestate. Inelu-

ctabilem

B. 2.

ctabilem harum priorum conuentionum vim, fingens longius ire præterit Laguna, contentus admonuisse Salis in eis nullam fieri mentionem. Cur ita? amplissima, rerum omnium, appellatione, Sal non venit? quæ eximit ratio? Nec vlla in conuentionibus mẽtio olei, tritici, lanæ, plumbi, auri, &c. aliorum huiusmodi; licebit igitur Finariensibus, si Lagunam audiamus, his fœderibus saluis, ea Finarium importare, exportareque, nullo appulsu ad Portum Genuæ facto, nullis solutis portorijs, minusque seruatis ijs, quæ Genuensibus ipsis seruanda fuissent? Id sanè recta sermonis ratio non patitur, nec Iurisconsultorum vulgatissima Placita consentiunt, quibus eò certius generalior sermo cuncta complectitur, quò enixius negatiuè concipitur. *Excurs.* 30 Quinimò
Excurs. 30. quando aliqua excipiuntur (vt hæ conuentiones caseum, & quędã alia excipiunt leuiora) in reliquis non exceptis firmius, validiusq;
Excurs. 31. obtinet dispositio. *Excurs.* 31. præterea dato, dum importari quidpiam prohibetur ad Finariense littus, nisi solutis Genuæ portorijs, Salem excipi: Certè nihil vnquam religiosius a Maioribus nostris vetitum, nihil exactum seuerius, quam ne Salis commercia in vniuersa Liguria à quopiam exercerentur, at in manu Reipublicæ essent omnia. Si igitur disertis verbis etiam ex formula, in his ipsis à Laguna præteritis conuentionibus cauetur, *Finarij Marchionem, populumque eidem parentem Decretis Reipublicæ nostræ teneri*, quis ambigat, eisdem, quantumuis de Sale nulla sit facta mentio, ligari Finarienses, non secus ac Albinganenses, & Sauonenses contermines, & vniuersam ligari Liguriam ad ea, quę in Salario negotio ab origine nostrarum rerum, partaque Libertatatis, & Imperij, legibus nostris vetantur? Studio igitur partium à se susceptarum, non causæ tribuit Laguna suam hanc priorum conuentionum præteritionem. Quæ cum tanti sit ponderis, vt ne dum adumbratam quandam (quam ad summum vnà cum possessione exigebant litteræ Regiæ) secum ferant Iurium Reipublicæ
Excurs. 32. nostræ, sed plenissimam probationem *Excurs.* 32. Nos nulla ratione patimur præteriri. Quinimò si iubeat Rex Finariensibus, ne in mare excurrant, nisi appulsu facto ad Portum Genuæ, ibidemque pareant legibus omnibus Genuensibus impositis, seruẽtque Decreta nostra (quæ pacta, transactaque disertis verbis legũtur hisce conuentionibus) cessabunt (sponsore me) cum præsenti controuersia, querelæ omnes amicissimæ Ciuitatis, & cætera dabuntur Lagunæ.

Sed ad posteriores accedamus, ad quas prouocat Laguna; initas, illas quidem, inter Rempublicam nostram, anno ab ortu

Repa-

Reparatoris humani Generis millesimo trecentesimo quadragesimo, & M. Georgium Antonij superius nominati filium, & fratris Henricetti filios Emmanuelem, & Aleramum Marchiones de Carretto. Quas quidem antequam inuiolatas à Lagunæ conatibus reddamus, scire refert, Rempublicam nostram, medio tempore, post illas priores conuentiones, multa grauia, atrociaque perpessam. Ambitione namque potentiorum Ciuium factum est; vt abdicare coacto Prætore Peregrino, cui annua potestate Reipublicæ gubernacula mandabantur, ad Capitaneos populi Ciuiũ Potentissimos res deuenerit; qui viribus Patriciorum nixi, addictiora obsequia exigentes, quam Libertati assueta Ciuitas tolerarer, primum in partes scissi: hinc Spinuli, Aurijque, inde cum Grimaldis, Flisci, Cæsarianas illi partes, hi Pontificias fouentes, de primo dignitatis in Ciuitate loco, varijs rerum euentis, non sine multo sanguine, & frequentissimis proscriptionibus certauerunt. Tandem anno à partu Virginis trecentesimo trigesimo nono, vltrà Millesimum, Pars vtraque, pænas (haud dubiè exigente Deo tandiù laceratæ Reipublicæ) virtute, & opera Simonis Boccanigra, Ciuis Plebey generis, sed nobilissimi, vnà cum vniuerso Patriciorum cœtu ab administratione Reipublicæ, absque sanguine, aut cuiuspiam cæde (quod in primis mirandum est) deiecti fuerunt. Qui Simon Populi viribus nouum nedũ familiæ suæ, sed vniuersæ Reip. dignitatis gradũ aperuit, & rẽ Genuesem quæ primò apud Consules fuerat, ab eis ad Prætores Peregrinos à Prętoribus ad Capitaneos deuenerat, Simon Boccanigra hoc demũ anno Ducis nomine sub Imperium accepit. [a] Et hic est ille Simon Dux Reipublicæ, qui, statim à suscepta dignitate, Marchiones Finarij recepit in gratiam; ijs legibus; quæ in conuentionibus, quas habemus præ manibus, continentur. Quandoquidem turbis illis vigẽtibus quæ mox commemorabam, anno à Deo nato 1320 Aurij Spinulique, variante fortuna partium, victi, nedum dominatu, sed & Ciuitate pulsi Sauonam non magis exilij, quam belli sedem, delegerant, assumptisque in societatem armorum Marchionibus Carrettensibus, alijsq; quamplurimis eiusdem Oræ populis, omnia contra Fliscos, Grimaldosque rerum dominos moliebantur. Et rati (vt in bello ciuili) ibi esse Rempublicam, vbi essent ipsi, quasi Brutus alter, aut Cassius in Asia, Græciaque; rebus ad Rempublicam pertinentibus, in regione illa, & præcipuè in Marchionatu Finariensi sitis, pro libito abutebantur. Mentior ni hoc ipsum causam dedit conuentionibus, de quibus agimus, cum Marchiones, exulum (qui honestiore

[a] Foliet. lib. 7.

vocabulo extrinseci vocantur) auctoritate, & impulsu, & multa admisissent in Nautica re contra priora fœdera, & librarum viginti millia (portorio Salis ad Rempublicam pertinente in pignus accepto) ijsdem exulibus contribuissent. Vndè non immerito à Republica sibi malum timebant, cuius potissimum auertendi gratia, rebus tandem sub Duce Boccanigra compositis his denuò
C. 2. legibus nobiscum conuenerunt, quas integras do *litt.* C. 2. In his conuentionibus impugnandis multus est Laguna, & cum disertis verbis triennio finitas in eis legerit (quod optaret) profitetur per nos totius controuersiæ pondus in eis collocari. Ego verò liberalissimè cum eo agam, & cum manifestò constet omnia in eis conuenta Marchionum rebus fauere, etiam ante lapsum triennij finitas dabo. Non ità tamen finitas, vt perpetuò verum non probetur ex contestata earumdem serie, etiam ante turbas, quas modo commemorabam, diuersari solitum Genuensem Publicanum in Finario cum munere, ac iure vendendi Salis, ex cuius venditione ipsa Marchiones pro qualibet mina, perciperent solidos duos, sibique haberent. Quam tamen tanti ponderis rem Laguna præterit. Et cum nihil iuris circa Sal vnquam nobis fuisse in Finario vbiq; contendat, plurimusque sit circa additamentum solidorum trium duobus illis prioribus; De ipsa re, ac veluti fundo, ex quo (patientibus Marchionibus) obueniebant tàm duo solidi priores, quàm tres additi, hoc est de ipso Salis portorio, seù iure Salis vendendi, quo nullo contradicente Respublica nostra vtebatur in Finario, bonus Laguna non curat: Sed causæ impensius inseruiuisse putat, seque Iurisconsultissimum probauisse, dum tamquam irritas, & inanes reijcit conuentiones has, ex eo demum capite, quod non aliter de publicis tabulis, quibus negotium mandabatur Oliuerio Squarciafico, & Ogerio de Saliceto, quam ex Tabellionis enunciatione constet. Quasi verò notissimum nõ sit, apud vel asperfos rudimentis Iuristarum, & receptissimum, vbi enunciatio illa tabellionis aperit nomen eius, qui de illis tabulis rogatus fuit, diemque rogitus designet, tabulas illas, licet non apparentes, post longum temporis decursum esse præsumen-
Excurs. 33. dum interuenisse *Excurs.* 33. quæ cum affluant in publico documento, de quo agimus; nimis demissè de nobis sentit Laguna, qui friuolis hisce nobis insultat. Quæ multò certiora erunt erunt ex eis, quæ inferius suo loco sectione octaua de quasi possessione Iuris controuersi disputabimus; cuius vi circumscripta etiam quacumque Tabellarij assertione, non est quærendum vlterius de
Excurs. 34. mandati litteris *Excurs.* 34. Quæ non in eo sensu dicta accipiantur,

tur, quasi me pœniteat liberalitatis meæ, eaque reposcere velim, quæ dederam. Quandoquidem de duratione harum conuentionum haudquaquam laborandum censeo, cum videam vniuersas ad augenda commoda Marchionum pertinere; vt infrà suo loco probabo. Et quatenus laborarem, cum me ad veritatis normam vbique composuerim, inficiari non possem triennio finitas; Illud contendo firmas legitimasque initio fuisse, & legitimè initas conuentiones has (quicquid frigidè ratiocinetur Laguna) vt certius conficiam; ex eis (quod ex irritis etiam fas esset colligere, *Excurs. 35.*) Ius salarij vectigalis in Finario Reipub. absq; vlla controuersia fuisse ante quascumque turbas; idque nulla inficiatione in dubium reuocari posse, confessione ipsiusmet Marchionis Georgij confirmatum. Qui Marchio non ministerio, & opera alicuius procuratoris, sed ipsissimus paciscendo cum ipsomet pariter Duce Boccanigra, & Senatu coram; veritatē illius rei absq; vlla tergiuersatione agnouit, quam circa rem versatur cardo totius controuersiæ. Vt requirere non immeritò possimus diligentiam (ne dicam pudorem) Lagunæ, qui cum tanto conatu, licet infelicissimè, defectum mandati Oliuerij de Squarciafico inculcauerit, id frustrà omninò esse dissimulauerit, cum Dux ipse (vt verba ipsa iam dati documenti demõstrant) auctore Senatu cum Marchione conuenerit; cuius sola scientia eorum, quæ ipso patiente ab Oliuerio gerebantur, euincant, non sine mandato Oliuerium rem gessisse *Excurs. 36.* *Excurs. 35.* *Excurs. 36.*

Posteriores vero fœderis leges inter eosdem Marchiones, iūcto Marchione Antonio, & Rempublicam, Duce Ioanne de Murta post quinquennium dictas, agnoscit quidem, sed refellere successu haud absimili tentat Laguna. Nihil ille quidem; quod rem nauticam vel comerciorum aut Salis in Mari Ligustico, qua de re agimus, expressiùs habeat, præter disertam contestatamque præteritarum conuentionum confirmationem his verbis.

Item dictæ partes dictis nominibus ex certa scientia, & habentes notitiam de quadam conuentione facta, seu firmata inter Nobilem virū Oliuerium Squarciaficum Ciuem Genuæ, Syndicum, Actorem, & Procuratorem, & Syndicatorio nomine Communis, nomine, & vice ipsius Communis Ianuæ ex parte vna, & dictum D Georgium suo proprio, & curatorio nomine DD. Manuelis, & Alerame ex altera, nec non Ogeriū de Saliceto, tamquam Procuratorem, & procuratorio nomine dictorum Manuelis, & Alerame, de qua est publicum Instrumentum scriptum, & testatum per Obertum de credentia, & Nicolaum Scarratum Notarios 1340. die 8. Maij. Ipsam conuentionem, & omnia, & singula in

ea conuenta approbauerunt, ratificauerunt, & confirmauerunt.

Hæc tamen verba, quæ rem vniuersam significant, omittit Laguna, contentus pauca quædam de Marchione Antonio retulisse; quo consilio, planè cæcutiens sit, qui non videt. Et (quod minus ferendum est) cum minutissimè conuentiones hasce scrutetur, examinetque mandata (quę inficiari non poterant) Francisco Vacchæ, Ogerio de Salceto, & Gabrieli de Bruschis à Marchionibus data, documenta rerum, quæ impugnat, & præ manibus habet, integrè referenda, vt licentius imponeret lectori, omninò prætérijt. Quod ego, qui alia omnia sector, haud

D. 2. committam, sed integras do *lit.* D. 2. Vt autem certius omnia, quæ in contrarium nixus Laguna obiectat, refellam, in duo inter se longè diuersa genera digeram, quæ per eum à numero duodecimo vsque ad finem huius prioris capitis adducuntur. Quorum alterum voluntatem respicit, alterum potestatem paciscentium Marchionum. Quo in argumento si putidior apparuero, imputandum legibus susceptæ defensionis; quibus non paruisse (aliquibus ex obiectis præteritis) nefas esset: propterea mihi in aliena culpa facile ignoscendum reor.

a *vt pleraque relata per Spec. tit. de procur. in prin. nu. 4. gl. c. qui ad agēdum ext. de procur.* Antequam verò à priori exordiar genere, præmissum volo a receptissimam esse apud Iurisperitos sententiam, quam nec negaret Laguna: Non omnia, quæ ministerio procuratoris aggredimur, licet aliàs certam, expressamque exigentia sui mentionem, semper particulatim exprimenda, & nuncupanda esse; Sed ea sæpius in sermone in vniuersum concepto, & vniuersaliori, si ad-

Excurs. 37. datur libera facultas designato procuratori haud dubiè venire *Excurs.* 37. Et præcipuè, quotiescumque post peculiarem nuncu-

Excurs. 38. pationem quorundam ex eis, quæ particulatim mandanda fuissēt mandatoris partes omnes in Procuratorē conferuntur. *Excurs.* 38. Hinc liquidò fit, quantumuis nulla in mandatis illis legatur tributa facultas Procuratoribus circa Salē (à quo defectu auspicatur

b *num. 12.* pugnam Laguna b) adhuc cū in omnibus, & singulis illa præcipuè eis tribuatur facultas: transigendi cum Repub. pacemque cum ea incundi; quæ haud dubiè inter ea recensentur, quæ par-

Excurs. 39. ticulatim mandanda sunt *Excurs.* 39. illo addito *Dantes dictis fuit Syndicis, & Procuratoribus liberam, & generalem, & omnimodam bailiam ad omnia suprascripta*, quibus verbis mandatum cum libera

Excurs. 40. dari euidentissima ratio dictat, & iura constituunt *Excurs.* 40. pro indubitato habendum est Procuratores hosce, cum de Sale conuenerunt, vel de Salarijs portorijs de voluntate Dominorum prædicta conuenisse; estò quod talia conuenta eius generis essēt,

quæ

quæ præcipuam, ad mandati validitatem, postularent nuncupationem, vt putat Laguna a de cuius rei veritate hic non vacat inquirere diligentius. Quinimò cum præcipua eorum, de quibus agimus, tribuatur facultas illis verbis. a num. 13.

Vt etiam possint confirmare conuentiones omnes olim initas inter Commune Ianuæ, seù tunc Regentes ipsum Commune ex vna, & Dominos Marchiones Finarij, & eorum prædecessores ex alia.

Quæ verba quasi ex formula repetita eadem in vno quoque ex memoratis documentis, quis neget præter Lagunam, potestatem contulisse nuncijs fœdera comprobandi ante quinquennium inter eosdem olim inita; sed quæ temporis lapsu euanuerant? Vidit lacunam Laguna, & ne vastissimis eiusdem hiatibus absorberetur, à mendicata nescio qua incertitudine tentauit effugium b Dicit enim (commento omninò suo) Mandata illa, quæ conuentiones illas omnes nobiscum initas amplectuntur, incerta dici, ac haberi debere: causatus plurium conuentionum mentionem fieri, quarum aliquæ in tanta antiquitate nusquam apparent; idcircò mandata illa in incertũ, & irritum cecidisse: ad cuius rei confirmationem prolxiam (si Deo placet) reffert Iurium allegationem *litt.* A Ita ne bone Laguna? Oratio, quæ in vniuersum loquitur, & omnia complectitur generalissimè, ex defectu, seù latebris aliquorum, ex eis incerta est? Quid? Ea, quæ reliqua sunt, & adhuc apparent non comprehendit? Qui omnes Salustij, Liuij, Cornelij historiarum libros emi mandat, incerta mandat: quia ex eis plures non apparent? Cur ita? Nam quæ adducebas, probant quidem magnum esse, & ad actus humanos irritandos præsentissimũ vitium incertitudinis *Excurs.* 41. cum hominum placita in incertum non ferantur: sed loquutum de conuentionibus omnibus, nemini cordato probabis incerta loquutum, quantumuis lateant aliquæ: cum in eis, quæ extant, apparentque, satis certa explicetur oratio. *Non vt plerique, incerta disseruit, huc illuc tracturus interpretationem, prout conduxisset.* De Primo Antonio in Flauianas partes trãsgresso testatur Tacitus c vt appareat quænam sit incerta loquutio. Certè apud Iuris Interpretes, sermo in vniuersum conceptus, cuncta verè, & popriè complectitur, quæ sub generaliori illa notione cadunt *Excurs.* 42. tantum distat ab incertitudinis labe. b eod. nu. 12. Excurs. 41. c hist. lib. 3. Excurs. 42.

Rursus ex integro contrà eandem voluntatem obijcit, d Confirmantem, nihil præterea addere, nec etiam robur aliquod irritæ rei: Vera canit: non ità tamen intelligenda, vt, licet quæ confirmantur, nec augeantur, nec extendantur; maius tamen robur non d d. nu. 15. & 16.

non assequantur. Nec eadem hæc in eo sensu accipienda, vt quæ irrita fuerant, possint ab eo, qui confirmauit in dubium ex integro reuocari, prout intelligi vult Laguna contra apertam Iuris dispositionem *Excurs.* 43. Hinc in ipsa veritate falsus, clarissimo, ac apertissimo Iure malè detorto, vt Marchionum (quorum induit personas) confirmationes impugnet, ipsammet confirmationis notionem conuellit. Sed de hac fallacia diffisus, ad consuetas inficiationes relabitur. *a* Negat scientiam conuentorũ ante quinquennium habuisse paciscentes; causatus per extensum inserenda fuisse. Quid ni sint inserta? Peculiari nuncupatione omnes, & singuli recensentur, qui in eis constituendis interfuerunt, addito anno, mense, die, Tabellione, quibus conuenta firmata fuere: quod proinde habẽdum est, ac si ad litteram exarata fuissent omnia. *b* Quid? si ipsimet contrahentes testantur exprcsè, & ex certa scientia se pacisci? fidem omnem tollit, qui dubitat an sciuerint, quæ sciuisse se se tam enixè profitentur *Excurs.* 44. & sciuisse pro certo habendum ab eisdem gesta ante quinquennium. Sed gnarus bonus hic vir; vtcumque procederent ea, quæ à vicõfirmationis detorserat, seù verius à reclamante extorserat, adhuc se ab incerto destitui: cum nedum confirmatæ, sed & ratificatæ, & approbatæ validissimo transactionis vinculo, eædem conuentiones legantur; apertoque Iuri contradicere eum, qui quæ semel approbauerat, inani conatu impugnat: *c* dissimulata approbatione, quam cauillari desperat, vim inferre tentat ratificationi *d* eodẽ prætextu voluntatis deficientis. Cui licet responsionibus ijsdem factum esset satis; ad maiorem illius vim demonstrandam, addo, tantæ eam esse efficaciæ, vt quando constet de ratificantis omnimoda voluntate, etiam quandoque ad penitus ignorata trahatur. *e* Et quicumque ratum habet, cogitur vel inultus ea etiam custodire, quæ ipsius nomine gesta non essent quadã extra ordinem actione. *f* Cum igitur tanto apparatu, ac vi verborum corfirmatæ, approbatæ, & ratificatæ ex certa scientia fuerint hæ conuentiones paulò ante initæ, idque à Nuncijs, & Procuratoribus, qui iussi fuerant pacem inire, & quascumque conuentiones facere, & confirmare iam factas cum Repub. nostra, dicere ausim, vel hic apparere de paciscentium voluntate, vel numquam probari posse in contractu vllo interuenisse. Quæ verò de Marchionibus omnibus demonstrabam, nulla ratione desiderantur in Marchione Antonio (quicquid in contrarium obijciatur) *g* Quasi verò Gabriel de Bruschis solus ea facultate vti non potuerit, quam cum duobus Collegis habebat communem. Quandoqui-

Excurs. 43.

a *num.* 17.

b *l. esse toto tit. vulgaribus.*

Excurs. 44.

c *l. licet. C. de assessor. l. Põponius ff. de neg. gest. §. eadem lege. Inst. de liber.*

d *num.* 18.

e *Gabr. consil.* 146. *nu.* 13. *libr.* 1. *post Abb. & Ias. Menoch. cõs.* 161. *nu.* 27.

f *Bal. l. si cum seruum in* 1. *oppos. & ibi Purpur. nu.* 31 *ff. si cert. pet. Cepol. l. semper quinõ prohibet nu.* 32. *ff. de reg. Iur. Gratian. dec.* 163. *nu.* 12. *per Menoch. consil.* 389. *nu.* 18.

g *num.* 19. 20. 21.

quidem in ipsa approbatione, confirmatione, & ratificatione fœderum (quæ rei caput est) simul omnes interuenerunt: quæ verò ad cautelam (vt ipsemet loquitur) iterauit Gabriel solus, nec requirimus vt superflua, nec curamus, vt non nocitura: quem Gabrielem habuisse (si ad rem facit) propriora mandata à Marchione Antonino denunciationes, & obnunciationes euincunt, quæ in calce eiusdem documenti leguntur. Nec verum in Iure est (quatenus indè eliciatur necessitas peculiaris consensus Marchionis Antonini) quæ meo nomine gesta non sunt, à me ratificari nō posse: Nam vltrà ea, quæ de extraordinaria actione paulò ante dicebam, est etiam legitima ratihabitio negotij ad me pertinentis, quantumuis meo nomine gestum non sit; hoc solo intercedēte discrimine, quod negotiorum gestorum actionem parit, non autem mandati *a* ad cuius posterioris ortum nomine ratificantis gestum esse opportet. *b* Huic, quod proximè refellebam, affine est tertium argumentum contra eamdē voluntatem. *c* Quod scilicet nec in mandatis, nec in vniuersa conuentione vlla fiat mentio perpetuitatis: vndè elicit (vt in plerisque contingit) vnà cum Marchionum pasci[s]centium vita fœdera defecisse. Nos vltrò admittimus nullam factam perpetuitatis mentionem; remittimusque beneuolo viro, Iuriumque nostrorum studioso eam, quam suggerit (vt certioribus configat ictibus) defensionē *d* adimpletam scilicet habendam perpetuitatis cōditionem, fœderibus anni 1340. insertam, quam defecisse solius triennij decursu admisimus sæpius. Sed quampaucissimis respondemus, debuisse eum penitus animo imbibisse, tamquam Iuri, & rectæ rationi consona ea, quæ ipsemet scribit Orationem quamcumque in eo sensu perpetuò accipiēdam, quem sensum, rei, de qua agitur, postulat argumentū, cum verba rebus, non res verbis inseruiant. Quo retento oraculo; cum versemur in contractus interpretatione, & illo quidem transactionis, qui licet inter innominatos censeatur, adhuc in eo nullus datur pœnitentiæ locus. *e* Nec minoris est ponderis ipsa re iudicata. *f* Quis vnquam dixit, audiuit, aut legit, eo prætextu, quod perpetuitatem amplexi non sint paciscentes, eorumdem vita, vel longiori, aut breuiori æui spatio conuenta definiri? Certè sancitum Iure aperto habemus tempus non esse modum tollendæ obligationis. *g* Sed quotiescunque præfinitum non est, in perpetuum intelligi. *h* Vndè fit absque vlla necessitate heredum mentionem in contractibus inscribi, cum semper intelligatur apposita. *i* cum aliàs pacta, in rem verius, quam in personam inita intelligantur. *l* Et cum omnes contrahentes intelligant,

a l. si pecuniam 9. ff. de neg. gest.

b l. 1. C. de procur. l. hoc iure 193. § 1. ff. de reg. iur.

c à nu. 50. vsq; ad 65.

d num. 51.

e l. fratris tui. C. de trāsact.

f l. non minorē C. de trāsact.

g l. obligatione, § placet ff. de actio. & oblig. §. & si stipulatus. Inst. de verb. oblig.

h l. Iurisperitus 73. ff. de excus. tut.

i l. si pactū ff. de probat.

l l. Iurisgentiū §. pactum. ff. de pact.

gant, licet abstineant perpetuitatis vocabulo, semper sibi, suisque in omne æuum stipulari; certè mirandum sæpius, ac iterum mirandum est, tanta animositate vsum Lagunam, vt in re tanta ad has nugas, nec pueris vendibiles descenderit.

Quarto mihi, & postremo ex defectu voluntatis à Laguna desumpto a: vt consensum paciscentium Marchionum euertat, cum ipso iure Gentium bella mouet. Si fœdera armorum vi, seù metu percussa, pro irritis habenda sunt, ineptus Philippus Macedo, qui sæpius super cœnam ea sibi legi præceperat, quibus, Græcia, Thessaliaque a Romanis exutus, intrà Macedoniæ claustra inclusus fuerat: cum non nisi post diuturnum bellum, ingenti prælio ad Cynocephalos à Quinctio victus; metu haud dubiè: ne Macedonia ipsa pelleretur, ea sibi imponi passus sit b Iniurij Romani, qui tot maledictis Annibalem, Carthaginiensesque proscidérunt, tamquam impios fœderum violatores; quæ fœdera non nisi post Classem Punicam ad Egatas Insulas deletam, metu ne eodem incendio Carthago conflagraret, ferierunt. c Quid plura? Senatus ipse Romanus Ius illud ignorauit, cuius eum auctorem prædicamus: qui vt a turpissimis nexibus infamis pacis Caudinæ Rempublicam explicaret, ambages fallendæ fidei causa exquisiuisse, cum Imperatore Samnitium dicendus esset: dum Consulum sponsionem, iniussu Populi factam, negat Rempublicam obstringere potuisse; sed verius fuisset vi, metuque coactos, & quadam quasi indagine intrà inuios saltus corona inclusos, cinctosque, ac veluti carcere mancipatos Consules cum exercitu vniuerso, nihil legitimè timore præpediente gerere, aut pacisci potuisse, Omnibusque Consulibus, Legatis, Quæstoribus, ac Militum Tribunis, qui se illa infami spòsione obstrinxerant, hæc exceptio mente excidit, ipsique præcipuè Spur: Posthumio, qui vt bellum ritè reintegrari cum Sannite posset, parum habuit se, auctorem profiteri sententiæ: ad luendam infamem sponsionem, dedendi se hostibus, seque præcipuum futurum ad supplicium ob iram diruptæ pacis; ni vsque ad ludibria (inopia melioris iuris) prolapsus. Fæcialis femur genu perculisset, professus se Ciuem Samnitem, contra Gentium Iura, Legatum Populi Romani violasse. d Certè Prætoris edictum, *De eo, quod metus causa* Romanis Proceribus ignotum non erat: Verum enim vero (vt memini me, initio operis prælusisse) quæ Iuris Gentium sunt, bella, fœdera, paces, & vniuersa Regnorum Iura, quibus Iuribus discernuntur ad inuicem, discretaque coalescunt, in truttina iuris ciuilis malè appenduntur, sed a communi Gentium iure habent

quæ-

a art. à nu. 38. vsq. ad 50.

b Liu. hist. lib. 33.

c Flor. epo. lib. 9.

d Liu. hist. lib. 9.

Metum non officere cōuentionibus C. XXXV.

quæque suum stabilimentum. Propterea cum iamtum ab eo tempore, quo primùm bella extiterunt, pax ferè nulla, nulla fœdera, nullæ indutiæ legantur initæ, in quibus ij, quibus iniquiores conditiones imponebantur, eas non ægrè ferrent, sed metu grauioris mali imminentis, volentes, nolentesque omnes admiserint, & admissas violasse, apud omnes peræquè Gentes turpe, ac fœdum habitum sit: Certè quicquid Forum Romanum perstrepat: dum de fœderibus, quibus bella finiuntur, eorumdemque vi agimus, ne illorum vsus malo publico à belligerantibus remoueamus, & ne bella immortalia fiant, silentium imponendum censeo huic Prętoris Edicto; illaque, intelligenda secundum Iura, quæ Gentes omnes habent communia, dictantia haud dubiè: quibusuis timoribus inita, religiosissimè seruari oportere.

Sed cum exemplo Magnorum Virorum tueri possit Laguna conatus suos; cum plures passim occurrant ex nostris Iuris Interpretibus, qui ad frigidas rationes ex Iure Ciuili desũptas, Iura Regnorum, ac fœderum, quibus bella finiuntur, reuocare sunt ausi: non grauabor eorumdem Iurium, quibus prouocor, ope, à fœderibus, de quibus noster est sermo, contorta tela propellere. Sed an vt exemplum, fidem pariter maiorum imitatus Laguna sit, sequens demonstrabit oratio. Is, vt metu extorta fœdera probet, inclementi potius inuectiua, quam argumento aliquo vsus, conatur abstruere Rempublicam nostram antiquitus (cum initio angustius imperasset,) dominandi libidine, tum astu inter aliorum discordias se interponendo, tum aperta vi ex finitimorum iniurijs creuisse: cuius rei testem nullum præter Folietam aduocat *a* in oratione, quam is à descifcentibus habitam coram Friderico iuniore recenset. Quis reijciat testem ex ipsa Repub. nostra petitum, eiusdemque Annalium scriptorem? Ita ne bone Laguna? Vera esse asseuerat Folieta, quæ à fœderum violatoribus coram Imperatore Reipublicæ nostræ obijciuntur? Nec vera, nec verè dicta, sed ex verosimili, concesso historicis iure, ab auctore conficta. Si Liuius Romanorum gloriæ assertor diligentissimus, ab aliquo Senatore Campano, seù Ætolico, irritante Annibalem, aut Antiochum aliquem contrà Romanos; obiectam crudelitatem, auaritiam, Tyrannidem eis scribat: Si Tacitus Ciuilem hæc loquentem de Romanis faciat. *b* *Neque enim societatem, vt olim, sed tanquam mancipia haberi. Quando legatum graui quidem comitatu, ac superbo cum Imperio venire? tradi se Præfectis, Centurionibusque, quos vbi spolijs, & sanguine expleuerint, mutari, exquirique nouos finus, & varia prædandi vocabula.* Tacitus, & Liuius testes aduocabuntur

P eorum,

a *num. 41.*

b *Hist. lib. 4.*

eorum, quæ contrà Romanum Imperium, Romanosque mores per calumniam iactarentur? Et si tanta fides Folietæ, cur, & responsioni, qua obiecta diluuntur per nostros Oratores non creditur? Sed ego sicut magnopere non curo: an satis ex arte, Folieta, ex mente desciscentium, gesta carpat Maiorum nostrorum; ità ei mādatam nolo pro Republica nostra apologiam. Absit verbo inuidia: quæ sunt, quæque fuerunt Regum, Gentiumque Imperia, si cum Imperio conferantur, quod in Liguria habet Respub. Genuę, & de dignitate, & de viribus contendatur; facilè patiar pleraque ex illis nostro præferri: si verò de Iure, quo partum habemus, si de lenitate, qua eo vsi sunt Maiores nostri, sit sermo; nulli pęnitus secundum habendum esse, quæ alibi a fusius sunt exposita demonstrant. Vsque adeò, vt visatur adhuc, & suis legibus viuat, non vna in Liguria Ciuitas, cuius ea fuerunt erga Rempublicam nostram gesta, & in difficilioribus rebus nostris proteruia, vt si nec earum vestigium vllum amplius superesset, iusti rerum æstimatores, de inclementia Maiorum nostrorum nos arguere vlla ratione possent; satisque constet ex vniuersa Annalium nostrorum serie, ex nimia potius nostrorum indulgentia procliuiores eos factos ad sæpius desciscendum. Supraque Ligusticos omnes hac labe infectos Carrettenses Finarij Dominos (quorum primum Iacobum potentiam firmasse, gerendo contrà nos bellum superius b docui) illud ostendit, quod nullum vnquam seditiosis Ciuibus securius receptaculum nullum res nostras nouare volentibus opportunius præsidium visum Finario, eiusque Dominis; qui affinitatibus, & clientelis Ciuibus nostris innexi, faces semper in bellis ciuilibus prætulerunt; Cui etiam rei (multiplices adeò, & incertæ sunt humanarum rerum vicissitudines) haud dubiè incolumitatem inter tot turbas acceptam meritò referre debent. Cum enim in Ciuitate nostra victoria bellorum ciuilium sæpissimè variauerit, vt quæ victæ modo fuerant partes, mox resurgerent, & nunquam in omnium, qui victi fuerant, cædes, proscriptionesq; sæuitum sit: hinc Finarium vel victoriæ societate securum, vel victis refugium, conditionibus fruebatur in aduersis, quæ lenissimè semper à victore de stabiliendo Principe in Ciuitate loco, de quo solo contendebatur, sollicito, imponebantur: Qui satius semper duceret, & sibi conducibilius, res bello partas, domi pace componere, quam foris victarum partium reliquias, non abhorrentes à pacis consilij, persequi bello, multis sæpè casibus obnoxio, sed semper in bello ciuili, & nouo Principatu periculorum pleno. Hinc etiam ferè nunquam bella ciuilia conditionibus

a cap. 26.

b cap. 32.

sedata

fedata sunt, (quod sępissimè contingit.) quin semper Marchionum Carrettensium de Finario honestissima facta sit mentio, calamitate temporum eos protegente. Quæ tempora vbi primum in melius mutari cœperunt, recuperata libertate, serum, sed iamdiù debitum exitum eis pepererunt *a* licet, inopia melioris consilij, adeò corrupti, deprauatique sint victoriæ nostræ fructus, vt sæpius nos vicisse serio pœniteat. *a cap. 9.*

At quod in vniuersum non probat de vi, & iniurijs Genuensium in Ligures omnes Laguna, certius demonstrat extortas metu à Marchionibus (quod saltem ei faciendum erat) conventiones, de quibus agimus. Nihil minus. Dicit conuentiones dicti anni 1340. initas à Marchione Georgio timore carcerum, quibus detinebatur Simonis Buccanigræ imperio; Nos verò eas sæpius vltrò ei remisimus triennio finitas, has verò propugnamus, quas impugnat ille post quinquennium initas, circa quas nulla metus suspicio versatur. Sed ne pateat effugium ad incussi olim metus durationem, (quod frigidissimè tentat,) *b* Negamus in eis de vllo apparere metu non vt illas priores magni faciamus, sed vt has posteriores extrà teli iactum statuamus. Probat ille Bizzarri historici nostri testimonio, qui pessimè habitum à Duce Buccanigra Marchionem Georgium anno 1341. in exitu mensis Augusti scribit. Esto. Quid tũ? Metus incussus est Marchioni Georgio paciscenti per ea, quæ postmodum patranda erant post totos sexdecim menses? Putemus ne hæc serio inter graues viros affirmari, an verò inter pueriles lusus iocosè fabulari? Nonne hanc eãdem veritatẽ, (conuentiones scilicet longè præcessisse Marchionis Georgij facinus, & pęnam) res ipsa demonstrat? Legantur paulò attẽtius conuentiones ipsæ; quarum omnium, & singularum capita solum respiciunt, & augent Marchionis commoda, ad augendam scilicet nouo Principi gratiam, ac nutanti Principatui firmamentum; qua re nihil magis alienum ab eo, à quo in caueam incluso, vel mox includendo dura omnia erant extorquenda, & inter cętera Castri Varigotti demolitionem, quorum nulla ne suspicio quidem in vniuerso illo deprehenditur documento. Quinimò ad certius demonstrandum aliena omnia fœderibus illis fuisse comprehensa, quam quæ à vi, metuque detentis solent extorqueri, sed propiora ijs, qui beneficijs vinciuntur, me continere non potui, quin hæc pauca excerperem: *b numer. 45.*

Et ad maiorem gratitudinis speciem dictus Syndicus dicto Syndicatorio nomine recepit ipsos Dominos Marchiones, & Gentes suas ad gratiam, & bonam voluntatem D. Ducis, & Communis Ianuæ, Promit-

tens dicto Syndicatorio nomine eisdem D. Georgio, & Ogerio vice, & nomine stipulantibus, vt supra, ipsos, & Gentem suam defendere, tractare, & habere pro Ianuensibus, & sicut Ciues Ianuæ, & eis seruare, & manutenere terras, Iura, & Iurisdictiones ipsorum &c. Sed verius est, vt ipsa temporum digestio, ex eisdem desumpta fœderibus, & ex Bizzarri, aliorumque nostrorum annalibus euincitur, Marchionem Georgium beneficio harum conuentionum non deuictũ nec in partes noui Ducis ex animo tractum, sed patr c js nostris ægrè ferentibus nouum in Plebeij generis homine, quantumuis nobilissimo, Principatum, resque propterea nouas in occidentaliori Liguria molientibus se iunxisse, a exindeque contra eumdem Marchionem turbantem rem Albinganensem (quæ sub tutela Imperij nostri quiescebat) Ioannem de Mari cum triremibus immissum, qui receptui canere à finibus Albinganensium coactum, Genuamque ad petendam veniam (concessa incolumnitate) accersitum, duriores rupti fœderis pęnas irato Duci dedisse: Hinc in caueam primum, in carceres postmodum Malæ pagæ inclusum, diùque retentum: tandemque turbis illis, quibus factione Patritiorum abdicare coactus est Boccanigra, fugam, rupto carcere, arripuisse. Quæ omnia, vt ratione maximè consentaneum est, & euincit temporũ digestio, post inita fœdera dicti anni 1340. Mense Maij, sequuta omninò esse; ita impossibile prorsus est (vt Laguna vult) vel subsequuta, vel dum administrantur, contigisse. Nouit Laguna quam vana sint hæc, & aliena à metu incutiendo, vel continuando. Quidni dicam eum nouisse? cum, qui talia non nouit, nihil se pęnitus noscere fateatur necesse sit. Certè b aliam causam metus, percutiendi hæc ipsa fœdera anni 1345. quæ tuemur, affert. Dicit enim ex Folieta nostro, eo ipso tempore Ioanne de Murta Reipub. Duce (quo rerum moderatore hæc fœdera percussa sunt) validum conscriptum exercitum præcipuè contra Albinganenses, aliasque terras Finario proximas, indeque, vt ipse loquitur, *euidentissima metus præsumptio Marchionibus imminebat*. Quæ, malum, ista loquutio: de metus præsumptione Marchionibus imminente? Si vult intelligi: ex bello illato Albinganensibus; oriri metus præsumptionem apud finitimos, quiescentes, nec ei credimus tantam rem, etiam iurato, nec vlla ratio dictat. Sed vt appareat eũ nihil pensi habuisse, nec quid diceret, nec quomodo diceret, dum tamen contrà nos dicere videretur: Nec anno illo, nec Duce illo contra Albinganenses mota sunt arma, nec Folieta id dicit; Sed omnino contraria: Antonium scilicet Auriam, magnam ducentem exulum manum, con-

a fol. lib. 2.

b numer. 49.

contrà Albinganenses, & c. conterminos populos resque nouas molientem, suppetijs à Duce Murta septem triremibus Albinganum transmissis, fugatum, quietemque amicæ Ciuitati, ac Prouinciæ redditam. Quodnam splendidius figmentum a rei veritate alienum in re huic argumento magis intima, maiorisque ponderis conflari poterat? Sed rerum gestarum seriem vel ignorauit, vel neglexit; Iura saltem à Iurisprudentia, in numerum Senatorum Mediolanensium de more allectus, probè nouit, & in rem suam detorsit. In ius eamus. Pendet edictum: *Metus causa gesta Prætor rata non habet* a & id quidem nullo tempore, vt Paulus interpretatur b elicit Laguna c metu carceris extorta nullius ponderis esse. Non ex toto apposita, nec absolutè verum tradente eodem Paulo. d *Si metu coactus adij hæreditatem, puto me hæredem effici, quia quamuis si liberum esset noluissem, tamen coactus volui.* Vndè ingeminat Interpretum schola, coactam voluntatem, voluntatē esse. Verum quidem est ipsius edicti interprete Vlpiano e contra negotia siue perfecta, siue imperfecta metu inita nedum exceptionem, sed actionem dari, cuius ope res in statum pristinum restituatur f vel vt Paulus mihi hęredi coacto tribuit. g *Sed per Prætorem restituendus sum, vt abstinendi mihi potestas tribuatur.* Summo igitur iure valent, nec pro infectis omnino habenda sunt, quæ, metu cogente, sunt gesta; si Prætoris auxilio egent, vt restituantur in pristinnm. Non inficias tamen eo, iure ipso, nulliusque ope, seu ministerio irrita illa esse, quæ à verè detruso in carceribus extorquentur, in odium scilicet priuatam vim adhibentis, tradente eodem Paulo. h *Qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.* Et ex consequenti nullo exceptionis clypeo repellendum, nullo actionis, ictu cōfringēdā quod in ijs, quæ metu nedū carceris, sed etiā cruciatus, & mortis gesta sunt, relata superius iura constituūt. Hinc fortè (ratione eadem æquè impellente humanas mentes) illa inoleuit apud Gentes omnes opinio, & communis sensus. Fœdera quouis stimulante metu icta, firma, rataque haberi, nullo scilicet existente Prætore, qui inter eos, qui ius bellandi inuicem inter se habent Iurisdicendi, haberet potestatem; Quæ verò à Regibus, Virisque Principibus bello captis iciuntur, cum nullo egeant Iuris, seù Iudicis auxilio, impune sperni.

Sed concedamus hæc, duriora fortè stomacho Lagunæ, eo facilius, quo certius est, non paucos maioris notæ viros i eadem indiligentia loquutos, & c. admisso, metu extorta, siue irrita, siue irritanda, nullius roboris esse: Certum est alleganti metum,

pro-

a l. 1. ff. de eo, quod met. cauf. l. interrogatus. C. de transact.

b l. si mulier 20 in fin. princ. ff. quod met. caus.

c num. 42.

d d. l. si mulier ff. de euic.

e l. metum 9. ff. de eo quod met. caus.

f l. metum §. & hoc edicto ff. eod.

g d. l. si mulier.

h l. 22. ff. de eo q met. caus.

i vltrà aliquos ex relatis à Laguna hic in gl. litt. A. Rolād. a Val. cons. 2. n. 47. lib. 1. Menoc. cons. 1. num. 271.

probationis onus incumbere, quantumuis demus suspicionibus probari *Excurs* 45. ad quas confugit Laguna, cum probationes, quas sæpius ex annalibus petit ijsdem refellantur annalibus.

Adducit *a* ipsam metus suspicionem pro metu habendam. Sed refellitur ijsdem Vlpiani verbis ipsiusmet edicti verba interpretantis: *b* *Metum autem præsentem accipere debemus, non suspicionem inferendi eum*. *c*

Subdit *d* extollendo Reipub. vires longè superiores, Marchionum viribus; sed nec potentia metum inferendi metum probat. *e*

Demum *f* Magnum metus argumentum colligit ex fœderum legibus, quæ duriora imposita Marchionibus asserit; Nos verò in beneficij locum sæpius imputauimus.

Percurramus hic tandem, suo prorsus loco, in veritatis fidem, singula illorum capita.

Primo quidem conceduntur Marchionibus solidi tres pro singulis Salis minis distrahendis per vniuersum Finarium, & illi quidem vltrà alios duos antiquitus præstari solitos: accepta nimirum referente nouo Duce (de stabiliẽdis rebus tantum sollicito) in rationibus Reipublicæ librarum illa viginti millia, quas Marchiones, contributas exulibus, contra Rempublicam impenderant.

Secundo, circa idem Sal, quamplura de nouo ordinantur, ad commodum Marchionum, tanti ponderis, vt ex eis Laguna ipse, suorum argumentorum euersor, octo capita eliciat, quæ in violatæ fidei argumentum nobis obijcit *g* iure, vel iniuria, non est hujus loci, nec forte argumenti.

Tertiò conceditur Marchionibus contrà tenorem vetustiorum fœderum, eorumq; subditis, vt Nauticam possint exercere in Mari Ligustico, etiam appulsu non facto ad Genuæ Portum, dum tamen portoria ex lege soluant in Finario; ad quorum exactionem procurandam, Ius esset Reipublicæ, Publicanum in eisdem locis constituendi; aliaque non pauca, non leuia liberalissimè permittuntur, & relaxantur hoc rei Nauticæ caput respicientia.

Quartò, in gratiam eorumdem Marchionum, Franciscus, Antonius, Hilarius Vacca, & cęteri de Finario, plurium admissorum contrà fœdera rei, dimittuntur.

Quintò, soluuntur Marchiones vinculo illo, quo obstringebantur, tanquam obsides, diutiùs habitare, singulis annis in Ciuitate Genuæ, tempusque illud redigitur ad dies quindecim, tempore pacis; belli verò, duorum mensium, singulis pariter annis.

Sextò, decernitur, quod Marchiones euocati teneantur quidem cum

Excurs. 45.

a num. 44.

b l. metum 9. ff. de eo quod met. caus.

c concord. l. 1. §. fin. eod.

d nu. 45. 46.

e l. ad inuidiam C. quod met. caus.

f num. 47.

g ad finem tertij capitis à num. 135. f. 116.

Conuentiones commodis Marchionum prospicere. C. XXXVI.

cum decentissimo comitatu de more militare in Reipub. exercitibus, iuxtà fœderum leges; sed satisfieri fœderibus, si ex eis quispiam vnus aduenisset.

Septimò conceditur Marchionibus, vt Reipublicæ exules ex quauis causa, excepta causa *rebellionis, partialitatis, vel robariæ*, possint in suos fines admittere, & retinere.

Octauò, Marchiones non modò Ciuium loco habendos per omnia, sed eorum terras, iura, ac ditiones sarta tecta, & sub fide publica conseruaturam Remp.

Demum, Marchionem Georgium pro Marchionibus Manuele, Alerame, & Antoniotto, quibus tanta fuerat stipulatus, non ratificantibus non teneri: concessa etiam eisdem facultate, fœdera illa ad triennium stabilita, sola, nudaque eorumdem declaratione, nullo scilicet vlteriori requisito Reipublicæ nostræ consensu, in perpetuum sancire.

Dic sodes, cum ad hæc capita reducantur omnia & quæcumque in fœderis legibus leguntur, seù latis dicto anno 1340., seu approbatis 1345. quonam ex eis Marchiones grauantur; vt indè te auctore suspicionem conijcere possimus metu ea fuisse extorta? Sunt ne illius generis hæc, vt ab inuitis expressa dicantur, an verius à cupientissimo Marchioni Georgio empta, sperato illo, ac optatissimo pretio publicæ quietis, quo stabilire nouum, ac nutantem Principatum Buccanigra habebat in votis? Vndè iusto rerum æstimatori mirum videri non debet, si Dux idem tanta indignatione contrà Marchionem Georgium, res contrà fœdera turbantem, exarserit, & de carceribus, caueaque cogitauerit; nec integrum fuerit Marchionibus ad semel spreta iterum confugere, nisi post abdicatum Buccanigram, nouo Ioanne de Murta rerum nostrarum Moderatore, qui, vti non læsus ipse, placabilior, & Marchionis Georgij fuga exorabilior, in semel placita fœdera haud grauatè consenserit.

Negat Laguna [a] fœderibus anni 1345. purgatum metum: neganti assentior, cum nullus metus, qui purgandus esset, præcesserit. Asserit causas illius perdurasse: vix possum, vel ipsius causa, asserenti consentire. Si enim (vt credi vult) priora fœdera metu carcerum à Marchione Georgio inita; qui fieri potest, post eiusdem ex eisdem carceribus fugam, perseuerasse, nec vnà secum metum aufugisse? Certè nihil metu fugacius. Sed admittamus viguisse discordias tunc temporis inter Rempub. & Marchiones occasione eorum, quę contigerant Buccanigra Principe, vt in ipsorum fœderum probatione continetur; Quid tũ? Ni discordiæ

[a] num. 45.

scordiæ intercessissent vix sustinerentur transacta, & cum ad suos peruenisset incolumis Marchio Georgius; quæ vel in carcere in irritum pepigisset, haud dubiè poterat iterato consensu stabilire.

a Menoch. post alios cons. 1. num. 297.

a Cum igitur Marchiones in plena libertate, & , in ipsorum ditione securi, per suos nuncios cum præcipuis mandatis ad idipsum Genuam destinatos, ea fœdera percusserint, quorum beneficio condonatis tot maleficijs, & antiquiorum fœderum violationibus, clementissimè à toties læsa Repub. recepti fuerunt in gratiā, quamplura, & ingentia commoda sibi, suisque reportarunt; ab vllo adinuenta prætextus, aut verba, quibus, tanquam metu extorta, valeant impugnari, vix est, vt credam fieri potuisse. Sed factum legimus apud Lagunam, cui etiam (vsque adeò distat à scopo) si daremus, incusso Marchionibus metu, has leges fœderis datas; non ideò minus legitimæ illæ essent, firmissimèque transactionis vinculo colligatæ: Dum retineamus, quod sæpius docui, Marchiones auctores semper turbarum fuisse: quod ipsum de his posterioribus, quæ causam dederunt conuentionibus his, de quibus noster est sermo, à Marchione Georgio excitatis, admittit sibi contrarius Laguna ipse b Cùm narrat eum, supetijs aliundè petitis, Naulum occupasse, Albingaunum obsedisse; licet vim, & iniuriam Marchionis, specioso prætextu recuperandi sua, cohonestare tentauerit. Naulum, & Albingaunum ditionis Marchionum Carrettensium? quando? quomodo? Non ea fide cętera recensuit nobis Laguna, vt tanta hæc gratis ei credamus; & si credere velimus, nequaquam possumus refragante veritate. Naulum modica illa quidem Ciuitas, sed fidei aduersus Rempublicam nostram vsque ad ostentationem tenacissima, ad Marchionatum Finariensem, nec ad Carrettenses vnquam pertinuit, sed ante ne auditum quidem in littorali Liguria Marchionum Carrettensium nomen, à nexibus omnibus, quibus Marchionibus Sauonæ erat obstricta, optimo, vt quemquam Iure se liberasse documenta probant alibi data *lit.* V. Albingaunum verò, quæ vsque ab ordinatione Italici Regni à Carolo Magno suis permissa fuerat legibus viuere; Regnoq; Italico dissoluto nobis repetitis fœderibus K L M obnoxia, tanquam suæ ditionis à Marchione Georgio armis repetitam dici quis ferat? Non propria repetijt, sed aliena inuasit Marchio ille, & propterea meritò ad accipiendas iniquas pacis conditiones metu coactus fuisset (si tamen, & illæ iniquæ, & ipse coactus dici possent) non tamen adhuc infringendæ, sed ab inuito custodiendæ, cum (rebus ità se habentibus) *hunc sibi metum ipse inferat* vt Paulus docet, c Inde meritò apud omnes d silere

b num. 42.

Præ-

Prætoris Edictum, *Quod metus causa*, frustrà iterum, iterumque à Laguna imploratum. Sed cum non minus à voluntate, quam a potestate laborent interdum contractus, etiam ab hac parte conuellere tentat Laguna sæpiùs narratas conuentiones *à nu. 24. ad* 38. magno quidem apparatu verborum, & consarcinatorum Iurium allegationibus; vt rerum corticem intuentibus imponere de facili posset, à quibus quidem omnibus, verbis quam simplicissimis possem me expedire, & in tuto causam collocare, ijs solummodo repetitis, quæ superius proximè de fœderum legibus cursim percensui.

Quandoquidem si conuenta omnia Marchionum commoda augent, vt ea legentibus plenius, certiusque licet cognoscere, frustrà ex defectu potestatis Marchionum quasi de iure suo decedentium oppugnantur. Sed quoniam non pauca inuoluuntur in hoc argumento, ad Iura tàm Feudorum, quam Gentium pertinentia, Ius Mare nauigandi præcipuè, & facultatem Salis inuehendi complexa, circa quæ versatur totius huiusce controuersiæ cardo: quorum examinandorum nescio: an opportunior se mihi alibi sit occasio oblatura: Idcirco non grauabor aliquanto fusius ea, quæ satis extra rem à Laguna considerantur, & obijciuntur, examinare, & refellere.

Principium igitur, quod tertio quoque verbo in proposito assumit Laguna, illud est: *Finarium Feudum, & clienulari Iure obnoxiũ Imperio esse.* Hinc conficit Marchiones, Imperatore non annuente, ne hiscere quidem potuisse de re ad Feudum pertinente.

Finariũ non esse Feudum Imper. C. XXVII. Ego respondeo: Finarium Imperij Feudum non esse, & quatenus esset, nihil obstare, quominus ad suæ voluntatis libitum de Finario, deque rebus ad Finarium pertinentibus Marchiones disponere potuerint: Et dèmum, dato Feudum esse, & Feudalibus legibus obnoxium; adhuc circa ea, quæ nauigandi, & inuehendi Salis per mare Ligusticum, facultatem respiciunt, Ius fuisse Marchionibus, vel renuente Imperatore, cum Republica nostra pacisci, & conuenire.

Prior, ex tribus allatis responsionibus, negatiua, non eget probatione; cum res omnes præsumptam semper opinionem Libertatis secum ferant, & qui Feudales esse contendit, probationis onere prægrauetur *Excurs. 36.* Nec ibit inficias Laguna; sed in promptu habebit Othonianam Alderamo Saxoni largitionem vbique decantatam, & præter eam, vtriusque Friderici, Caroli Quarti, & reliquorum Cæsarum Finariensibus Marchionibus factas concessiones, quas Inuestituras dicunt. *Excurs. 36.*

Sed si studio veritatis indagandæ, remotis partium studijs, singula perpendamus, certo certius apparebit, nihilminus per ea documenta probari, quam Finarium Feudum Imperij esse. Et primo quidem Othonis donationem, illam feudalem obligationem adnexam non habuisse, vel ex eo, quia constitutiones feudales tunc temporis nondum editæ fuerant; vel quia ex vi verborũ, libera donatio concepta intelligi debeat, vel alijs, & certioribus de causis, frequentiori Interpretum calculo obtentum est; quidquid in contrarium tentauerit Senatus Aulicus, & adulantes Ferdinando Imperatori Italię Academiæ *Excurs.* 47.

Excurs. 47.

Præterea quando etiam saperet vim concessionis feudalis, ad summum id verum esset in eis, quæ summus Imperator ex liberalitate de nouo tribuebat Alderamo: nam ea, quæ paterna successione iamdiù quæsita, Genero confirmabantur; per hanc confirmationem vllum feudalem nexum contraxisse, nec affirmare audebit Laguna gnarus eorum, quæ illius vir scripserat, a nec vllus admittet ob ea, quæ certius probaui superius *Excurs.* 43. Propterea si in illa Othoniana donatione Finarium venit, tunc venit, dum de inclusis in Comitatu Sauonensi fit mentio: quæ tantummodo ab Imperatore confirmari palàm est legenti, & ex consequenti incongruum omninò, & extrà omnem Iuris intellectum (licet constaret de Finario intellexisse, quod vix hariolari quis posset) ex nuda confirmatione clientelarem nexum stabiliri, vt aptissimè in proposito considerauit D. Præses Menochius. b

a hoc eodem c. 3. nu. 715.

Demum hæc tanta, & adeò contestata præterire poteramus, cum nihil certius excludat Finarium ab hac Othoniana donatione, absolutaque à quibuscumque nexibus, quibus indè desumptis implicari posset, ipsa rerum suo quoque tempore facta digestione, qua superius c probaui Sauonensem Comitatum, in quo haud dubiè Finarium includitur ante quamcumque Othonianam donationem, ordinatione Italici Regni constitutum fuisse; indèque impossibile prorsus esse legibus eum Othonianæ donationis obstringi.

b cons. 1. num. 6. & cons. 2. num. 260.

c cap. 31.

Quæ reiecta, succedit secundo loco examinanda Inuestitura (quam vocant) Friderici Ahenobarbi, Henrico Guercio Marchioni Sauonæ concessa, anno Christi 1162. d quę (insinuantibus Marchionibus Carretensibus de Finario) exarata legitur in Inuestitura eisdem concessa à Carolo huius nominis Quarto. e

d Hanc Inuestituram habes expressam in inuestitura Caroli IV. infra litt. X. 2. & in Inuestitura Maximiliani infra lit. S. 3.

e Anno 1355.

Sed, & hoc documentum (si legitimum est, quod non sine magna suspicione est) [illegible] Marchionem Carretensem [illegible] nomen insitum legitur in Marchionum Sauonensium [illegible]

tuerit

tuerit series tota concessionis fingi) hoc documentum (inquam) & quæ in eo leguntur, nullo prorsùs in pretio habenda esse.

Primò illud suadet, quia Sauonæ Marchiones alij omninò sunt & longè diuersi à Marchionibus Carrettensibus, vt probaui *a* Nec ex consequenti quæ de Marchia Sauonæ tempore Henrici Guercij transacta sunt, ad Marchiones Carrettenses Finarij Dominos rectè trahuntur ex eis, quæ disseruimus. *b*

Quæ inconuincibilia redduntur, si ad verba inuestituræ respicimus; quæ non de vniuersa Marchia Sauonensi loquuntur: vt esse possit suspicio intelligi debere de Finario intrà fines illos incluso; sed parcius, & contractius: *De eo quod Pater eius habuit in Ciuitate Sauona, & in Marchia, & in Episcopatu, & in toto districtu dictæ Ciuitatis, seu Marchiæ.* Ni prius igitur doceatur Henrici Guercij Patrem in Marchia Sauonensi possedisse Finarium, frustra quærimus an ex hoc Ahenobarbi documento, quod vniuersam Marchiam non complectitur, feudali aliquo nexu reddatur obnoxium. *c*

Sed omnem penitus remouet obicem ab hoc Ahenobarbi rescripto consideratio illa: Quod licet feudorum plura sint genera inter se longè diuersa ex varietate, & multiplicitate pactorum, quibus informantur, & propriam quæque naturam assumunt; Certam nihilominus habent formam, seù substantiam omninò inuariabilem; quæ si lædatur, tota substantia ipsa feudi corruit, & quæ secus condicuntur, in alium omninò contractum migrant. *Excurs.* 48. Cum igitur inter ea, quæ ad feudi substantiam pertinent, illud præcipuum sit (nemine repugnante) vt detur res immobilis, quæue immobili æquipolleat. *Excurs.* 49. Nihil autem in Sauonensi Marchia legatur datum Marchioni Henrico ab Imperatore; absque vllo prorsus Iuris colore arguitur ex hoc documento aliquod Feudi vinculum in Finario.

Et licet non sim nescius, posse rerum suarum Dominos easdem res in feudum ab aliquo recognoscere, vndè celebre nomen feudorum recognitorum; Admonui tamen superius omninò opus esse ad huiusmodi feuda recognita constituenda, vt Cliens ipsius rei dominium in Patronum transferat, à quo directo (quod vocãt) penes se retento, vtile dominium rei eiusdem eidemmet Clienti à Patrono retrodonetur *Excurs.* 50. cuius quidem circuitus cum nulla appareat nequidem leuissima suspicio in toto illo documento, iàm constat nullum patere effugium ad hoc recogniti feudi prætextum. Ex quibus manifestius deprehendimus ex hac Ahenobarbi inuestitura, nullam, quæ Finarium tangat, desumi posse feudalem obligationem:

a cap. 31.

b cap. 32.

c l. locus vbi DD. ff. de acq. possess. Alb. Ang. Aret. Alex. Ias. l. possideri §. in certã ff. eod. Dy. l. si sic legatum §. 1. & ibi Bart. Bal. Angel. Mol. Alex. Ias. latè ff. de leg. 1. Oldrad. cons. 164. nu. 1. Sign. cons. 10. num. 5. Aret. consil. 166. col. 1. & cons. 187. num. 5. vol. 2. Dec. cons. 302. nu. 11. Natt. consil. 514. nu. 19. vol. 3. Rolan. cons. 82. nu. 10. vol. 2. & cons. 2. num. 19. vol. 3. Cravet. cons. 293. num. 4. in fin. Alci. cons. 199. n. 18. in antiq. & consil. 4. lib. 4. in nou.

Excurs. 48.

Excurs. 49.

Excurs. 50.

Prout nec etiam desumi poterit ijsdem euidentissimis rationibus ex posteriori illa Inuestitura Friderici iunioris ibidem inserta: quæ cum intra cancellos confirmationis auitę concessionis se contineat, nec quidpiam addat eorum, quæ deficiunt in confirmata: non est cur in ea refellenda pluribus insistamus. Illud addo, hæc adeò certa, & ab omnibus admittenda, vt licet Ticinensis Academia (Ferdinando Imperatori responso illo suo gratificatura) plenis velis contrà Rempublicam nostram feratur, in huius rei examine quamuis confundat Marchiones Carrettenses cum Marchionibus Sauonæ, & de illis accipiat has vtriusque Friderici inuestituras, non potuerit pro constanti non affirmare *a* ante Caroli quarti inuestituram. Finarium liberum fuisse à quocumque nexu feudali, & propterea optimo iure valuisse contractus omnes Marchionum Finariensium cum Repub. nostra antea initos, hos ipsos scilicet, quos bonus hic noster Laguna acriter impugnat, & nos propugnamus.

Sed demus omnia hæc, & documentis prædictis vtcumq; probari, Finarium Imperij Romani fedum vel antiquitus fuisse, vel postea factum, cum à Christo nato anno 1226. die sexta mensis Iulij, quo die proponuntur hæ posteriores litteræ datæ à Friderico iuniore, ad hunc annum 1345. quo hæc fœdera inita fuerunt, centum, & amplius anni fluxerint, quo temporis decursu Conradus Quartus, Gulielmus, Ricardus, Rodulphus, Adolphus, Albertus, Henricus Sextus alias septimus Fridericus Tertius, Ludouicus Bauarus *b* vnus post alium Imperatores fuerunt post Fridericum, eodemque tempore post Henricum Henrici Guercij filium, qui à Friderico Iuniore inuestituram dicitur recepisse; Iacobus Carrettensis (si tamen hic iure successionis Finarium ab illo habuit) & post Iacobum Antonius, Antonij indè filij, ac nepotes in feudo successerint; nec vlla proponatur in tot rerum vicissitudinibus petita inuestitura, vel præstatum seruitium ab aliquo ex Marchionibus Imperatori. Quinimo ab eis sæpius bella gesta, inita fœdera, pacem firmatam, nulla Imperatoris, ne mentione quidem facta, sed iure proprio vti quolibet nexu, vel obligatione solutos, certissimum habemus, & apud omnes receptissimum *Excurs.* 51. quamcumque contraxissent Marchiones feudalis seruitutis notam, immemorabili præscriptione abstersam eo certius Iure, quo facto incertius est Iacobum Marchionem de Carretto Finarij Dominum Iure successionis ab Henrico Marchione Sauonæ, Finarij dominationem consequutum (vt alibi vidimus *c* Vndè fit, malam fidem (si interfuisset) Marchionum Sauonæ,

fraudi

a In respons. ad Ferdinandum Imper. Colleg. Papiens. apud Menoch. in tract. postr. n. 32. cum seqq.

b apud Onofr. pan. Roman. Prin. lib. 3.

Excurs. 51.

c cap. 32.

fraudi esse non posse Marchionibus Carrettensibus, qui propterea citius, faciliusque compleuisse, & ad exitum perduxisse præscriptionem libertatis dicerentur. a.

Hic rerum, ac temporum series postulare videri posset, vt ad ipsius Caroli hoc nomine quarti, & aliorum Romanorum Imperatorum inuestituras Marchionibus Finarij concessas examẽ protraherem, quod ego, dum argumentum postulabit, opportuniori videlicet loco, faciam libentissimè. Interim verò cum Caroli prædicti, quæ tempore prior se offert, inuestitura data legatur anno Christi 1354. mense Maio post decem videlicet annos, quam percussa erant fœdera, quæ ex potestatis defectu oppugnat Laguna; benignitate abuterer lectoris quantumuis mei studiosi, si ad hæc, argumento omnino extranea, stylum frustrà conuerterem, & cum, reiectis Othonis, & vtriusque Friderici concessionibus, quæ solæ fœdera hæc præcessisse proponuntur, in confesso remaneat per ea tempora Finarium nullo clientelari Iure Imperatoribus fuisse obnoxium; neglectis quantumuis ijs, quæ posterioribus temporibus contigerunt, satisfactum plenissimè reor priori illi meæ responsioni, qua dixi Finarium Imperij tunc temporis feudum non fuisse, vt obiecta ex illo capite deprompta diluerem.

a eod. cap. 51.

Dato Finarium feudũ esse, Marchionibus licuisse de eo transigere. C. XXXVIII.

Secundam nunc aggredior, ac repeto responsionem: dato Finarium Imperij Feudum esse; nihil obstare, quominus Marchiones ad libitum potuerint de re Finariensi transigere. Quod vt probẽ, apertissimo iuri concedendum est, interdictionem illam, qua, inconsulto Patrono, prohibetur Clienti rei feudalis alienatio, non attingere substantiam ipsã Feudi, sed ad illius tãtummodo naturam pertinere *Excurs.* 52. Vndè fit cum vniuersa Feudi natura, ex eis, quæ in Inuestitura comprehenduntur, legem accipiat, nihil impedire, quominus ità beneficium in Clientem conferatur, vt de re feudali liberè disponere valeat. *Excurs.* 53. Quæ licet deficiente in paulò ante relatis Friderici vtriusq; Inuestituris huiusmodi facultate, allatæ à me responsioni non conueniant: illud apprimè conuenit, quod easdem, immò robustiores vires habet eiusdem rei consuetudo, quæ in aliqua regione vigeret, *Excurs.* 54. Neque enim denegandum est tacito vniuersi populi consensui, qui legis vires obtinet, quod paciscentium placitis permissum est. Hanc autem consuetudinem viguisse in huiusmodi Liguriæ feudis (si tamen Feuda dicenda sunt) adeò certum est, vt nihil certius. Probant id pleraque ex documentis, quæ superius dedi: probant penè innumera alia, quæ obuia sunt in sanctiori Reipub. nostræ tabula-

Excurs. 52. *Excurs.* 53. *Excurs.* 54.

bulario, cuius Imperium in Ligures cum pretio plerumque, & conditionibus quæsitum sit, vt alibi fusius a publicæ tabulæ omniũ quæsitorum testes sunt, & seruantur adhuc; in quibus, absque vlla dominantis mentione, passim de rebus illis transigitur, & quæ transacta fuerunt, vsque ad hæc tempora religiosissimè custodiũtur, vsque adeò, vt cum ex vetusta Regni Italici ordinatione vniuersa littoralis Liguria in suos Comitatus esset distributa, in Lunensem videlicet, Lauaniensem, Genuensem, Sauonensem, & Albintemiliensem; Genua paulatim vniuersos ferè complexa sit Imperio, foueatque, & optimo, vt quispiam, & pleno iure, nullo contradicente, tueatur. Id quod manifestius, splendidiusque fit ex Castris, Oppidisque non paucis in Apennino Monte, & vltra Apenninum sitis, quæ fiduciario iure à Sacro Romano Imperio Respublica obtinet, pro quibus ea præstat obsequia, quæ iuri feudorum conueniunt. Vt facilè detur intelligi, diuersissimo iure censenda reliqua omnia, pro quibus ab hominũ memoria huiuscemodi non præstantur obsequia, & tamen sub lenissimo Reipub. nostræ quiescunt Imperio. Cuius rei origines, si altius repetere, veritati interest, facile ex eis, quæ superius disserui, cognoscentur.

a cap. 26.

Feudorum enim iura longè inter se diuersa pro diuersitate Regnorum, ac Prouinciarum semper fuisse, ac porrò esse nemo nescit: In tantum, vt etiam nunc si Regna Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ, & Germaniæ respiciamus, vix inter se agnoscantur feuda, licet eodem vocabulo nuncupata. Et in nostra Italia (vt cætera omittam) in Regno Neapolitano, Ecclesiæ Romanæ feudo; alia sunt, quæ Iure Longobardico ab ijs, quæ francico deferuntur feuda. Sanè ad rem nostram propius: Vigente Italico Regno à Gotthis cœpto, à Longobardis aucto, à Francis stabilito, & à Germanis diutius possesso, vt alibi fusius b facilius relatu est, feuda in illo fuisse, quam eorumdem asserere Iura. Certè apud nostros Iuris Interpretes, cum ex ignorantia antiquitatis ne mentionem quidem vllam viderim Italici Regni, operæ esset desperatæ diligentius inquirere hac de re. Carolus autem Sigonius diligentissimus, ac fidissimus antiquitatis Illustrator, duobus in locis hac de re meminit: Carolo nimirum Magno nondum Imperatore, sed Italiæ Rege, anno ab Incarnatione Verbi septingentesimo septuagesimo tertio, dum, pulso Desiderio, Regnum nuper armis partum, legibus componeret; rursum, & fusius Othone Magno Italiæ Rege, & Imperatore, post annum ab illo ducẽtesimũ, Francicis, ac Longobardis institutis noui Regni ab Italis extorti iura stabiliente. Quibus in locis plura ille quidem scitu dignis-

b cap. 22.

dignissima, & in re nostra tradit, & inter cętera formulam illam iurisiurandi Regibus præstitam à Comitibus: *Promitto me Domino meo Carolo, & filio eius fidelem futurum tota vita mea.* Vel aliter: *Iuro ad hæc sancta Dei Euangelia me imposterum ei futurum, vt Vassallum Domino, nec id, quod mihi sub fidelitatis nomine comiserit, enunciaturum in eius detrimentum scientem.* Vel alio modo. Ibidemque de alijs non leuibus meminit; vel dignitatem eorum, qui beneficio afficerentur, vel obsequia Dominantibus debita, respicientibus. Ad rem nostram propius, de interdicta scilicet, vel permissa in alios, atque alios rerum beneficio Principis concessarum translatione, id solum priori loco scribit. *Hoc autem iusiurandum si fefellissent, aut si sine filijs decessissent, Ducatus ad alium transferebatur, eaque translatio, vt in Episcopis, & Abbatibus, Inuestitura dicebatur. Atque hoc idem in cæteris Vassallis, seu Feudatarijs, vt Comitibus, &c.* Quibus verbis aperit quidem Iura successionum in Italici Regni Feudis, eadem planè fuisse cum ijs, quibus etiamnum consuetudines feudales vulgo receptæ robur dederunt. Sed nihil prorsus, quod transferendi in alios Ius, & facultatem interdictum arguat. Quinimo cum beneficio cecidisse asseueret eos, qui oppigneratā iureiurando fidem fefellissent, si compertum habuisset idipsum de eo, qui Principe inconsulto distraxisset, haudquaquam diligentissimus scriptor tradere neglexisset. Sed æuo illo nondum auaritia introduxerat, adeò malignè interpretari beneficia Principis, vt, quæ ab eo donabantur, in plenum, & absolutum dominium eius, qui beneficio augebatur, non transirent, sed ius directi dominij apud Principem remaneret: quæ exceptio non nisi longissima post tempora, Friderici minoris prohibitio, a in corpore iuris feudorum inserta introduxit.

a de probi. feu. alien. per Frideric.

Eapropter cum de natura feudorum Italici Regni id esse non appareat, iàm certas habemus origines huiusce nostræ consuetudinis, quas quærebamus; quam idcirco non magis derogatoriam iuris, ac naturæ feudorum; quàm verius ingenitam feudis, de quibus agimus, dicere meritò deberemus: Et eò validiorem habendam esse, quò certius est, post Italici Regni dissolutionem, de qua superius b nullum superfuisse Regem, cui fides aliqua à Liguriæ littoralis Comitibus deberetur, præda præsertim relictis hosti truculentissimo, vt nedum iure concesso vti, sed sese in Libertatem vindicare potuerint.

b cap. 23.

Sed vt vt se habuerint origines huius consuetudinis, satis superque est ad hanc confirmandam responsionem consuetudinem hanc vtcumque viguisse. Contrà quam ne Laguniano argumento

c cap. 24.

gumento

gumento obsit suspicio aliqua meticulosi consensus, ex potentia Reipublicæ nostræ vicinis formidolosæ detorta, & ne victa arma, quæ contrà Marchionum consensum infeliciter impugnauerunt, contra hanc consuetudinem resumantur; vltrà allatas eo loci responsiones, quarum acies vsu hebetiores nequaquã sunt redditæ; excutienda propono sex illa documenta gestorum inter Sauonæ Marchiones, & Naulenses superius edita *lit*. N. Qui-
V bus addo *lit*. V. antiquissimum laudum à Consulibus nostris latũ centesimo trigesimo primo vltrà millesimum à partu Virginis inter Comites Albintemilienses de Comitatu ipso inuicem dissidentes. Ex quibus cum liquidò appareat pacificè, ac bona fide pactionibus, ac iudicijs versatos fuisse Liguriæ littoralis Comites circa rem feudalem, non secus ac circa res nulli penitus obnoxias, sed in ipsorum libero, & absoluto dominatu existentes, nulla (ne per obliquum quidem) Patroni cuiuspiam facta mentione, in confessis remanet consuetudo illa, quam hæc secunda petebat responsio.

Tertia, & postrema responsio, quæ, transmissis reliquis, non curat, an Finarium nexibus feudorum Imperatori obnoxium sit; minusque, an vlla vigeat consuetudo feuda huiuscemodi, Imperatore inconsulto, distrahendi; verum quicquid sit de prædictis, affirmat potuisse Marchiones Finarij, inconsulto Cæsare, nobiscũ conuenire; exigit, vt quædam de Mari ipso altius repetamus. De quo aliqua fusius dicturus, præfari libet, quæ tradit Plutarchus a Xilandri verbis.

Mari non secus ac Terræ Imperiũ esse. Cap. xxxii.

Aqua, quintum (vt ità dicam) ex se Elementum, produxit Mare; quod vtilitate illis inferius non est, cum alias ob res, tum ob hominum commercia: Vitam enim nostram, agrestem alioqui, & Commerciorum expertem, hoc Elementum coniunxit, ac perfecit mutuis auxilijs directum, & permutationibus communitatem; amicitiamque conciliantem. Heracliti est, si Sole careremus, noctem nobis futuram perpetuam. Licet autem nobis eodem modo dicere, absque Mare fuisset animal homo omnium animalium ferissimum, & impudentissimum. Nunc Mare ab Indis vitem Græcis aduexit, & Transmarinis frumenti vsum è Græcia attulit, & è Phœnicia litteras, memoriæ aduersus obliuionem remedium, acciuit, vinum quoque apportauit. Denique maior hominum pars ne absque fructu, & institutis expers esset, præstitit. Vt meritò duo illa splendentissima Philosophiæ sydera Plato b & Aristoteles c rarò concordes, in hoc conueniant, vtilissimam Ciuitatibus, ad benè, beatèque viuendum, in Mari potentiam approbantes: dum tamen quæ indè immineret à Nautarum colluuie morum deprauatio seuerissimis

legibus

a *in libel. de cõparat. aq. et ign.*

b *de legib. lib. 4. in princ.*

c *Polit. lib. 7. cap. 7.*

legibus coerceatur. Et tamen contra tale, tantumque publicæ vtilitatis bonum, quo *Regnum humani generis relaxari* testatur Seneca a plures, ac plures insultant. a *de beneficijs lib. 4.*

Piratæ primùm, quos *coegisse mortis periculo in mortem ruere mortales, & hiberna experiri Maria*, auctor est Plinius b Et litteratores quidam cò Piratis deteriores, quia nō è Sinu aliquo, & furtim, sed palam, & ab vniuerso Mari exterminant commercia. Nàm assumpto leuissimo prætextu à Iurisconsultorum responsis c Naturali videlicet Iure Mare omnibus patere, ac commune esse; negant vllis legibus, vlliusue Imperio subijci posse: Et vnà cum legibus, & cum Imperio, nedum iura Commerciorum, sed ipsius societatis humanæ vinculum expellunt è Mari. Et eo impudentiæ deuentum est, vt cum ab hominum memoria plures Gentes, seu Reges Imperium in Mari optimo exercuerint iure; Interque cęteros in Orientaliori Plaga (omissis fabulosis) Minos Cretensis, & post Minoem alij deinceps, Lydi, Pelasgi, Thraces, Rhodij, Phryges, Cyprij, Phœnices, Ægyptij, Milesij, Cares, Lesbij, Phocenses, Corinthij, Iones, Naxij, Erythręenses, Ægynetæ, Lacones, Attici, Tyrij, Carthaginienses, Romani. In Occidua verò Massilienses, Veneti, Noruegi, Dani, Britanni. Qui omnes, & pace leges imposuere Mari, & per Mare nauigantibus vectigalia indixere; & bello, Maris Imperium tutati sunt, deque illo sæpissimè transigere. Adhuc tamen non cessant plurium latratus, qui hoc placitum, Gentium vniuersarum iure sancitum, frigidissimis ratiocinationibus cauillari non desinunt. Certè & ipse Hispaniarū Rex, cum immenso illi Oceano, quem Genuensi audacia partum (virtute, an merito maiore, incertùm) habet, legem imponat; impune patitur homines Imperio suo subiectos d sibi obloqui, tanquam Iuri Naturæ repugnantia imperanti: Et quodam quasi fœdere icto cum perduellibus suis, Hugoni Grotio Belgæ concinere: qui opusculo illo suo (haudquaquam inerudito) *Mare Liberum*, inscripto; Regem, iussaque Regis, quibus liberam ad Indos nauigationem vetat, haud alio solidiori argumento inclementissimè proscindit. Nisi forte adeò cœca est adulatio, vt quod illi in vastissimis illis Aquarum Regnis Iure cōcedunt; id Venetis in Adriatico Mari, cęterisque in suo ęquum putent interdicendum. Quod Grotius ipse, effrçnam illam Maris Libertatem vndique spirans, non audere se aperit e illis verbis. *Non de Mari interiore hic agimus, quod terris vndique infusum, alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit.* Et rursus infra: f *Illi enim de Mediterraneo loquuntur; Nos de Oceano: illi de sinu: nos de immenso Mari: quæ in ratione occupa-*

b *nat. hist. lib. 2 cap. 47.*

c *l. 2. ff. de rer. diuis. l. Insiurandum, §. si quis me, ff. de iniur. l. vendítor, ff. cōmun. prædior.*

d *Alphons. Castr. de potestate legis pœnalis c. 14 part. 572. Vasq. cōtrou. illustr. c. 89. num. 12. cum seqq. Victoriā de Indis rel. 1. num. 3.*

e *cap. 5.*

f *cap. 7.*

tionis plurimùm differunt. Et quibus illi indulgent præscriptionem, illi littora Mari continua possident, vt Veneti, & Januenses. Hos ego vna cum Laguna remitto ad Ioannem Seldenum, *a* Et ad Isaaciũ Pontanum *b* qui duo hoc argumentum nouissimè magna cura, & eruditione tractauerunt, quorum postremus, licet à priore illo, qui in vniuersum Mare Imperium agnouit, dissideat; in eo tamen solum recedit, vt putet, vt nunquam fuit, ità nunquam fieri posse, vt apud vnum, eumdemque Principem vniuersi Maris Imperium sit. Conuenit autem cum eo, & cum tota antiquitate *c* Iure Gentium esse, vt non secus, ac in terra, in Mari etiam, certis limitibus circumscripto, Imperium sit. Et satis habui ad hos remisisse, nec minori fructu ad nostrum Paulum Baptistam Burgum (qui dum hæc nostra iamdiu exarata plurium subijciebantur censuræ; de Dominio Reipub. nostræ in Ligustico Mari magna eruditione disseruit, duobusque libris omnia complexus typis vulgauit.) argumentum plenissimè pertractantes, ne rem actam agere videar, vel ex alienis vigilijs in meam penum redactis, nomen aucupasse.

a *Opus. Mare clausum, seu de Dominio Maris lib. 1. per tot.*
b *Discussionum historicarum lib. 2. per tot.*
c *dicto lib. 2. c. 7. & c. 9.*

Temperare tamen me non possum, quin prætermissa ab illis ex contrarijs exquiram. Si Prædones Maria latrocinijs infesta reddant, vt antiquitus factitatum apud Græcos auctor est Thucydides *d* & de Italia nostra testatur Plato *e* exquiro à viris doctis, ecquis vsus commerciorum apud homines in communione illa Maris, quam ab vniuscuiusq; Dominantis Imperio eximunt; & vndè, vel à quo expectandum sit tanti mali remedium? Heroes certè defecerunt, & si aliqui superessent, impares oneri eos fore demonstrat adagium illud, *Ne Hercules contra duos*: & certius Thesei iter ad Patrem, terra, non mari Piratarum metu susceptũ. *f* dicerent, haud dubiè, Principis id esse munus, qui non secus, ac vias aggeribus munire, flumina pontibus sternere, latronibus omnia purgare tenetur; id ipsum in Mari eiectis, fugatisque prædonibus præstare oportere. Rectè quidem. Sed amplius quæro nauta, remige, milite, triremi, & ad hæc omnia comparanda ingenti pecunia opus est; vndè sumenda? Nonne æquum est ea seruari, quæ in struendis aggeribus, in muniendis vijs, in consternendis fluminibus seruantur ab omnibus? Et cum viæ, fluminaque cunctis hominibus eodem naturali Iure communia sint, vt exornat Laguna *g* pluresque indicantur à Principibus leges illàc transituris hominibus, & ingentes pro transitu ipso, Iure naturæ communi, corradantur pecuniæ omnibus approbantibus: cur idipsum, ijsdem de causis non permittitur in Mari, eo liberius, quod malos haud dubiè pecuniarum modus ad expellendos Piratas Mari, quam ad fugan-

d *lib. primo.*
e *de leg. lib. 6.*
f *Plut. in vit. Thes.*
g *dict. c. 4. nu. 54. cum seq.*

fugandos latrones terra, vel ad vias muniendas exigitur? Concederent fortasse aliqui hæc, sed negabunt adhuc maris Dominos dici debere; sed verius seruitutem Mari imposuisse, quod Principi Iuristæ ipsimet concedunt. *a* Eamque præscriptione acquiri à Principibus admittit Bartholomęus Cepolla post alios Iuris interpretes *b* testantes id præcipuè verum esse de Venetis in Adriatico, & de Genuensibus in Ligustico Mari. Ego verò haudquaquã contendam de nomine; &, si habuero leges, quas velit Principem imponere posse Mari, iniuriosque dici quoscumque, qui illas violant, & iure mulctari etiam posse rebus omnibus contrà leges præteruectis, vt admittit idem Cepolla *c* minus sollicitus ero de stricto illo iure dominij; (quod nec etiam denegat idem auctor *d* si cum præscriptione iungatur titulus (quem vocant) vel priuilegium.

a Gl. in l. venditor verbo priuata ff. cõ. præd. & ibi DD.

b de seruit. vrb præd. cap. 26. num. 6. cum seqq.

c d. cap. 26. nu. 10.

d ibid. num. 8.

Sed rursus quæro: si Principis est purgare Piratis Mare; quisnam erit iste? vnus, vel plures? Florente Romana Repub. cuius Imperio littora omnia Mediterranei Maris parebant, cessabant hæc quæstio. Pompeius enim, cui hæc mandata Prouincia, à Gadibus, & Herculis columnis, ad fauces Hellesponti, totum in girum complexus Classibus mare, quadam veluti indagine Piratas cinxit, & intrà illud temporis spatium, quo tot emensa Maria vix credibile erat, deletis humani generis hostibus, bellum confecit. Sed in hoc, in quo versamur adeò vario, ac multiplici Dominatuum, ac ditionum discrimine, cuinam potissimum ex eis, & quatenus licet? Certè, vel paci publicæ interest, certis finiri limitibus Mare, inter quos, vt in terra, vnusquisque ius suum consequatur. Vndè verò hi limites sint desumendi, mira discreptatio inter Scriptores, & inconstantia doctrinæ. Iuristæ quidem parum memores eorum, quæ de Maris communione, eiusdemque dominij incapacitate tradidere, parum habuissent, vno omnes ore, affirmare. *Excurs. 55.* cognitionem facinorum, eorumdemque plectendi ius, quæ in Mari contingunt, ad Præsidem adiacentis Oræ pertinere, ni mensorum ineptissimi, Dij Termini, ante quamcumque consecrationem, assumpto munere, centesimo à littore in altum miliari, fines statuissent. *e* Misera certè coeuntium Terrarum, siuè ad Hellespontum, siue ad Calpa conditione, quibus angustius multò quolibet Oppidulo ad Mare Mediterraneum sito, Mari est imperandum. Modestius Bodinus *f* ad sexagesimum milliare definiuit. Sed scire velim ab isto Iuris Gentium admirando conditore, vnde nam huiuscemodi finium regundorum stabilimentum desumpserit, cum nullibi Gentium id sancitum legatur.

Excurs. 55.

e DD. l. Insulæ Italiæ ff. de Iudic. Bart. in tract. de Dilum.

f de Repub. lib. 1. cap. 10.

Rursus exquiro ab eodem, Gentibusne cunctis, populisque ad Mare pertinentibus, idem sexaginta milliarium in Mari Dominiũ debeatur. Certè Autharis Longobardorum Rex, Iurium Regni haud quaquam negligens assertor, post victos ingenti prælio, eiectosque Italia, Francos, Græcosque Italicis Prouincijs spoliatos, cum Rhegium vsque, fretumque siculum, Regni Pomoerium promouisset, hastæ cuspide columnam Mari impositam eques feriës, Longobardici Regni fines mari excluso, se descripsisse iactauit ad posteros. a

a Sig. de Regn. Ital. lib. 1. anno 589.

Quæro demum ab istis Marium mensoribus, quò dirigant, porrigantque hanc sexaginta, seù malint, centum milliarium mensuram? Nihil magis in promptu; In altum, respondent, & quidẽ rectà. Vlterius peto huius dimensi Marini Imperij basim. Littora ipsa allacres dabunt. Sed eos iam teneo. Natura enim comparatum est: littora omnia non æqua fronte obsistere Mari; sed (in Mediterraneo præsertim) obliquis omnia flexibus sinuari, abripiente quodammodo, &c., deuorante terras Mari: hinc impossibilis hæc dimensio, quæ si rectà protrahatur à littorum basi, non longè occurret, & interseccabit contermina alia è regione, vel per obliquum in latus incurrens; quę cum nugatorijs istis sententijs, vniuersam hanc dimensionem confundat, & exsibilet.

In tanta finium maritimorum apud scriptores doctrinæ inconstantia, haud dubiè assentiendũ Saldeno b qui vt certos vnicuique Mari fines non statuit, ità in vniuersum docet, non secus ac in terris, dessignari posse terminos Mari, Promontoria, scilicet, Scopulos, Insulas, Sinus, quæ vbi deficerent, nunquam certè defuturam demensionem illam, qua Cæloipso in Zonas, &c. gradus distributo; ad aquarum eadem spatia metienda Nautæ vulgò vtuntur. Cuius Saldeni dicta, altercandi potius studio, & amore partium, quam vllo probabili argumento (si auctoritatem demas Elisabethæ Angliæ Reginæ, qua hominem eidem subditum vrget) impugnat Iasacius c Et sanè cum inter ea, quæ in conditionibus pacis concessæ ab Romanis, prohibentur Antiocho Asiæ Rege, illud legatur.

b lib. 1. c. 22.

c d. lib. 2. c. 11.

Neuè nauigato extrà Calycadnum, neuè Sarpedonem promontoria extra quam, si qua nauis pecuniam stipendium, aut Legatos aut Obsides portabit. d Et cum Annibalis nondum victi ore hanc habeam ad Scipionem permissionem: *Vestra sit Sicilia, Sardinia, Hispania, quicquid Insularum toto inter Africam, Italiamque continetur Mari. Cartaginienses, inclusi Africæ littoribus, vos; quando ita Dijs placuit externa etiam terra Marique videamus regentes Imperia.* e Non video

d Liu. lib. 38.

e Liu. lib. 30.

deo (etiamsi aliæ Gentes reclamarent, apud quas etiam, superius probauimus vsurpatum fuisse Maris Imperium) quomodo Iure, & moribus Romanis, negari possit; Imperium in Mari non secus, ac in terris, & illud quidem certis limitibus definitum. Nec mihi hæc asserenti vlla controuersia est, vel cum ipso eruditissimo Grotio, acerrimo propugnatore liberi Maris; apud quem eodem ipso argumento, quo rem ad exactiorem trutinam redigit, hæc lego. a *Qui verò dicunt Mare aliquod esse Imperij Romani, dictum suum ità interpretantur, vt dicant Ius illud in Mare vltrà protectionem, & iurisdictionem non procedere; quod illi Ius à proprietate distinguunt*. Sit igitur Iurisdictio, sit Imperium, approbante etiam Grotio, in Mari; de strictâ illa proprietate, ac dominio non curo; cum sciam Romanis moribus, apud quos Ius Imperij solum valuit, cętera vt inania trasmittebantur, Deditiorum etiam, ac Prouincialium, quorum deterrima erat; nunquam tamen eam conditionem fuisse, vt licet patrijs priuati legibus, Prætoris Romani superbo supercilio, publicanorumque seueris exactionibus premerentur, res tamen illis suas publicè, priuatimque habere nunquã, non permissum. b Vsque adeò vt Terentinis, qui ad Pœnos defecerant, bello in ditionem receptis, iusserit Fabius ille cunctator Deos iratos relinqui, quos ingentis magnitudinis, & pretij, suo quisque habitu in modum pugnantium formatos, publicè habebant. c Nec quæ Nouatorum adulatio, seù auaritia inuexit de proprietate terrarum, ac populorum apud dominantes, deque dominio illo directo apud eosdem perseuerante, in moribus Romanis erant. Sed solo Imperio, & Imperij fructu Dominantes contenti, cętera omnia vtenda, fruendaque priuatis tanquam propria relinquebant. Nec in illa profusissima largitione, qua Romani, Antiocho deuicto, Eumenem Lycaonia, Phrygia, Mysia, Lydia, Ionia, & vniuersa ferè Asia cis Taurum Montem vnica donatione ditauerunt; Rhodios verò Lycia, Cariaque d quicquam iuris retinuisse eos in donatis Prouincijs vnquam auditum: licet in non leues postmodum suspiciones, Eumenes ipse, & Rhodij, Persei bello, apud Romanos incidissent. Adulatio peperit, vt Princeps Dominus idem diceretur; Cæsare Augusto Orbis Romani Principe frustra reclamante. e Et ne gratis mentiri homines assuescerẽt absurdam vocem, absurdius factum, suberbia, & auaritia obstetricantibus, sequutum est; Dominij scilicet genus aliud, & à rerum priuatarum dominio longè diuersum haudquaquam in generaliori illa rerum diuisione a I. Consulto comprehensum: cuius vi ignari populi cum rebus suis tam publicis, quam priuatis, sacris,

a cap. 5.

b Sigon. de antiq. Iur. Prouinc. per totum.

c Liu. hist. libr. 27.

d Liu. lib. 37.

e Suet. vit. August. cap....

profanisque, non secus ac pecudum armenta vilissima, sub hasta proponuntur venales. Et quod nec publicæ, nec priuatæ proprietatis erat; sed Imperium ipsum, & rerum regimen, quo stat humana societas, respiciebat, non secus ac cuiusquam patris familias patrimonium in manum, ac in Dominium Dominantis, ipsa rerum natura frustrà reclamante, collatum. Hinc memini me auditore: virum alioqui doctum, & multæ lectionis, qui publicè Cornelij Taciti Annales olim interpretabatur, testamentum Augusti, quo Tiberium, & Liuiam heredes habebat, in spem secundam, Nepotes, Pronepotesque; tertio gradu, Primiores Ciuitatis scripsisset, a de ipsomet Romano Imperio intellexisse. Ridiculè prorsus; cum vel ex eodemmet Scriptore eodem in libro paulo post admoneri potuisset. Qui dum irridet Tiberium funus Augusti manu militari custodientem, & securitatem dominantis extollit, contra quam fuerit Cæsaris Dictatoris funere illa haber.

a ann. lib. 1.

Nec senem Principem longa potentia, prouisis etiam hæredum in Rempub. opibus auxilio scilicet militum tuendum, vt sepultura eius quieta foret. Per quę verba non Rempub. in hæredes transtulisse Augustū, quod maiori irrisione dignum non tacuisset Tacitus, sed opibus eos contra Rempub. instruxisse testatur. Vt certius sit longè diuersum fuisse Augusti patrimonium, ab Imperio, & potestate Populi Romani, quæ lege Regia in ipsum collata fuerat in administrationem scilicet, non in proprietatem, cuius Romano iure, ac moribus multò certius, quam Maris incapax erat. Quod adeò certum, vt illo ipso Senatusconsulto, quo iam quæsitum, electionis quadam specie, mandabatur Imperium, capita omnia expressè contineantur, quibus summa in Republica potestas designatur. Vt de Imperio Vespasiano demandato ænea testatur tabula, quæ ex ruderibus Romanæ Vrbis fortè eruta, e parietibus Lateranensis Basilicæ adhuc pendet, quam beneficio Onuphrij Panuini præ manibus habemus. b Vt de consulatu, & Tribunitia potestate toties ab ipsis Augusto, ac Tiberio repetitis taceam, quæ cum proprietate illa pugnant apertissimè. Hinc est, vt credam, ideò Mare à Iureconsulto commune dictum, quia ad singulorum proprietatem pertinere vix posset; nec illius occupationis capax esset; qua rerum dominia primitus discriminata appositè Grotius tradit. c. Qua pariter ratione communia dici possent illa terrarum immensa spatia, quæ gelu obsita, arenis imperuia, paludibus horrida, mortalium vsui deseruire, præterquam in communi, non possunt. Sed in his, vt in Mari, Imperium Dominantis esse non posse, cum vniuerso Gentium consensu, ipsemet

b Rom. Princ. lib. 1. in prin.

c 0.5. in princ.

Gro-

Grotius refellit. Quod quidem Imperium an inuoluat, necne, se cumque trahat proprietatis Ius; nominis, non rei quæstionem omninò prætereundam puto: Dum rei medullam illam mordicus retineamus, non secus ac in Terra ipsa, multa superbè, auarè, tyrannicè, Imperij prætextu, ac impotentia, iuberi possunt, idipsum admittamus, & æquè damnemus in Mari. Quo veluti impenetrabili clypeo, pleraque omnia argumentorum tela, in nostram hanc Maris legitimam potestatem contorta, excipi poterunt nullo prorsus incommodo, vel labore.

Ligustici Maris Imperium penes Genuenses Cap. XL.

Si igitur ea, quæ in vniuersum de quærendo, parandoque legitimo Imperio disputauimus *a* iungantur ijs, quæ de Genuensium gestis exposui *b* manifestius apparebit, Imperium illud, quod in Mari Ligustico Scriptores passim Genuensibus tribuunt, *Excurs.* 56 vsque ad hæc nostra tempora propagatum; firmissimum, & longè illustrissimum esse, cum ex nullius iniuria partum, sed per ducentos totos annos, truculentissimis humani generis hostibus prædæ relictum, virtute, & armis Maiorum nostrorũ, summo totius Christianitatis bono, Italicique nominis splendore fuerit quæsitum.

a cap. 18.
b c. 26. 27. 28.
Excurs. 56.

Quo constito; vis ineluctabilis huius tertiæ, & postremæ responsionis apparet. Ea enim, quæ de terrestri Liguriæ Imperio prædicantur, non benè ad Maris Imperium referri. In quo cum Genuenses omnia possent, nec Marchiones Finarienses ius vllum vnquam habuerint, nec donatio Othonis, vel vtriusque Friderici Inuestitura vllum concedat, iàm patet, quatenus admitteremus Finarium Feudum Imperij esse, nec Marchiones de re ad Feudum pertinente, inconsulto Imperatore, vi vllius consuetudinis transigere potuisse. Adhuc, cum facultas inuehendi per Mare Salis; ad illius Imperium referatur, quod nullum in Marchionibus; vniuersum, plenissimumque apud Genuenses semper fuit; extranea omninò sunt ea, quæ ex iure Feudorum deducuntur contrà conuentionem, hanc eandem facultatem respicientia. Ius namque vendendi Salis in Finario, Genuensibus tributum, pactis illis circumscriptum; oritur à prohibitione illa, quam habent Genuenses, communem cum Regibus, ac Dynastis omnibus, & ipso summo Pontifice (quam tamen tanquam Monopolium carpit Laguna *c* ne scilicet: fas sit cuipiam priuato liberum commercium circa Sal exercere, quod proprium sibi Princeps reseruat, ex eoq; lucra non mediocria capiat, vt potè condimento, etiam Heroum temporibus, ad vitam humanam necessario. *d* Ne igitur eo in vniuersum Marchiones, & ipsorum subditi carerent, conuentionibus illis prouisum fuit; quæ nihil attingunt eorum, quæ pro-

c hoc cap. 1. nu. 34.
d Plut. Sim. 4.

pria

pria ipsorum Marchionum clientelari iure Imperatoribus proponuntur obnoxia.

Addo nedum Marchionibus Finarij nullum ius fuisse in Ligustico Mari, nec porrò concessum ab Imperatoribus, sed nec etiam ab eis concedi potuisse, cum nullum haberent. Ex contestata enim omnium Annalium memoria certum habemus: Germaniæ Regibus, qui etiam sceptra Italici Regni fuissent adepti, ijsdemq; Imperatoribus, Mediterraneo in Mari ne cymbam quidem vllam vnquam fuisse. Ridiculum enim planè esset ei Maris Imperium asserere, qui quandoque Classe illud non obtinuisset. Quod adeò est verum, vt sæpiùs à me laudati Grotius, & Seldenus, quamtũuis diuersa toto Cœlo de Maris Imperio sentientes, in hoc tamen conueniant, *a* facto opus esse ad Imperium mari quærendum, tuendumque, nec solam animi destinationem sufficere. Quamuis enim Fridericus minor, eiusque Pater Henricus, Mari potentes fuerint; Matris dotalia vtriusque Siciliæ Regna id ei tribuerunt, quæ nihil ad Italicum Regnum, quod Fridericus lacerauit, pertinebant; & si pertinuissent, iamdiù mulctatum tota littorali Liguria, habuissent *b* adulto iam, & vigente in ea Imperio Reipub. Genuensis *c* quod opinione, & spe validius ipsemet experiendo sensit. *d*

a Grot. de Iur. bell. & pac. lib. 2. §. 11. 7. Selden. de dõ. Mar. lib. 2. c. 2.
b cap. 23.
c cap. 24.
d cap. 26. 27.

Cuiuscumque tandem igitur conditionis essent Marchiones Finarienses, & quo demùm iure Marchionatum illum possiderent, nihil erat impedimenti, quominus ea, quæ à legitimo Genuensium maris Imperio in re salaria iure patiebantur, pactis, & conditionibus emollirent: Vt ad satietatem iam constet, quàm frustrà, ex potestatis defectu, has impugnauerit conuentiones Laguna.

Non difficeor nouum videri posse sermonem hunc, & inuidiæ plenum, quo, nullo certo nominato Auctore, negaui vllum ius in Ligustico mari vnquam fuisse, aut porrò esse Romanis Imperatoribus. Ijs tamen, qui vt Nomen, ità Imperij ius, quod lege Regia à Populo Gentium victori in Octauianum Augustum collatum fuit, & ab eius successoribus vsurpatum; Carolo Magno, posterisque, & ijs, quos succedente tempore Germania dedit, & dat, faciunt commune. Laguna certè, qui quartum, & postremum caput harũ lucubrationum vniuersum consummauit in Maximiliani Augusti diplomate impugnando, quo diplomate Nos potissimùm tueri salaria iura in mari Ligustico perhibet, & cuncta (quæ tamen Regi suo non obsint) ad Imperatorem refert, eò impatientius tolerabit, quò certius intelliget: inanem operam lusisse se, illamque cum oleo perdidisse.

Ego

Ego verò cum in theatro rerum gestarum palam expositum viderim, vetustius illud Romanum Imperium in geminas partes secatum prius; duplicata etiam Vrbe Romana apud Bizantium, & conuulsum, exindeque in nostra Plaga Occidentaliori sub Mormillo abdicare coacto, pluribus ante Caroli Magni tempora sęculis, defecisse: eundemque Carolum iam ante Galliæ, Germaniæ, Italiæ Regnis optimo, vt quisquam iure potitum, tùm demum à pietate Romani Pontificis in tutelam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ appellatum, & factum Imperatorem: non video quid nam vltrà Augustalia Insignia, & Imperatorium nomen, sanctique muneris, tuendæ scilicet Ecclesiæ amplissimam dignitatem sit consequutus, vel ad posteros, eiusdemque dignitatis successores trãsmiserit, quò latius, firmiusq; Terra, Marique dominaretur: Præsertim cum Roma ipsa vetustioris Imperij sedes recentiorum Cæsarum ditionem nunquam subierit: Et ne donationi Constantini seu Caroli Magni tribuatur, Regnum Neapolitanum ostendit à Normanis, expulsis Saracenis, pactum recognitumque à Romana Ecclesia, nulla vnquam in tot rerum reuolutionibus mentione facta Imperialis potestatis, vt de cęteris sileam: cumque nullum ex Caroli Magni successoribus, nec etiam quà Italiæ Regem, ne actuarium quidem vllum in Ligustico Mari vnquam habuisse sit compertum, quod ipsum de Germanis Mediterraneis omninò Regibus certius est, & latiùs alibi. a Si nullum tantæ rei, quem laudarem, assertorem habere potui, non ideò minus, his, talibus, tantisque argumentis affirmare id ausim; inuitante præsertim, & manum quodammodo porrigente Ahenobarbo illo fortissimo Imperatore.

a cap. 23. 24. 26. 27.

Quæsiuerat hic Henrici filij coniugio vtriusque Siciliæ opulentissima Regna; quæ spurij Tancredi opibus, & Northmannici fauore nominis occupata, armis sibi repetenda decreuerat. Rex erat Italiæ, cuius Regni Insulas non precariò, sed armorum vi, disiecta, oppressaque Longobardicarum Ciuitatũ coniuratione, adeptus retinebat. Experiundo didicerant Regna, quæ Mari vndique alluuntur, si industrius adsit defensor, absque Classe impenetrabilia hostibus esse. Hanc promptam, paratamque in Ligustico Mari Genuenses habebant, cur ea pro Imperio non vtebatur? cur saltem pecunia ex ærario suo deprompta, Nauticos homines Regno suo contributos Classem parare, curareque non iussit? Cur tam abfuit ipse, & filius eius Henricus ab illa dominantium ingenita, & inflexibili vi, ac potestate, vt rogare sustinuerint, quæ imperare potuissent? Et tot, tantisque conditioni-


S bus

bus, quas superius recēsui *a lit.* O.P. societatē illā armorū, Classis præsertim à Genuensibus emere potius, quam Iure dominationis obtinere? Certè æuo illo ridiculus planè fuisset, quisquis Ahenobarbo Imperium aliquod in Mari Mediterraneo asseruisset, quod nec ille partum haberet, nec Maioribus suis acceptum referre possent; quod tamen Patrum nostrorum memoria, ignoratione antiquitatis, illius successoribus multò angustius imperantibus, scriptores vulgo nullo Iure, nulla ratione ducti, Restaurum quendam Castaldum, vel alium nescio quem Ducem nacti, non minùs ineptè, quā frustra attribuunt. Cuius rei veritas apertissima, si inuidiam à sermone meo remouere non poterit, illud saltem leniet; quod mox subdam.

a *cap. 28.*

Magni haud dubiè facere Genuenses, fecisseque semper Maiores eorum, Imperij cuiuscumq; quomodocūq; ab eis parti approbationem sacratissimorum Imperatorum, vt fusius alibi. *b* Et non secus, ac approbationem eandem publico testatam diplomate *lit.* Q. à Sancta Sede Apostolica pro magno semper habuerunt, ità libentissimè illam ipsam à quolibet alio Rege habituros, excepturosque. Quæ licet nullum plenius Ius essent Genuensibus allatura; multum certè conferunt ad securitatem, & ad splendorem.

b *cap. 18.*



SECTIO

SECTIO QVINTA.

GENVENSIS MARIS IMPERII *longè vltra Liguriæ terminos Maximiliani Cæsaris approbatio.*

Maximiliani Cæsaris Priuilegium de re Salaria propugnatur. Cap. XLI.



T hinc etiam mihi placabiliorem redditurum spero Lagunam, dum Maximiliani Cæsaris de re salaria editum tuebor diploma, hoc etiam nomine maximè faciendum. Quod si Batauus quispiam, aut quiuis alius eiusdem stomachi, Maris iura ad frigidas suas ratiocinationes reuocare voluerit, indignum certè sit id Lagunæ permitti, qui assumpta persona Cæsaris, illius iura in Mari Ligustico contra Nos tuenda suscepit, omniaque ab eius nutu pendere profitetur non semel. Quapropter plura, quæ hoc eodem capite ille habet, libertatem maris itinerum, & commerciorum respicientia, & latè prosequitur à numero quinquagesimo primo ad sexagesimum quintũ; tanquam ea, quæ professioni eiusdem, & Prouinciæ ab eo susceptæ: asserendi iura maris Marchionibus, ipsique Cæsari, manifestè repugnent, eò libentius omittam, quò plenius reieci superius a. Me tamen continere non possum, quamuis ad solidiora festinantẽ, quin ad ea, quæ in proposito tradit ad numerum quinquagesimũ nonum, non exclamem cum bonis omnibus: Adeò ne huic nostræ facultati Iurisprudentiæ, qua nulla ad commune hominum consortium magis confert, tanta licentia illudere permissum est, vt dummodo ab aliquo quid prius effutitum, dici possit; id liceat; sine delectu, sine examine pro comperto affirmare? Fateor auctoritati magnorum Virorum multum esse tribuendum: agnosco, quanti ponderis habenda sint in dubijs rebus Maiorum testimonia. Sed vbi rei facies loquitur, vbi euidens repugnat ratio; vbi nullus dubitationi relictus est locus; certè afferre in contrarium nitentes scriptorum sententias, qui sæpè obiter, sæpius contentionis ardore, non rarò amplificandi studio, ad minus sibi nota, nulla certa probatione deflectant; id sanè indignissimum est, & penitùs abijciendum, ablegandumque. Cuiusmodi illud est, quod apud Lagunam notabam. Cum enim nullum in tota antiquitate celebrius legatur, nullum licentius, iustiusque proscindatur facinus, illo nunquam satis pro dignitate detestando facinore, quo Iulius Cæsar contrà Patriam, cui omnia debebat, impia arma mouit, vt

a cap. 39. 49.

quam sedem Libertatis habuerat, arcem faceret, & domicilium Tyrannidis. Hæc arma, ab ijs etiam, quibus ignora vera pietas fuit, impia semper iudicata, vt effrænem illam, & belluino more iactatam Libertatem viarum, itinerumque tueatur Christianus homo, iusta decernit. Et ne sine eruditione labi videatur, Alphonsum de Castro, Ludouicum Molinam, Gregorium de Valentia, viros alioquì doctissimos, & pietatis professione insignes laudat, qui dixissent iniurios Ariminenses, qui funestissimum illud Cæsaris iter prohibere conati meritò ab illo armis petiti fuerint. Quorum dictis ego non immorer, cum Auctores habeam certissimos (vltra Cæsarem ipsum in Commentarijs suis) Florum, Suetonium, Appianum, Plutarchum, Velleium, & omnes, apud Ariminum quidem, limitem illum Prouinciæ Galliæ, Rubiconem fluuium transgressum cum milite Cæsarem, nudasse impiam opprimendæ Libertatis publicæ mentem; mentique conformem diù concocti consilij vocem emisisse illam etiam apud pueros celebrē: *Iacta est alea*, sed arma nusquam impugnata, nisi primo apud Corfinium Gn. Domitio, & L. Lentulo obsistentibus, nullo prorsus Ariminensium contra nisu, vel incommodo.

Sed de his hactenus. Rem ipsam, hoc est propugnationem diplomatis Maximiliani propiùs aggrediens, eius impugnationem exorditur Laguna forensi more a negando fidem Io: Baptistæ, Pancsio Notario, Archiui sanctioris Custodi, & Reipublicæ nostræ à Secretis; attestanti se ad verbum ex publico Archiuo excerptum trascripsisse, & in publicam redegisse formam. Nec de hac inficiatione contentus, perfricuit frontem, & ex pluribus b eiusdem fidem indè suspectam arguit, vndè astruenda erat, causatus in documento de eadem re, ab eodem Maximiliano tunc Imperatore dato, die quarta Aprilis Augustæ Vindelicorum anno 1513. plenius, & efficacius illa eadem approbari, quæ simplicius in priori illo Vigleuani die 27. Septembris 1496. ab eodem Maximiliano Rege dato legebantur.

His verò quid respondeam, vel quid non respondeam? Placidissimè, meo more, cum eo agam, si dixero, præscios futurorum Maiores nostros, ad præcauendas subtilissimas has Laguniani ingenij argumentationes, quæ dubiam reddere possent tanti diplomatis interpretationem, post vndecimum annum plenius, pinguiusque à Maximiliano Imperatore obtinendum duxisse, quod prius ab eodem Rege ieiunius fuerant consequuti. Qua responsione, quæ eiusdem diplomatis geminatione nititur, & manifesta fit ex temporum, locorumque discrimine: c eò certius obiectis

satis-

a num. 6.

b à num. 26. ad 36.

c Mascard. de probat. concl. 1179. n. 36

satisfactum puto, quod eius suspicionem hanc suam mouet; dum discriminibus, inter diplomata intercedentibus, relatis, (quæ vltro agnoscuntur) nullo ne leuissimo quidem argumento suspicionis adducto, his verbis concludit. a — a num. 36.

Ex quibus quidem nedum substantialibus, sed substantialissimis mutationibus, additionibus, variationibus, & alterationibus verborum, & clausularum, quid pro veritate, & fide prætensi priuilegij, seu confirmationum iudicari poterit, iudicio cuiusuis rectè sentientis relinquitur.

Quod quidem iudicium sicut libentissimo animo subeo, haudquaquam de euentu sollicitus; ità procul habeo, quæ de Fisco nescio quo, & Iudicium arbitrio statim subnectit; aliena prorsus ab huiusce controuersiæ statu. Illud addo; Maximilianum Cæsarem pecuniarum nunquam non indigum, nunquam non importunum postulatorem, vt illius ætatis scriptores ei vitio dant: b — b Guicciardinus sæpius. tempore geminati diplomatis indigentissimum fuisse, bello exhaustum, quo Veronam nobilissimam Ciuitatem in aliena victoria, ex fœdere Cameracensi Imperio quæsitam, contra Venetos totis viribus repetentes tuebatur. Et cum suppetias ad id bellū per certum hominem à Repub. nostra flagitasset c probabile est, — c Fol. lib. 12. vt exorabiliores Genuenses redderet, hac duplicatione diplomatis allicere voluisse.

Vtcumque sit, & vndecumque hæc geminatio tandem proueniat, cum duo de eadem re habeamus diplomata, diuersis, ac longè dissitis temporibus, ac locis ab eodem Maximiliano; non eodem prolato dignitatis titulo, data; nullus iure prohibere potest, quominus alterutro, vel vtroque, prout sese occasio dabit, vti ad libitum valeamus. Deneget quantum libet, per me licet, Laguna fidem Panesio nostro à Secretis (quod nullus præter illum attentasset) contentus, eum obiter admonuisse, quantum distet ab vrbanitate, & modestia Collegij Mantuani d dum in responsione — d in lib. de Mōtisfer. Ducat. ad Fabrum e asserentem f penes Serenissimum Sabaudiæ Du- — e in consult. de Montisfer. Ducat. cem peruenisse tabulas ipsas in forma solemni toties decantatæ Othonianæ donationis ad Alderamum Saxonem; assertioni illi acquiescens, profitetur g non esse vlterius de iuribus exemplo- — f in cōpēd. fact. in prin. rum disceptandum. Nec ego propterea irascar Lagunæ, imò gratias habeam, quod simul non obiecit (quod vsu forensi minus receptum non est, nec minoris ponderis) nemine citato exscripta — g num. 56. diplomata illa, productaque fuisse. Quas gratias vt statim referā, cum ille oblitus videatur, totis hisce lucubrationibus suis, de statu ipso controuersiæ, non coram Iudice oblato libello, structoque processu, forensi more, deductæ; sed per expostulationem amicis-

simæ

ſimæ Ciuitatis ad aures Regias delatæ; faueam obliuioſo homini, eumque amicè admonebo (vt videat in quas anguſtias ſe coniecerit) etiam coram pedaneis Iudicibus, ſi intra præfinitum tempus exempla minùs ſolemnia documentorum proferantur, nihil impedire, quominus ſi ad rem faciant, etiam lapſis fatalibus in forma ſolemni ad certiorem victoriā reproducantur: *Excurſ. 57.* Et quod omnem tollit amaritudinem, aptumque eſt, reproductionis cuiuſcumque amouere neceſſitatem, diploma eſt eadem de re à Carolo Quinto conditum, prolatum olim, veritatis adeò conteſtatæ, vt nec ei fidem denegauerit Laguna, in quo diſertis, & explicitis verbis ipſum Maximiliani diploma, de quo quærimus, exaratum legitur, & illud quidem poſterius dicti anni 1513. quo nobis in re Salaria plenius indulget: vndè ſuperflua omninò redditur vlterior exſcripti diplomatis exhibitio. *Excurſ. 58.*

Excurſ. 57.

Excurſ. 58.

Iàm verò fidē ſubuertere Cæſariani documenti fruſtrà conatus, haudquaquā felicius eiuſdē vim impugnat: Et cū alia ſint, quæ in eo narrata leguntur alia; verò, quę decernuntur & à narratis, & à decretis argumenta colligit, quibus perſuadeat, nullā, circa rē propoſitam, habendum eſſe diploma illud, in conſideratione: Parum veritus Conradi Bruni cenſuram, qui *a* penæ ſubijcit, quoſcumque Priuilegia Principum cauillari auſos.

a in tract. de her. cap. 17. nu. 32. 37.

Sed nobis ab vtroque capite haud erit difficile illud tueri, ſi diſtinctius, & quæ narrantur, & quæ decernuntur, priùs ſuis præcipua verbis propoſuero, vt vnumquodque ſuis momentis certius perpendamus. Exordiendo igitur à narratis in quatuòr veluti membra aptè diuiduntur.

Narrata in Maximiliani diplomate referūtur, & comprobantur. Cap. XLII.

Primum, ibi, *ſanè, vt intelleximus Ciues, & Communitas Ciuitatis noſtræ Genuæ olim, cum Barbari Mediterraneum, atque Ponticum, ſeu Liguſticum, ac Genuenſe Mare, illiuſque confinia in dies moleſtarent, atque deprædarentur, & Chriſtianorum ſanguinem diris martyrijs afficerēt ad eorum ſpurcitiam cogentes, vt nemo eſſet, qui pro ſanguine Chriſtiano redimendo arma ſumeret, & Catholicam Fidem tutari auderet; ipſi Ciues, & Communitas pro tuenda religione, ac aſſerendo Mare, arma ſumpſerunt, & Chriſtianum Populum ab ipſorum Barbarorum ferocitate defenſarunt, ipſumq; Mare ab huiuſmodi Barbaris, atq; Piratis purgauerūt.* Fulgor tantæ rei ex prædicatione virtutis, ac meriti adeò Lagunę oculos præſtrinxit; vt quaſi nihil tale in diplomate legeretur, omninò prætererierit. Et cum ſciret, vel ſcire deberet, vbi ad aliquid impetrandum plura Principi ſunt expoſita, ad parta exindè tuenda, alterum ex eis ſat eſſe verum præſtari, idque ſæpius à Sacra Rota Romana decretum: *b* totus eſt in vellicando, alio narrationis

b apud Marcb. de cōmiſſio. par. 3. §. 3. num. 39.

nis membro, non minus frigidè, quam frustra, etiam si perueniret quò tendit, vt inferius patebit. Narrat hic Imperator à Maioribus nostris non minus verè, quam magnificè, ad corroborationem eorum, quæ nos fusius supra *a* quod sæuientibus per Mare Barbaris, *Nemo esset, qui pro sanguine Christiano redimendo arma sumeret, & Catholicam Fidem tueri auderet.* Nemo, nemo ex Italiæ, Germaniæ, Galliæ Regibus, nemo ex Cæsaribus, nemo ex Romanis Imperatoribus. Idque non ad aliquid breue tempus, inter moras parandæ forsitan Classis, vel captandæ occasionis, sed per totos ducentos, & amplius annos, quibus Arabica lues Tyrannidem illam exercuit. Nemo, inquam, Laguna, exceptis Maioribus nostris, qui (vt in narratione) *Pro tuenda religione, ac asserendo Mari arma sumpserunt, & Christianum Populum ab ipsorum Barbarorum ferocitate defensauerunt, ipsumque Mare ab huiusmodi Barbaris, atque Piratis purgauerunt.* Quid hac narratione illustrius? quid ad gloriam præclarius? quid ad Maris Imperium comparandum potentius, digniusue? Tradunt Iuris Interpretes nostri, narrata circa rem, de qua agitur, decernere, præcipuè cum finem respiciunt, cuius gratia fit narratio. *Excurs.* 59. Ea propter cum aliò non tendat narrationis series, quam ad approbationem Imperij circa rem Salariam Genuensium in Mari iàm patet, quorsum tendat huius de tanta re narrationis omissio Laguniana.

a cap. 26. 27. 40.

Excurs. 59.

Secundum, ibi, *Propter quod à Diuis prædecessoribus nostris inter alia, vt asseritur, obtinuerunt, vt super ipso Mari Pontico, seù Ligustico, & Ianuensi à Monte Argentario vsque ad Marsiliam nemo, quam ipsi, Ciuesque ipsorum, Sal conducere possit. Et si aliquis in supradictis terminis Montis Argentarij, & Marsiliæ Sal conducere attentauerit, quod ipsi hoc prohibere, & eorum prohibitioni contrauenientes punire, ipsique Sal, & Nauigia confiscare valeant.* Hic nobis obstrepit Laguna, nec acquiescens amissioni tabularum illius Priuilegij, cui tot, tantique Imperatores acquiescentes, ea de causa ex integro indulserunt, omnia tentat. *b* Et parum sollicitus an congruentia loquatur, dum obloquatur, Dicit *c* prolata à nobis fuisse documenta vetustiora de eadem re Salaria, cum Marchionibus Finariensibus confecta, ex quorum custodia, non fuisse deperditum, si extitisset recentius hoc, de quo agimus, bellissimè conficit. Non vitio naturæ, ò bone, sed casu inter Ciuilium discordiarum turbines perijsse dixerunt nostri, qui casus, cum cœcus sit, *d* viciniora à remotioribus non discernit. Et si discerneret, vlterius tibi reddenda esset ratio, cur conuenta illa, non ante annum 1340. inita, vetustiora esse in vim tam lepidæ redargutionis assum-

b num. 37. ad 50.

c num. 37.

d Cic. de diuinatic. 23.

assumpsisses: Quandoquidem de documento hoc, quod deperditū fuisse conquæruntur nostri, sine die & Cōsule fuit facta mentio, & tu paulò infra *a* ad vsque tempora Ahenobarbi Imperatoris reijcis. Rursus *b* subdit, meritò credendum esse, Rempub. potiùs conuenisse cum Secretarijs, qua cum Imperatore. Amabo te subtilissime Interpres (nam de Baldo, & Loace, ad quos nos reijcis, in tempore agam) si hoc effugium pateret contra publica documenta, quid in Iudicijs constans? quid publicæ fidei certū? quid apud posteros firmum? Sed age cuiusnam criminis compertos habes, non dico Rempublicam nostram, cui ex morbo insultas, sed Viros alioqui grauissimos, qui amplissimo illo muneri à Secretis Imperatoris præesse solent, vt falsitatis insimules? quibus nam suspicionibus sollicitatus, tantam rem conijcis? Sed temerè opinatum arguisse parum sit: Certè nullus absque pretio nec falsus, nec fallit. *c* Demus Rempublicam nostram ante Maximilianum Cæsarem nullum habuisse in re Salaria à vetustioribus Imperatoribus priuilegium. Si, vt credi vult Laguna, non aliter daturus erat Cæsar, nisi olim datum à Maioribus suis; Certè, vt credulo Imperatori Respublica imponeret, nullius sibi emenda erat cōscientia, cum periculo suo mentiretur.

a *nu. 41.* *b* *nu. 38.* *c* *DD. communiter apud Fariu. qu. 53. nu. 103. cum sequent.*

Exinde negat *d* vllam superfuturā fuisse causam, cur Respub. cum Marchionibus transigeret de re Salaria, si Ius suum priuilegijs hisce tueri potuisset. Quid ni transigeret? Iura constituunt, *e* mores hominum vbique seruant pactionibus, à concesso sibi Iure, siue ex toto, siue ex parte vnumquemque recedere; & vbi ratio publicæ pacis adsit, suadeatque, eò laudabilius receditur, quò certius *f* Præterea transactiones initæ cum Marchionibus, non feriunt Ius ipsum prohibendi subnectionem Salis per Ligusticum mare, (de quo in Priuilegijs) vt inesse posit suspicio, vllo vnquā tempore de Iure illo dubitatum fuisse; sed modos respiciunt, & conditiones, quibus Sal ipse Finarium importari, venalisque exponi ibidem debeat per Genuenses, quæ nedum Ius illud excludunt, quod imò apertissimè præ se fert, ac profitetur; quo deficiente, non erat cur leges vllas sibi imponi in re Salaria paterentur Marchiones.

d *nu. 39. 40.* *e* *totis tit. de pact. & de transact.* *f* *in extrauag. de pace cōst. §. Nos Romanorum & ibi Gl.*

Vlterius in commilitium assumpto Senatore Cayrasco Maldonato *g* ex nostris Annaliū Scriptoribus desumpto testimonio, probat; Friderici Ahenobarbi priuilegio illo, post Mediolani euersionem dato anno Christi 1162. Salaria hæc non contineri: Et hic fixo trophæo Pœana canit. *h* Quasi verò ab alio Imperatore dari non potuerit, vel ab ipsomet, sed alio tempore, cum narratio hæc

g *à nu. 41. ad 45.* *h* *nu. 45.*

quam

quam prosequimur, intrà cancellos illius fortissimi Imperatoris, ac temporis non legatur inclusa. Non omiserim tamen, quantũuis in diplomate illo Ahenobarbi, quod superius dedi, *litt.* O. nihil exprimatur, quod rem Salariam attingat: cum tamen haud dubiam contineat Genuensis Imperij approbationem, vt superius ostensum est *a* quod quidem Imperium, in Mari præsertim, circa huiuscemodi prohibitiones versari in confesso est, non temerè affirmare possemus, illo eodem diplomate rem etiam, de qua quærimus contineri. *a cap. 18.*

Vt idem prosequatur argumentum, alium assumit Commilitonem Præsidem Salamancam, *b* crimini quodammodo nobis vertit, quod in controuersia coram Ferdinando inter Rempub. & Marchionem Alphonsum, de qua superius *c* prolatum integrum non fuerit Ahenobarbi diploma, &c. obijcit id eo consilio factũ, quia nulla in eo erat Salis mentio, eademque ratione Maximiliano clam habitum: hinc conficit Salamanca *d* probari, & digito quodammodo tangi, Rempub. nostram falsò insinuasse Maximiliano priuilegij amissionem. Deus bone quæ monstra? Coram Ferdinando Imperatore alia omnia in disceptationem venerunt. Cum enim assereret Orator noster, è dignitate non esse, nec auctoritate Reipub. Genuensis in Ius vocatæ coram Cæsare, cuius Imperium inuita non agnoscit, respondere, vt probat Menoch. *e* & nos plenius *f* ad reuocandum in ferrea illa Aulicora ora, Germanicum pudorem, verba ipsa fortissimi Imperatoris, ex priuilegio deprompta, protulit; quibus disertissimè approbatur hæc ipsa, de qua disputabatur, prærogatiua; Nec in vniuersa illa verborum, diplomatumque congerie apud Ferdinandum Cęsarem, vlla Salis mentio, quæ ansam præbere potuerit huic cauillo. At vero coram Maximiliano quid insulsius in Salario argumento, quam amissionem professos priuilegij, illud diploma proferre, in quo de Sale nihil legebatur? Et demùm vnde nam nerui illius illationis Salamancæ? *g Y assi se prueua, como se ha dicho, y se toca con la mano, que no hauia perdido la dicha Republica priuilegio alguno.* Esto coram Ferdinando è re fuisse Salaria Iura deducere, integrumque priuilegium Ahenobarbi proferre etiam coram Maximiliano, consultòque vtrobique omissum, & dedita opera. Quid tum? Igitur probatur non amissum illud, quod Respub. se amisisse profitetur? quænam illationis vis? quæ ratio? Nam, quæ statim subdit, excepta fuisse in eodem Ahenobarbi diplomate non pauca, fauorem Marchionum respicientia, narrationem, quam prosequor, non attingunt, &c. pro instituto

b num. 46. *c cap. 6.* *d num. 47.* *e in cõtr. cans. Finar.* *f cap. 7.* *g num. 47.*

sermone sufficiat obiter admonuisse, nihil commune habere Othonianam donationem cum littorali Liguria, *a* nihil Marchiones Finarienses cum Marchionibus Sauonæ, de quibus intelligit Ahenobarbus *b* Et si haberent, nihil in diplomate exceptum, quod Mare, quod Salem respiciat.

a vt cap. 31.

b vt cap. 31. 32.

Demum *c* statuit credendum non esse, Ahenobarbum Imperatorem, qui Reipub. nostræ concessit in feudum Ligusticam orã vniuersam à Portu Veneris, ad Monœci portum, augere eamdẽ voluisse opulentissimo Salis portorio, derogando Iuribus Principum plurimorum, qui ditiones habent Mari adiacentes inter Massiliam, & Luci feroniæ Promontorium, quod Montem Argentariũ recentiores appellant, quas ditiones fusius recenset inferius. *d* Sed id ipsum, quod de Ahenobarbo assumitur, perperam assumi iàm admonui, cum ad eum nuncupatim non referatur nostrorum narratio. Addo peccare ex alio manifestissimè. Quandoquidem nec priuilegio illo conceditur in feudum littoralis Liguria nec Folieta laudatus, qui cæteris castigatius loquitur, id dicit; Nec Respublica nostra hoc ius præ se tulit vnquam, aut sibi vendicauit. Vox nimirum illa, ***Feudum***, de qua superius *e* quæ in diplomate illo inserta Iustinianum, Bizarrum, & Interianum nostros, ex ignoratione vetustæ acceptionis, errare fecit, traxit Lagunam, vt beneficium cogendi pro Imperio nauales socios in vniuersa ora Ligustica ab Imperatore Genuensibus concessum, pro iure illo acceperit, quo populi ipsi, ac ditiones iure clientelari à Dominantibus conceduntur, Feudi appellatione recentioribus celeberrimo: qua interpretatione nihil absurdius; nihil à re ipsa, de qua in diplomate, magis alienum. Qua etiam data, adhuc non apparet, quà vi indè confici possit; Imperatorem propterea ius etiam in Mari, (à nemine, præter Genuenses, tunc temporis possesso) non fuisse concessurum: cum videamus Maximilianũ ipsum post tot ætates illud ipsum concessisse (vt mox videbimus) cui rei, Regum Galliarum auctoritas in Mari Prouinciæ adlabenti obstare non potuisset; cum Ahenobarbi temporibus, & pluribus exinde subsequutis sæculis, ad Mediterraneum Mare Gallorum Regum Imperium non pertinuerit; Sed Prouincia suis parebat Comitibus, semperque paruit vsque ad Ludouici vndecimi Principatum, qui Commitatum hunc opulentissimo Regno adiũxit. Sed de hoc secundo narrationis membro, quod potissimum impugnat Laguna, satis. Nos vocat tertium per hæc verba.

c nu. 49.

d a nu. 67. ad 71.

e cap. 28.

Quemadmodum prælibati priuilegij, & præscripti Iuris vigore in dies faciunt, & in illius vsu, & possessione, vel quasi, iam trecentis annis,

&

& vltrà fuerunt, eoque liberè vsi sunt, prout ex eorum publicis documentis, atque processibus constare asserunt (vt in priori; in posteriori verò) prout ex publicis eorum documentis, atque scripturis nobis constat.

Non solo igitur priuilegio Nostri apud Maximilianum, sed etiã præscriptione supra omnem hominum memoriam, trecentorum scilicet annorum nitebantur. Ad hæc Laguna, vt nobis officiat; contra iura Gentium vniuersarum bella mouet, plura adducens *a* quibus persuadeat, naturali, ac publico iure communia, imperscriptibilia esse. Cui argumento plenè superius *b* satisfactum reor. Illud addam, si perseueret Laguna in derogando fidem Imperatori asserenti, se per publica documenta cognouisse de veritate narratorum, quod nefas esset *c* in promptu esse: ab ipsa antiquitate repetitis documentis; id ipsum probare, frustrà reluctanti Lagunæ, posterisque: quod volenti, ac benefico Imperatori probauerunt Maiores nostri. Idque ad vberiorem huiusce narrationis confirmationem fusius exequar.

a à num. 50. vsque ad 69.
b cap. 39.
c latè Petrus Follerius in tract. de contr. censuarijs §. tenor etiã num. 3. tom. 6. par. 2. f. 121. d.

Qua ratione ex Sale Principibus emolumentum. C.XXXXIII.

Rerũ natura humanis vsibus vsq; adeò seruit, vt in ea sui parte fœcundior semper appareat, qua magis indiget hominum vita: Hinc segetum, arborumque quotannis reuiuiscentium continuata succrescio, pecudumque multiplices partus, vt nemini mira videri possit eiusdem in Sale effusa liberalitas, cum sine Sale hominum vita stare nequeat, si credimus Plinio *d* & vix est, vt consistere possit, si obsidionum credamus euentibus. Vt enim de factitio taceam (qui in Salinis, Mare adfuso, imbre iuuante, leui negotio increscit) vbique gignitur, Sole siccatur in Lacubus, rore, ac Maris spuma densatur in scopulis, lapicidinarum more, vel è montibus cęditur, vel effoditur è terra, vel arenis detractis vtendum vltro se offert; eo vsque sui prodigus, vt eodem Plinio Auctore *e* apud Caspias portas, summa fluminum densentur in Salem, amne reliquo, veluti sub gelu fluente. Sed hæc naturæ largitas hominum excitauit industriam, vt quod omnibus obuium, & comparatu facillimum, fisco addiceretur, nullumque certius, vberiusque vectigal Regibus, Virisque Principibus omnibus, ac Rebus publicis, quam ex Sale. Quod fuisse commentum M. Liuij Censoris, iras, ex damnatione conceptas, contra Romanas Tribus exercentis, testatur Salinatoris Cognomen, homini propterea inditum, quintodecimo anno belli Punici secundi. *f* Id enim præcipuum inter alia vectigalia habet hoc Salis vectigal, quod, non vt in cæteris rebus certum quid pro portorio Dominantibus penditur; sed quodam veluti Monopolio instituto, quicumque Ius summum Dominationis sibi vendicat, Salis commercium omne

d lib. 3. c. 7.
e ibidem
f Liu. lib. 29.

seuerissimis legibus interdictum priuatis, sibi reseruat,& per certos Administros, prout libitum, statuto pretio, magnis emolumentis exercet: idque siue Salem natum, factumue in ditione sua habeat, siue eo importato vtatur. Nec vllus in toto Orbe Christiano est Princeps, Iura Regnorum attrectare ausus: qui non vtatur hoc Iure, interdicta etiam omnibus per suas ditiones alieni Salis subuectione, ne eo prætextu, ac facultate vetitum commercium exerceatur. Quod ipsum eo latius, vberiusque admittitur in Mari, quo facilius Mari Salaria annona comparatur, & vehitur; & nedum ad vsum littoralium importatur, sed vt indè ad Mediterraneos magnis emolumentis transuehatur. Hinc necessariò fit, vt Populi omnes, ac Principes cuncti, quacumque tandem auctoritate sint prædit, qui maritimo Imperio sunt destituti, destituti, destituantur, & Sale Mari aduecto, ni conditionibus obtineant, ab eis, qui Mare potentes sunt. Qua in re illud contingit animaduersione dignissimum (quo neglecto sæpius labitur Laguna, vt suo loco plenius) conditionibus hisce, quas proximè commemorabam, quibus Sal recipitur, si à libero populo, vel alieno Iuri subiecto recipiatur; nullum inferri inter recipientem, tribuentemque seruitutis, aut dominationis argumentum; benè quidem, & concludentissimè colligitur, eum, qui siue Mari, siue terra, propria auctoritate Salem vehit, quà vehit, Imperium habere. Hinc videmus nobilissimam Mediolanensem Prouinciam, quæ maxima Catholicæ Maiestatis vtilitate Monopoliū, vt cęteri, circa Salem exercet, cum importato per Mare vtatur, siue Ligusticū, siuè Adriaticum: conditionibus id à Nostris, vel à Venetis assequi, absque vlla dignitatis, auctoritatisque iactura. Negari tamē nulla ratione potest, quin hac in re Curatores Mediolanensis Prouinciæ Imperium Ligustici Maris apud Rempub. Genuensem, Adriatici apud Venetam non agnoscant, & fateantur. Cur enim si apud Venetos Adriatici Maris Imperium non est, apud Genuenses Ligustici, ex tot, tantisque Marinis Littoribus, Austriaco Nomini, ac ditioni addictis, in quibus Sal magna copia, ac bonitate exuberat; ad Liguriæ Littora, vel Padi Ostia aduehi leuissimo impendio non procurant, sed magnis conditionibus à Genuensibus, aut à Venetis comparant: qui Veneti, quiue Genuenses, non è suis, sed ex littoribus ipsis Austriacis, vt plurimum, extrahunt? Cur in Sale idem non conceditur, quod in cęteris rebus omnibus, quibus importatis eadem vtitur Mediolanensis Prouincia? Quia nimirum id legibus vetitum: leges verò dicere nemini, præterquam Imperatoribus licet. a Cum igitur legitimum Maris Imperium

a *totis tit. de orig. iur. & de legib.*

perium apud Genuenses probauerimus alibi a ex quo, tanquam fonte Salaria Iura proueniunt, ad hanc narrationis partem illustrandam id solum restat, vt terminos dicti Imperij statuam, & intrà illius cancellos vsum illius circa huiusce Salarij Commercij interdictionem demonstrem. a cap. 40.

Terminos maritimi Imperij Genuen. à Mõte Argentario ad Massiliam fuisse. C. XXXXIV.

Vt igitur ab Orientaliori Plaga exordiar; certum est Pisanorum eadem studia obstitisse, ne Genuenses latius in Tyrrheno Mari antiquitùs dominarentur. Quod quidem Mare licet Tyberinis Ostijs ab Solis ortu terminari adeò sit certum, vt Romanæ Vrbis pars illa, quæ Transtyberina est, Hetruscæ situationis credatur; cum tamen eiusdem Prouinciæ portio illa non modica, quę pietate Comitissæ Mathildis Ecclesiæ Romanæ obuenit, & Patrimonium S. Petri propterea nuncupatur, inter eadem Tyberina Ostia, & Promontorium Volcetarium iaceat, (quod recentiores Montem Argentarium appellant). Hinc factum est, vt ab indigenis Populis, quique diutius in Hetruria in Libertate vixerunt, id solum Tyrrheni Maris nomenclaturam vulgò obtinuerit, quod à dicto Promontorio ad Macræ fluenta in Occasum Solem excurrit, & Senensium, Pisanorum, & Lucensium Littora pulsat. Inter quos cum Pisanorum res maritimæ antiquitùs floruerint, Lucensium verò, Senensiumque nullæ fuissent; Indè necessariò euenit, vt his facilè concedentibus, Pisani vniuersum Hetruscum Mare Classibus, & Imperio obtinuerint. Non ità tamen, quin gliscentibus in dies discordijs, & bellis inter eos, vt inter finitimos, & eiusdem Liguriæ homines in societatem armorum Classes Genuensium sæpè vocarent, (vt ea scilicet parte virium, qua destitutos se intelligebant Hetruschi cęteri, æquarent se Pisanis.) Qua societate effectum, vt pro bellorum euentibus, siue secundis, siue aduersis, Imperium Tyrrheni Maris, eiusdemque Salis opulenta commercia, vel apud Pisanos perduraret, vel ad Genuenses concederet: Vsq; dum afflicta tandem ad Melioram; (scopulum verius, quam Insulam eiusdem Maris) Re Pisana, Genuensium præclarissima illa Nauali victoria, maritimæ potentiæ nerui apud Pisanos adeò succisi sunt, vt omni deposita emulatione, & de tuenda Libertate tantum solliciti, permiserint Victoribus Maris Imperium; impetratis nõ semel, nec rarò ab eisdem, Militis, pecuniæ, ac Commeatuum suppetijs in Libertatis uindicta contra oppugnantes Florentinos; quæ sola cura illis à dicta Clade supererat; cui etiam oneri, prægrauantibus Florentinis, Auorum nostrorum memoria succubuerunt. Mentior, ni ad hæc omnia demonstranda certissimis Annalium testimonijs publica documenta conspirant.

E 2. Do publicas fœderis leges *litt.* E. 2. à Maioribus nostris cum Lucensibus initi anno à partu Virginis Millesimo centesimo sexagesimo sexto, die secunda Octobris (vigentibus nimirum etiam tum Pisanis rebus) quo fœdere ad annos viginti nouem percusso, inter cętera ad rem nostram disertè cauetur: *Nec cum Pisanis cõmunibus hostibus Lucenses pacẽ, aut fœdus inituros sine Genuensiũ auctoritate: Sale verò nullo alio vsuros, præter quam aducto ad Mutronũ per Genuenses.* Quod ipsum licet ieiuniùs, absque vlla temporis præfinitione, alio fœdere ante septennium statutum fuisse aliud probat consimile
F 2. documentum *litt.* F. 2. quæ documenta de statu rerum in Tyrrheno Mari (vigentibus tum maximè in eo Pisanis) nullum dubitandi relinquunt locum. Ijs verò afflictis celeberrima illa Nostrorum, quam commemorabam, ad Maleoriam victoria, quam incidisse anno à partu Virginis 1284. mense Augusti narrat inter extraneos receptissimæ fidei Ioannes Villanus æqualis illorum temporum Scriptor. a Qua quidem narratione dum interemptorũ,
a lib. 7. cap. 91 captiuorumque numerum recenset, quem ad sexdecim millia extendit; Triremes verò, vltra belli clade corruptas, quadraginta integras Genuam abductas auctor est: silet tamen de ipso vniuersæ Classis Imperatore Alberto Mauroceno, Veneto homine, apud Suos magnæ auctoritatis, & potentiæ; quem Pisani pertesi domesticorum Imperiorum, & auspiciorum, quibus sæpius nobiscum infœlicissimè conflixerant; summæ rerum suarum imposuerant: illam etiam spem sequuti; an auctoritate viri illigare potuissent Venetam Rempublicam Ligusticis bellis. Hunc igitur hostilis Classis Imperatorem, & totius expeditionis, quo paulò antè Ciuitati nostræ insultauerant, Ducem captum, pro cumulo ingen-
b tis victoriæ tradunt Annales nostri. b Eundemque repetentibus
Fol. lib. 5. Venetis, cum quibus pax placebat, benignissimè restitutum. Sed, vt ad Villanum redeamus; afflictas adeò res Pisanas hac Clade testatur, vt nunquam ex in posterum erigi potuerint. Quod Maiorum nostrorum consilio, & armis factum est. Non enim intempestiua cessatione permiserunt victis vires colligere, animosue resumere; sed icto statim post victoriam fœdere ad Rapallum extemporaneo, sed firmissimo postmodum Florentiæ, die decima tertia Octobris cum Florentinis, & cum Lucensibus; ipsi mare cum ingenti Classe, Ætrusci terra cum pluribus copijs adeò victis institerunt, vt spoliati Pisani viribus Maris omnibus, ipsoque portu Pisano, ac Liburno, exuerint etiam animo Nauales curas, cuncta à dicto Promontorio, quod Montem Argentarium vocamus, obtinentibus

Genuen-

Genuensibus. Ipsasmet fœderis leges do *litt.* G.2. in quibus illas præcipuè examinandas propono, quæ Salis commercium, & maritimas opes respiciunt: *Quinquaginta* (scilicet) *triremibus bellū Mari solos Genuenses administrandum suscepiße, Hetruscos terra; hos vero* (in confessionem maritimi apud socios Imperij) *non alio Sale, quam a Genuensibus importato, vsuros se promisiße.* Quid plura? Ipsa Pisana Respublica anno ab Aduentu Christi 1495. die 28. Augusti; & sic post centum, & vltra annos à clade, quam memorauimus, missa Genuam cum certis mandatis Legatione, ad gratiam referendam, promerendamque Genuensis Reipub. non solum promiserunt eius pati in Mari legitimum Imperium à sæpius memorato promontorio Argentario Massiliam vsq; nec intrà eos limites admissuros se vllum Salis commercium in fraudem Reipub. Genuensis, Societatemque Sancti Georgij appellatione celeberrimam; sed disertis verbis ijdem profitentur id ipsum ab antiquissimo tempore: quod tempus omnem hominum excedit memoriam, intrà eosdem prorsùs limites eidem Reipub. optimo iure fuisse quæsitum, vt plenius ex ipsomet tantæ rei publico documento legendum expono *litt.* H. 2. G. 2. H. 2.

Quidnam ad hæc Laguna, vel Lagunæ similis? Certè non ità de facili, prout afferenti Maximiliano fidem derogat, derògabit tot publicis documentis ex ipsa antiquitate repetitis: Pisanis præsertim ipsis, ex antiqua eiusdem maritimi Imperij æmulatione, infensissimis Genuensium nomini, profitentibus.

Sed hactenus de Orientaliori Plaga, & limitibus Imperij maritimi Genuensium ad Tyrrhenum Mare, antiquitus quidem contractioribus; sed procedente tempore Pisanorum calamitate ad Montem Argentarium productis. Contrarium ex oppositis causis contigit, quà Mare vergit in Occidentem Solem. Quandoquidē, cum ab expulsis Saracenis, nulla prorsùs in vniuerso tractu maritimo Galliarum emerserit littoribus illis maritima Incolarum potentia, omnia Genuensium Classibus patebant exposita, parebantque. Quod eò patientius tolerabant indigenæ, quò maiore fructu Genuensium Commercijs, & Nauticis viribus tunc maximè florentibus, iuuabantur: vt passim tradant Annales nostri *a* non minori cura tutatos Maiores nostros frequentissima Classium missione Prouinciæ Narbonensis maria ab insultis Pisanorum, quam ipsiusmet Liguriæ Oras. Do inter præcipua illius æui, tabulas fœderis, publico testatas documento *litt.* I. 2. percussi anno à salute humani generis 1174. inter Raymundum Narbonæ Ducem, Tolosæ, & Prouinciæ Comitem, & Consules Reipub. nostræ: I. 2.

a *Caffar. per totum.*

Quo

Quo fœdere Raymondus, vt Genuenses sibi contra Aragonios Reges belligeranti sociaret, ac iungeret, eorumque Classibus vteretur, quamplura eis concedit, & dono dat. Illud ad rem nostram, Massiliam ipsam, cum portubus omnibus vniuersæ ditionis, à Castro Turbiæ Oræ Liguſticæ, vſque ad Narbonam, cum dimidia vectigalium omnium maritimorum, & ipsius Ciuitatis Niciæ: eo non leui additamento, *vt nullus iuri, & ditioni subiectus suæ Nauticam rem, Genuensium iniussu exercere auderet*. Quam quidem donationem, profusissimæ prodigalitati proximam, arguere quis meritò posset, si idem rerum status, locis in illis, tunc fuisset, qui nunc visitur. Reputandum est: Arabicam luem per trecentos, & amplius annos, fixis Arelate Sedibus, Prouinciam Narbonensem præsertim ad Mare positam, infessam; rapinis, incendijs, vastationibus desolasse; Et quæ Ciuitates, & loca, procedente tempore, resumpta paulatim pristina frequentia, ac splendore, ad hanc amplitudinem excreuerunt, tunc temporis eadem, vel squalore deformia, vel semisepulta, ac deserta, à quam paucissimis, & tenuissimæ sortis hominibus frequentari cœpisse, Massiliamque sæpius euersam, nihil præter inclytum pristini splendoris nomen retinuisse, sed auctiores in diem opportunitate loci Prouincialium res factæ, vt terrà exuerent alienigenarum Imperium facile suffecerunt, mari vero diutius agnoscere, ac pati penuria maritimarum virium coegit, qua Comites Prouinciæ premebantur, quos penes, vſque ad Renatum seniorem, qui Comitatum illum Ludouico Vndecimo Galliarum Regi concessit, peruetusta plurium Comitum successione permansit. Vſque adeo, vt auctis ijsdem Prouinciæ Comitibus ex Gente Andegauensi felicissimo Neapolitano Regno, &, regnante inter præcipuos Roberto illo partium Pontificiarum in Italia Principe, & ipsiusmet Genuæ, & Liguriæ Domino, Imperium adhuc Maris in Narbonensi Prouincia, vnà cum Salario iure penes Genuenses esset. Quæ mira haud dubiè ignaris morum illius temporis, & fabulosis similia videri possent, ni certissimis antiquitatis testimonijs fulcirentur; quæ altius sunt repetenda.

Dissoluto, vt alibi vidimus [a] Italico Regno, Ciuitates omnes eidem aliàs contributæ Libertatem agitare cœperunt perseuerantius, & felicius aliquæ; aliquæ verò meliore studio, quam successu: omnes autē agitabantur Populi studijs, quæ propiora sunt ad Libertatem, sed effrænem, nulloque salubri temperamento, in magna litterarum omnium ignoratione, stabilitam. Hinc Populus legum quantumuis ab ipso conditarum frænis regi ne-

[a] cap. 23.

Vnde apud Italos facilitas assumendi Dominos, & pellendi. Cap. XLV.

nescius, plura in dies Monstra in Repub. parere, sed qui inter alios sapientius, modestiusque agere videbantur, Ciuium pertæsi, Peregrinum Prætorem, priuatæ illum quidem conditionis, sed industrium, bellicæ præsertim artis (vt illa ferebant tempora) quam peritissimum assumebant, eidemque annuam Reipublicæ administrationem summo cum Imperio; quasi Dictatorem diceres, salua Libertate, saluisq; legibus, committebant. Et hac ratione, Municipali quacumque remota æmulatione, aliena etiam virtute adiuti Ciues Reipub. commoda procurabant. Sed nihil magis fluxum (vt è tripode sanctioris Oraculi effatus est ille) quàm potentia viribus suis non nixa. Da mihi Ciuitatem benè morigeratam, Ciuesque æqualitatis patientes, & quietis amantes, & cuiuslibet mitissimi Sessoris, parentes habenis dabo. Sed fac potentia, opibusque quomodocumque quæsitis, Ciues aliquos in Republica Populari supra cęteros attolli: fac inter plures, si non de primo loco, de aliquo saltem ambitu certari: fac tenuiores potentiorũ iniurijs expositos, hos verò calumnijs perditorum obnoxios: fac turbas aliquas ex quauis causa in Ciuitate ortas, quæ mala nunquam in Repub. Populari non fuerunt; & illico tibi mitem Sessorem, nulla, præterquam ipsorum tumultuantium vi nixum, eiectum dabo: prout sæpius eiectos fuisse illos, de quibus agebam, Peregrinos Prætores nostri, aliarumque Italiæ Ciuitatum testantur passim Annales. Hinc duplex remedium; sed morbo ipso perniciosius: Aut Ciuium Potentissimo, aut Viro Principi, seù Magnati, vel Regi quantumuis extero (non secus ac Prætori) publica res certis legibus, & ad certum tempus mandabatur, qui suis etiam viribus periclitantem Ciuitatis statũ firmius stabiliret, promoueretque. Sed exitus semper vnus apud vtrosque fuit, vt spretis conditionibus, Tyrannidem illi in Patriam, Dominationem hi violata fide tentauerint: Nullusque fuit in Italia Populus paulò celebrior, qui inter cęteras calamitates, hanc etiam non tulerit, vt instituti sermonis oblitus videri possim, si hæc passim obuia latius prosequar. Id ad rem facit, diutius neutros in Dominatione perdurasse. Cœcus namque ille Populi fauor, seu impetus inconsultus, quo siue Tyrannus quispiam, siue Dominus assumebatur, fouendus erat ab iijs, qui ijsdem artibus tueri volebant Imperium, quibus parauerant, præsertim si externus hostis (pulsa scilicet è Ciuitate factio, vt ferè semper) vrgeret. Acres enim Populi spiritus, qui pacis artibus, & dulcedine otij ad seruitutem accipiendam emolliendi erant, nimia licentia, & non raro etiam promissis, ac præmijs erant nutriendi. Vnde anceps quidem

V Do-

Dominantibus, sed certa pernicies. Si discordiæ alerentur, pręter incertos rerum, & incertissimos bellorum casus, nullum ex tristi laboriosa, & periculorum plena Dominatione pretium. Sin componerentur, ipsamet compositio finem Dominationis secum ferebat. Perseuerantibus nimirum præferocibus Populi moribus, & ad causæ defectum, deficiente fauore, vel impetu, quo Dominũ maluerant; conspirantibus omnibus ad Libertatem, nulla vis obsistere, nulla mora obijci poterat. Et Ciuitas nostra, (vt de cęteris taceam) quæ frequentissimè Partium furore, in huiuscemodi incidit calamitates, licet non semel numeroso stipendiario milite, infessa, Arce duplici firmissimi operis quandoque pressa, potentia tum Mediolani Ducum, tum Regum Galliæ, tum vtriusque in confinio excubantium obruta: vbi primum positis discordijs Ciues conuenissent, nullo milite, nullis arcibus, nulla potentia obsistente, Libertatem semper eadem facilitate, qua in casum dederant, felicissimè recipiebant. Vt magna prudentia vsum fuisse Ludouicum eiusdem nominis vndecimum Galliæ Regem videri possit, qui proferendi Imperij haudquaquam incuriosus, Genuẽses domesticis calamitatibus de more pressos, hoc genere Dominationis se, suaque vltrò offerentes, constantissimè reiecerit. Hac igitur ratione, æuo illo, quodam quasi Iure precario, mutuo sociebantur Libertas, & Dominatio, inuicemq; se premebant, aut premebantur; nunquam tamen ità coaluerunt, quin res suas quælibet separatas haberet: vndè facilius inter eas dissidium.

Hinc constat haud temerè me loquutum, dicentem (à quo diuertit oratio) Roberto Neapoleos Rege, & Comite Prouinciæ, eodemque Genuæ Domino, Maris Imperium Comitatus eiusdem vnà cum salario vectigali ad Rempublicam nostram pertinuisse. Id quod vt euidentius appareat, prætermittendum non est; Primum ex exteris, quem Respublica Genuensis in Dominum adoptauerit, Henricum fuisse ex familia Lutcemburgensi, Romanorum Regem Francfordiæ sept. Kal. Decemb. anno Dominicæ Natiuitatis 1308. acclamatum, qui post triennium Romam petens ad Imperatoria insignia auctoritate Pontificia recipienda, Genuã Factionibus de more miserè vexatam, diuertit, quem, tamquam Cœlo demissum ad sananda Ciuitatis vulnera, susceptum Genuẽses, opinione virtutis, ac benignitatis hospitis allecti, quarum specimen non obscurum toto illo itinere præbuerat, in Dominum per annos viginti, more apud alias Gentes iàm vulgato, alacres assumpserunt. a Qui tanta rerum accessione ex insperato lætissimus, compositis vtcumque rebus, & Vguccione Faggiola Vica-

a Io: Vill. lib. 9. c. 23. Foliet. lib. 6.

Vicario Genuæ relicto, Romam properauit, cętera consultius in reditu per otium stabiliturus. Sed contra accidit. Illo enim in Hetruria ad Bonconuentum Senensis agri intrà biennium mortuo, exautoratoque, & recedente Vguccione, spes Genuensium vtcumque conceptæ cōciderunt non solum, sed resumptis partium studijs, sæuissima ex integro exarsit inter eos seditio.

Seditione sæuissima quomodo laboratum apud Genuenses. Cap. XLVI. Hinc enim Spinuli, Aurijque Cæsarianarum partium Ductores, quos voce barbara Gibellinos appellabant; Inde Fliscicum Grimaldis Pontificiarum, qui Guelphi dicebantur, totis viribus concurrentes, Rempublicam in medio positam miserandum in modū pessumdederunt, lacerauerunt que. Cæsariani primò superatis Pontificijs, vniuersam ipsi Reipublicæ administrationem assumpserunt; Sed non diù læta victoria fuit. Quandoquidem rarò fida societas; sed in Dominatione nunquam.

Aurij namque fastiditis Spinulis, eos Dominatione non modo, sed Ciuitate eiecerunt, ijsque iniuriam non ferentibus, itum ad arma: quæ magnis vtrinque cladibus, sed iniquiore Spinulorum fortuna exercita: qui propterea animis fracti ad preces versi, vt reuocarentur, astu Grimaldorum, Fliscorumque, contrariarum partium, miserationem obtendentium factum: qui pœnitentiam Exulum prætendentes, at indignum prædicantes, homines nobilissimos, & aliàs de Repub. optimè meritos, diutius extorres Patria esse, præsertim castigata iam, & malo domita eorumdem arrogantia, & temeritate. *Redirent igitur, & adiutore Deo communem Patriam communibus studijs augerent.* His ad tempus lenocinjis lenita, & captata multitudine, frustrà in contrarium adnitentibus Aurijs, confectus est Fliscorum, & Grimaldorum opibus, Spinulis in Patriam reditus. Quorum consilia Aurij subodorati, & sero reputantes, damnantesque, quanto in discrimine, praua imperandi libidine, res suas, suarumque partium adduxissent, Ciuitate cesserunt: quorum vestigijs ferè inhęrentes paucōrum dierum interuallo sequuti sunt ipsi etiam Spinuli. Cum enim Flisci, Grimaldique concocta diù nudassent consilia partium Pōtificiarum professi patrocinium: contrariarum partium omnibus Ciuitate eiectis, & exilio mulctatis, vniuersam Reipublicæ administrationem Pontificiarum partium fecerunt. *a*

a *anno à partu Virg.* 1317

Sed non ijs animis, viribusq; erant eiecti, vt pati possent extorres in exilio senescere. Sed contractis ex vniuersa Liguria, in qua magnas clientelas habebant, sectatoribus suis, occupataque Sauona, & præter Naulum vniuersa occidentaliori Ligustica Ora; armis in Patriam reditum moliebantur. Et non satis

filii domesticis viribus, icto fœdere cum Mafæo, & fratribus Vicecomitibus, qui Mediolani, & in quamplurimis alijs Lõgobardicis Ciuitatibus latè dominabantur, & cum Cane Scaligero Veronæ Domino, qui Principes in Italia Cæsarianarum partium erant, impetratoque Matthæo Maffæi filio exercitus Ductore, ingenti peditum, equitumque exercitu ad Patriam oppugnandam accesserunt. Nec Pontificij demittunt animos; sed & ipsi vltrà domesticas opes, ab Hetruscis, & à Roberto Neapolitano Rege, Pontificiarum in Italia partium facilè Principe, suppetias instantissimè flagitant. Nec causæ deuit Robertus; sed magna peditum, equitumque præmissa Genuam manu, subsequitur ipse, obsessamque iam, & ex parte captam Ciuitatem ingredi non dubitauit. Vbi summis studijs, & ingenti fauore receptus magnis editis bellicæ rei, & prudentiæ documentis, solutaq; obsidione, facile obtinet, & à volenti populo, vt Dominus in decennium vnà cum Ioanne Summo Pôtifice diceretur. Sed post Regis è Ciuitate Auenionem versus discessum, exasperatis potius, quam deiectis ex mutuis cladibus Ciuium animis, ciuile bellum recruduit. Corrogatis enim vndique auxilijs rursus ad Vrbem oppugnandam à Gibellinis magnis copijs ventum, & quattuordecim annorum decursu, quo inaudita pertinacia in incepto perstiterunt, nihil hostile vtrinque omissum; sed variante sæpius fortuna partium vastata omnia: Vt amœnissimus ille littorũ tractus, à Neruio ad Sextum duodecim milliaribus excurrens, qui Genuã ipsam medio amplectitur sinu, Villis, ac Ædificijs ad modum Municipij frequentissimus, incendijs, ac ruinis ad solitudinem ferè redactus fuerit: Vndè haud immerito opes Ciuitatis nostræ mirari quis possit, quæ tantis belli cladibus sufficere tandiu potuerunt. Cum tamen nec concordiam attulissent, ni metus externus ingruisset. Aragonij, fuere, qui fœdere cum Venetis cõtrà nos inito anno trigesimo primo supra millesimum tricentesimũ Liguriam infestis Classibus petierunt. [a] Et quod non Patriæ charitas, qua nulla ardentior, non Summi Pontificis auctoritas, qua nulla sanctior, obtinere a furentibus Ciuibus potuerunt, hostiũ æmulatio extorsit. Ad hostes igitur propulsandos, cohibendosque factis inducijs ad Robertum Regem (cui Genuam appulso in aliud sexennium prorogatum fuerat Imperium) controuersiæ omnes remissæ, & ab eo, tædio forte diuturni belli his legibus compositæ: *Exules omnes restituerentur in integrum, hominibusque ambarum partium, tam Pontificiarum, quam Cæsarianarum, Reipublicæ administratio ex æquo procederet sub Regio Gubernatore, in aliud quinquennium prorogata dominatione.* [b]

[a] Io: Villa. lib. 10. cap. 176. & cap. 190. Foliet. lib. 5.

[b] Io: Villa. d. cap. 190. Foliet. d. lib. 6.

Finis

Finis ciuilium discordiarum, finem, vt necesse erat, attulit Regiæ dominationi: non ferentes nimirum concordes animi turpe illud remedium, quo vt egerent, discordia fecerat. Sed non eadem facilitate, qua resumpta Libertas, recuperatum Imperiũ est. A Roberto namque, haud immeritò irritato, Albintemiliũ Ciuitas, & Comitatus eiusdem loca præcipua, nunquam haberi potuerunt, eà facile tutante Rege, quorum præsidijs tenebantur, propinquitate Prouinciæ, quod ad resarciendam erarij iacturam, tot bellorum impensis exhausti, sibi contribui à Genuensibus æquum iactabat Robertus. Hæc discordiarum inter Robertum, & Genuenses magna seges, quæ mortuo tandem illo *a* hereditariæ fuere in Ioanna, quæ Auo in Regnis successerat, scelerata Andreatij coniugis cæde satis cito *b* contaminata; Quibus Genuensium inimicitijs imputare meritò potuit, vt viribus omnibus maritimis destituta, à Ludouico Rege, Hungarico Regno vndique Mari exposito, facili negotio pelleretur. *c* Quod postmodum non sine Genuensium ope maritima *d* & recuperauit tandem, & tutata est, restituto sanè per Ioannam Albintemiliensi Comitatu, eodem Matthæo Villano teste *e* quem Matthæum ignorasse conditiones, quibus conuenerant Genuenses cum Neapolitanis Regibus, probat ipsius rei confectæ tractatus ab Andrea de Isernia, Regio Consiliario litteris consignatus, & nostris traditus, quem sola antiquitate venerandum ex sanctiori Archiuo depromptum ex consilio do *litt.* K. 2. vt appareat, quo in statu esset ætate illa Imperium rerum maritimarum in Narbonensi Prouincia, & quod nam Ius in Mari illo Genuenses haberent, præsertim circa Salis vectigal, de quo quærimus. Pro expedito enim in tractatu illo habetur, Salis albi commercium in maritimo illo Prouinciæ tractu, Genuensium auctoritate, ac iussu, antiquitus Prouincialibus vetitũ, ex cuius libera permissione maiora emolumẽta Comites facturi fuissent, quàm ex redditibus alijs omnibus vniuersi Comitatus perciperent. Vt posthac mirari desinat Laguna, qua ratione Maiores Nostri Maximiliano Cæsari approbauerint: Salis commercia, in Mari, leges à Genuensibus antiquitus accepisse intra limites illos Promontorij Argentarij Massiliam vsque. Et tandem intelligat adeò proprium fuisse antiquitus Maris Imperium Maiorum nostrorum, vt pro magno Viris Illustribus exteris, in præmium nauatæ operæ à nostris concederetur Maris vsus, vt ab anno 1156. ad annum 1179. tria publica probant documenta. quæ dantur. L. 2. Nec Matthæi Villani narratio prætermittenda est, quantumuis clausa acri illa, & non tota

[a] anno 1342.
[b] anno 1345. Io: Villa. lib. 12. c. 5.
[c] anno 1346. Io: Villa. vbi supra.
[d] Matthæus Villa. lib. 1. c. 18. & 19.
[e] lib. 1. c. 90.
K. 2.

ex vano insectatione, qua nostros carpit, qui cladi ad Sardiniam à Venetis, Aragonijsque acceptæ, & discordijs ciuilibus succumbentes, Principatum Reipub. ad Viccecomites vltrò detulerint. Aliundè enim petenda est huius cuiuscumque dedecoris defensio, seù verius excusatio. a Interim quod vrgemus, quod Laguna reijcit, ab Hetrusco homine, æquali illorum tempore Scriptore, haudquaquam nobis æquo, audiamus. b

a cap. 45.

b lib. 3. cap. 26

La Nobile Città di Genoua, e i suoi grandi, & potenti Cittadini Signori delle nostre Marine, di quelle di Romania, e del Mare Maggiore, huomini sopra gli altri destri, esperti, e di gran cuore, & ardire nelle battaglie del Mare. Et per molti tempi pieni di molte vittorie, & Signori al continuo di molto nauilio vsati sempre di recare alla loro Città innumerabili prede delle loro rapine, e ridotati da tutte le nationi, che habitauano le Ripe del Mare Tirreno, & de gli altri Mari, che rispondono in quello, & essendo liberi sopra gl'altri Popoli, & Communi d'Italia, per la sconfitta, &c.

Sed ne hæc ipsa antiquitas rerum, & documentorum, quæ rei, de qua agimus, venerationem addere debet, & splendorem, contemptum afferat, tamquam Iuris obsoleti, & antiquati: Vtque cognitionem, quam profitetur Maximilianus Cæsar in hac narrationis parte ex gestis circa eadem tempora reddamus splendidiorem. Do *litt.* M. 2. rem iudicatam anno 1475. à Galeatio Maria Vicecomite Mediolanensis Prouinciæ Duce, inter Rempub. nostram, cuius summus Moderator erat more recepto, de quo superius c & Mentonum Oppidum Oræ Liguſticæ, quod in ipsius ditionem concesserat: qua (sub commemoratione illa Imperij maritimi penes Genuenses, præsertim circa Salis commercium intrà eosdem fines Massiliæ, & Montis Argentarij) deciditur: non licere hominibus de Mentono Salem ad ipsa Littora delatum recipere, non impetrata à Genuensibus venia. Cui concinit decretum Pauli de Campofregosio Cardinalis, & Genuensium Ducis, conditum die 19. Augusti 1485. quo *litt.* N. 2. idemmet Ius sub eadem prorsus finium commemoratione nedum renouatur in vniuersum; sed etiam Lamberto de Grimaldis pro potestate iniungitur, rebellionis pœna indicta, vt omninò à vetito sibi commercio Salis abstineat. Quibus addo publica documenta contractuum numero quinque, *litt.* O. 2. ijsdem planè temporibus Maximilianæ cognitionis initorum, ab anno scilicet à partu Virginis 1498. ad 1520. occasione Salis auctoritate Reipub. nostræ aduehendi ad Hetruriæ Littora ad vsum Lucensium, Pisanorum, & Florentinorum. Quæ omnia claudo (vt finem tandem faciam) alijs pluribus docu-

M. 2.

c cap. 55.

N. 2.

O. 2.

documentis *litt.* P. 2. quibus manifestũ fit, sæpè ac sæpius per eadem tempora petitam à nobis veniam tum à Ciuibus nostris, tum ab Exteris Salis aduehendi ad aliena Littora, sed intra eosdem limites comprehensa. Vt omittam mulctas, ac pœnas ferè innumeras, quę passim nullo iudiciũ declinante à Triumuiris huic rei prępositis, deprehensis in huiusmodi crimine infligebantur: quas vt omnes cuiuscumque ordinis, ac generis euitarent, hoc moniti fuerunt edicto *litt.* R. 2. publicato illo quidem anno 1517. die secunda Maij, sed cum vetustiorum commemoratione eorumdemque renouatione. Ad illa redarguenda fortasse promulgato, quæ anno ab illo superiori Petrus Bembus acerbiori haud dubie stylo, quam res posceret, permitteretque, cum Repub. nostra expostulauerat Leonis S. Pontificis iussu. a De Naui Cypria, quam Sale Ebusitano onustã in ipso portu Pisano nostrarum triremium Pręfecti interceperant: summa agens contẽtione: ne Sale Fisco nostro adiudicato in Nauim ipsam flaminis traditam lege ageretur, ea nimirum eadem lege, qua vsos antiquitus Maiores Nostros etiam in Tyrrheno Mari tam frustra negat Laguna; qua è re, & sequutorum fide honorificentissima cum approbatione testatum facit hoc documento Maximilianus.

P. 2.

R. 2.

b Pet. Bemb. epist. lib. 12. ep. 27.

Demum (vt iam tandem cum quarto, & postremo membro vniuersam hanc narrationem Maximilianęi documẽti concludamus) absoluuntur nostrorum postulata ad Cæsarem Maximilianũ per hæc verba.

Vt ipsorum huiusmodi priuilegium, atque Jus vt supra præscriptum ne infrà dictos terminos Massiliæ videlicet, & Montis Argentarij, Sal per quamcumque aliam personam, Commune, Corpus, vel Vniuersitatem conducatur, iusque auctoritatem, vt si quisquam contrà ipsorum Ius, & priuilegium Sal conducere repertus fuerit; quod ipsi trangressores, nauesque eorum, & Sal, auctoritate propria capere, punire, eorumque bona confiscare, & in suos vsus conuertere possint, quemadmodum hactenus fecerunt, confirmare, approbare, ratificare, & de plenitudine Cæsareæ potestatis nostræ, denuò dare, & concedere dignaremur.

Qua in parte non est cur diutius immorer. Sufficiat admonuisse; Maiores nostros vim non fecisse in solo priuilegio, nec intra cancellos nudæ confirmationis postulata continuisse: sed vnà etiam super iure propria auctoritate quæsito vim fecisse eiusdemque Imperatoria approbatione, ad tollendas scilicet plures Lagunæ, & Lagunistarum tergiuersationes.

Decreta in Maximiliani diplomate exponuntur, & propugnantur. C. XXXVII.

Quid vero ad hæc æquissima Nostrorum postulata Maximilianus Cæsar? (vt posterius priuilegij caput, quo decreta continentur,

nentur, vt sum pollicitus prosequar) Nihil clarius, nihil constantius, firmiusque nihil ad dignitatem Reipublicę nostræ celebrius. Testatus initio (verba ipsa)

Fidelia obsequia, quæ Diuis Prædecessoribus nostris Romanorum Imperatoribus, & Regibus, Nobisque, ac Sacro Romano Imperio prompto animo semper exhibuerunt.

Vt non ex mera liberalitate, sed ex retributione munificum se declararet, & ostenderet. Id enim, quod hac ratione conceditur, eas assumit vires, vt non secus ac ea, quæ contractus vinculo ligantur, nulla alia ratione possit in posterum dissolui.

Excurs. 70. *Excurs.* 70. Professusq; se (ne temerè factum putares) *Sacri Romani Imperij Principum, & Procerum Consilio, & matura deliberatione,* (vt supremæ potestati prudentiam iunxisse eum appareret. *a* *Ex certa scientia, & ex plenitudine Cæsareæ potestatis nostræ:* quorum quasi ex formula verborum vim potentissimam tradunt Iuris Interpretes. Inter cætera vero id prætereundum non est, Nefas propterea esse, dubitare de veritate eorum, quæ Princeps asseruit *Excurs.* 71. Et quæ ex plenitudine potestatis a Principe conceduntur illius roboris, ac fortitudinis haberi; vt sanatis quibuscumque, quæ alias infirmare potuissent beneficia, de illorum viribus non sit integrum amplius dubitare, minusque ad iuris regulas dirigere *Excurs.* 73. Præterquamquod perinde habenda, ac suspicienda sunt, ac si non alienis precibus data, sed ipsomet impulsu Principis concessa fuissent *Excurs.* 74. Vt indè meritò remoueretur quodcunque obreptionis, vel subreptionis vitium.

a l. eum ex filio ff. de vulgar.

Excurs. 71. 72.

Excurs. 73.

Excurs. 74.

Excurs. 75. *Excurs.* 75. Hoc igitur verborum apparatu Cæsar Maximilianus æquissima nostrorum postulata complexus, hæc subdit.

Confirmamus, approbamus, ratificamus, & ex prædictis potestate, scientia de nouo damus, & concedimus.

Et quasi præscius eorum Imperator, quæ ex aliorum Iuribus desumpta, contra hanc suam erga Nostros benignitatem, à Laguna prætexuntur addit.

Non obstantibus aliquibus Juribus, priuilegijs, concessionibus, per Nos, aut Prædecessores nostros quibuslibet cuiusuis status, gradus, & conditionis sint, concessis, vel imposterum sub quacumque forma verborum concedendis, & alijs quibuscumque, etiam si talia forent, de quibus esset facienda specialis mentio, quæ omnia præsentibus minimè obstare volumus. Nulli ergo &c.

Per quę verba, nata ad manifestius explicandam certam fixãq; Principis voluntatem, & supremæ potestatis vsum *b* tolli obsistentia quæcumq;, præsertim ex alienis priuilegiis fortè desũpta, tradunt

b Bald. l. si testamentum, num. 1. & 2. C. de testam.

tradunt passim Iuris Interpretes *Excurs. 76.* maximumque robur eis addi, quæ siuè ex vltronea liberalitate, siue ex alieno promerito à Principe conceduntur. *Excurs. 77.* Excurs. 76. Excurs. 77.

Ego verò, vt quæ per partes ex Maximiliani priuilegio deprompsi, sub oculis ponam, integrum do. S. 2. prout dare possem (si ad rem faceret) eiusdem repetitionem, ab omnibus post Maximilianum subsequutis Cæsaribus vsque ad præsentem Ferdinandum Austriacum. S. 2.

Quid modo ad hæc, tanto consilio deliberata, tanto dictata verborum pondere, tanta auctoritate decreta, Laguna tandem obijcit? Quæ nimirùm narranti obiecisset ægrotantis cuiuspiam senis insomnia.

Recurrit primo *a* ad sæpius iactata de vi, & natura confirmationis. Et cum dissimulare non posset beneficium Maximiliani non intrà cancellos exagitatæ confirmationis consistere; sed rotundis verbis ad nouata ex integro concessionem extendi: affirmare audet *b* constare de illius mente nudæ, ac simplici confirmationi addicta; Et ne desideremus vndè hanc mentem verbis adeò certis, & vnius acceptionis aduersantem colligat, subdit *c* verba illa quæ retulimus non ad dispositionem ipsam, sed ad dispositionis executionem referenda. a num. 8. 9. 11. 12. 13. b num. 17. c num. 18.

Vt verò appareat quàm sit in tuto, & extrà iactū telorū omniū Lagunianorū positum, Maximiliani hoc beneficiū: Prætereundum non est; Quantumuis admitteremus Nos versari in pura, ac simplici confirmatione; cum tamen illa Reipub. Genuensium Iura in re Salaria ieiunè cōplexa non fuerit sed sub expressa illa cōmemoratione Imperij maritimi Genuensium circa rem Salariam præsertim, & quidem à Promontorio Argentario ad Massiliam, cum plenissima potestate puniendi quoscumque, qui vetita commercia intrà eosdem limites exercuissent; Ni Laguna derogare voluerit potestati Imperatoriæ (quam toties nobis obijcit) fateatur necesse est, confirmationem sub expressione eorum, quæ ab eiusdem confirmantis pendent arbitrio, & auctoritate, vim nouæ cōcessionis nancisci, & quamcumque rei confirmatæ vlteriorem exhibitionis respuere necessitatem. *Excurs. 78.* Quod ipsum expressius verbis illis, quibus de nouo conceditur de Iure venit. *d* Quibus quidem verbis mentem proferentis contrariam fuisse; quid aliud est, quàm Imperatorem mentitum affirmare? (Vide Nonium, auctoritate P. Nigidij mendacem ab eo, qui mentitur separantem.) Interim ego satis habeam absque vlla insectatione notauisse hominis animos; præcluso tamen aditu effugij illius Excurs. 78. d arg. auth. sed nouo Iure C. de seru. fugit. l. si quis quẽpiã ff. si quis cautil. adeò §. cũ quis ff. de acq. rer. dom.

X ad

ad vim verborum exequutiuorum sola, simplicique eorumdem repetitione, vt appareat, si hæc executionem tantum, quæ nam in toto illo documento dispositionem respiciant?

Et ex prædictis potestate, & scientia de nouo damus, & concedimus.

a numer. 10. Nec maioris ponderis est id, quod statim a comminiscitur, & subnectit de prætermissa citatione; quam clausula (quam vocant) illa, *Ex certa scientia, & de plenitudine potestatis*, nequaquam suppleri contendit; quasi illius virtute ea quidem suppleantur, quæ Iuris sunt, non autem ea, quæ rerum gestarum seriem respiciunt.

b num. 14. Hinc conficit b pro comperto habendum Imperatorem à Nostris per obreptionem, & subreptionem circumuentum fuisse, in additamentis præsertim, quæ in posteriori rescripto leguntur.

c num. 15. Quod quidem obreptionis, & subreptionis vitium exindè c pluribus exagitat, tum ex eo, quod beneficium hoc nunquam fuerit vsu receptum, tùm etiam quia tacuit Respublica Cæsari, quæ circa idem Maris Imperium ad Dominantes alios permissum aliàs fuisset. Neque enim (vt ipse arguit) hæc ea sunt, quæ sanari vllis verborum formulis valeant malo publico contrà Principum mentem, Tabellionum abusu intrusis quidem, sed radicitus auctoritate Baldi, & Loazij è Principum rescriptis emoliendis.

Quibus quid respondeam? aut quid non respondeam? Pacatissimè de more agam, & quam paucissimis, cum à copia potissimum cauendum sit mihi, Aio nihil Iuri, nihil veritati, nihil rationi consonum obiecta continere, pluribusque erratis scatere, quam verbis exprimi.

Primò, citatio ad acta Iudicialia expedienda saluberrimè introducta ab eis reijcitur, tanquam extranea, quæ fiunt extra Iudicium. *Excurs. 79.* Nec vnquam auditum, Principum beneficia, ea præsertim, quæ spontè conceduntur, ad sui validitatem citationem exigere. *Excurs. 80.* Cum Iuris indubitati sit, ea, quæ inuito, & quantumuis reluctante quopiam, fieri possunt, eo etiam non citato legitimè fieri. *Excurs. 81.*

Excurs. 79. Excurs. 80. Excurs. 81.

Secundò, verius in Iure est, verborum formula illa *Ex certa scientia, & plenitudine potestatis,* omnem excludi, & quamcumque citationis necessitatem; eiusdemque vi cuiuscumque obreptionis, & subreptionis suspicionem remoueri, dum præsertim de beneficijs agitur conferendis. *Excurs. 82.*

Excurs. 82.

Tertiò, Citatio ipsa dum exercetur, & quæstionis est, emanauerit illa necne; haud dubiè inter ea censenda venit, quæ facti dicuntur. Sed dum quærimus vbi, vel quando exigatur, nullus dubitat à Iure eam prouenire, & illo quidem naturali. d Ad rem nostram

d l. 1. cum toto tit. ff. de in Ius vocan.

nostram, igitur: dum ad illa solemnia verba cessare quamcunq; citationis necessitatem probauerimus, illud indulgemus, quod à iure dependet, &c., ipso approbante Laguna, in pectoris scrinio conseruatur à Principe, eiusdemque pendet arbitrio.

Quartò, præterquam quod quælibet obreptionis, &c. subreptionis suspicio (vt mox dicebamus) ex vltronea benignitate, Principis remouetur; erronea prorsùs in hoc argumento est ponderatio illa de additamento posterioris priuilegij ad illud prius, ex quo maior insurgat citationis necessitas. Quandoquidem, ne cũ commemoratione quidem prioris, hoc posterius emanauit, quo remoto, &c. circumscripto, quælibet corruit additamenti notio. *a*

a *arg. l. quoties §. constat. ff. de administra tutor. l. oleo quidem C. de vsur.*

Quinto, perperam omninò assumit ad vitium obreptionis insinuandum, hæc numquam vsu fuisse recepta. Vulgatissimi enim iuris est, Priuilegia alienis precibus data, vsu recepta fuisse intelligi, & porrò esse, nisi de contrario doceatur *Excurs.* 83. Quod agnoscit Laguna, &c. facturum se pollicetur, eadem fide, qua semper, quod inferius suo loco apparebit. *Excurs. 83.*

Sextò, Priuilegia illa, quibus vti, vel non vti est liberum in facultate impetrantis, ex non vsu, nulla ratione infirmantur, ne cum illis simul infirmetur ipsamet facultatis libertas *Excurs.* 84. Nec etiam quando ad promeritam gratiam referendam sunt data, cum vim contractus obtineant. *Excurs.* 85. *Excurs. 84.* *Excurs. 85.*

Septimò, vt crimini dare posset Laguna Rempub. non aperuisse Cæsari, Maris illud Imperium, quod sibi a maioribus per manus traditum asserebat, Dominantibus alijs fuisse concessum; probare saltem debuisset, extitisse illud ipsum, quod præteritũ culpat. *b* Ille verò ratus, facilè Ius nostrum obrui posse splendore Regiæ potestatis, quæ littoribus Galliæ, &c. Hetruriç intrà eosdem limites haud dubiè dominatur; pro comperto præterit ipse illud ipsum, quod in accusatione præteritionis ei erat ante omnia demonstrandum, &c. stabiliendum. Quo cessante, (cum nunquam auditum tanti nominis Reges talia ab Imperatoribus postulasse) ridicula etiam ex hoc capite apparet obiectio. Nam quæ de solis Marchionibus Finariensibus in proposito narrat *c* mox reijciam.

b *argu. vt qui omiss. caus. test.*

Octauo ex denique, quanti ponderis, &c. momenti sint successæ illæ, & quasi ex formula verborum conceptiones in Principum rescriptis solemnes, quæ clausulæ dicũtur, superius satis ex receptissima Interpretum sententia retuli, eorumdemq; vulgatissima acceptione probaui, eam esse huius priuilegij vim, quã

c *à nu. 21. cum seqq.*

eludere nulla tergiuersatione Laguna posset. Sed vt quouis modo se ab huiusmodi angustijs explicaret, ad illud conuolauit effugium, vt assumpto Baldi nostri, & Fedinandi Loazij in speciem patrocinio, has clausulas insectaretur, quæ si à rescriptis tollerentur; nullus vnquam in ijs interpretandis litium finis inueniri posset. Verum quidem est, quod laudati interpretes, & alij plerique (quos non est operæ pretium referre) mentem rescribentis, (quæ manifestior ex alijs eiusdem rescripti verbis appareat) præferunt illi quidem interpretationi quantumuis germanæ clausularum, quas ne pugnantia loquutum Principem tueantur, libero excussu proscindunt; & iniuria Tabellionum potius irrepsisse, quam consulto tunc dictatas contendunt. Doceat igitur Laguna aliundè, quam ex confirmationis vi, & potestate (vt frigidissimè tentauit) mentem fuisse Cæsaris indulgendi Maioribus nostris, vt priuilegia Salarij commercij eis rata eatenus essent, quatenus ab alijs ante ipsum Cæsaribus concessa fuissent, & extarent, & tunc cum clausulis quibuscumque vniuersum Maximiliani Priuilegium absque vlla recusatione, ei remittam. Sed cum mens huiuscemodi, non minùs aliàs erronea, quam inepta, nullibi appareat, vel legatur; Sed verius, prudentissimum Principem commemoratis, ac perpensis ingentibus erga Rempublicam Christianam Genuensium meritis, adhibito Procerum suorum consilio, in eorumdem meritorum retributionem, non modo confirmasse ea, quæ à retroactis Imperatoribus antiquitùs concessa, & deperdita causabantur; sed quæ longissimo, supra omnium memoriam, vsu, à nostris semper vsurpata, publicis testata documentis cognouerat, approbasse, & pro Imperatoria potestate ex integro concessisse, patet extranea omninò esse à quæstione nostra, quæ in contrarium prætexuntur. Si verò prædictis addantur hæ clausulæ, tantum abesse, vt tanquam menti repugnantes reijciendæ sint, vt etiam eam certam, & vndique sartam tectamque reddant, & hæc Laguniana tentamenta, non secus, ac pueriles palearum iaculationes irrideat.

a numer. 16. Demùm obijcit Laguna [a] Maximiliani beneficia quæcumque Marchionibus Finariensibus fraudi nec esse, nec intelligi debere, cum illis idem Salarium Ius, & Maris Imperium vsque à temporibus Othonianæ concessionis in Finariensi Marchia fuerit attributum. Vsque adeò cæca est obtrectandi libido, vt cum pro certo statuisset plurimorum etiam iuris Interpretum assumpto patrocinio [b] Iura huius generis super Mari nec constitui, vt potè naturæ aduersantia posse, nec constituta cuiquam attribui: statim

b num. 19.

illud

a illud ipsum ducit in argumentum, quod fieri posse negauerat, & plures adducit Imperatores, quos tribuisse Marchionibus Finariensibus perhibet eadem iura, quibus eos spoliatos indicta causa hoc nostrorum priuilegio nec dici posse, nec intelligi debere.

a à numer. 20. vsque ad 25.

Sed his obiter notatis ad Lagunianæ doctrinæ inconstantiam vndique aperiendam, plenissimè satisfactum esset obiecto huic ex eis, quæ fusius disputaui superius b de legitimo Maris Imperio ad Rempublicam nostram pertinente ante quamcumq; Cæris approbationem ad securitatem potius, ac splendorem à Maioribus nostris expetitam, quam ex necessitate impetratam, vt alibi, c demonstraui: Cum Imperium illud, quod in Mari, non secus, ac in terris, iure gentium concedendum esse probaui d numquam fuisse constet apud Imperatores Teutonicos: vt irriti laboris videri meritò possit diligentius inuestigare, cui nam firmius id tribuisse dicantur, quod omnibus constat apud eos nunquam fuisse. e

b cap. 40.

c cap. 28.

d cap. 39.

e l. traditio ff. de acq. rer. dom. l. nemo plus Iuris ff. de reg. iur.

★★★
✠✠
✠



SECTIO

SECTIO SEXTA.

DVPLICI IVRE FOEDERVM, & Feudorum obnoxium esse Finarium Reip. Genuens. reiecto Caroli IV. diplomate quo Carrettenses innitebantur.

De iure fœderum in vniuersum. C. XLVIII.



SED ad Lagunæ latentes conatus, quos superius [a] aperui, & vt propositũ meum, de quo cap. 17. firmius teneam; hic locus admonet, vt de iure, quod Respub. nostra ab antiquissimo tẽpore habet in Marchia Finariẽsi, in vniuersùm, & plenius disseramus.

[a] cap. 29.

Non pauca sæpius, sed sparsim, & prout argumenti ratio, ac necessitas exigebat, de iure, ac potestate Reipub. Nostræ in Marchia Finariensi, disserui: circa quam potestatem licet cardo controuersiæ non vertatur; cum ea præterita, ac circumscripta, adhuc Salaria iura, de quibus agimus, quæ à Maris pendent Imperio, in tuto sint: inficiari tamen nemo poterit, quin, si contrà quam à Laguna contenditur, plurimis, iisdemque firmissimis nexibus Reipub. nostræ antiquitus obnoxiam Marchiam illam probauerimus; futurum sit, vt omnis amaritudo etiam ex hoc capite in re Salaria cesset: cum aliunde argumentorum leges maior ac multiplicior ad ius nostrum impugnandum non desumatur, quam ex clientelari iure, quo Romano Imperio obnoxiam eamdem Marchiam Aduersarij conantur astruere. Colligam igitur in hunc locum omnia, & plenius prosequar, fusiusque quæ vt contestatiora manifestentur, altius ex iure Gentium depromam, quæ circa fœderum nexus vsurpauit Antiquitas, à quibus fœderibus, Ius, de quo quærimus, potissimum pendet. Reijcio ab hoc de fœderibus sermone Varemũdum de Eremberg Germanum hominem, qui libros duos, Meditamenta pro fœderibus inscriptos satis magnos edidit Offembachi, anno Christi 1610. non tantùm ob impietatem, cum non semel, nec vno in loco malè sentire de Religione videatur, quam, & multo maxime ob doctrinæ inconstantiã cum id solum prȩstitisse sedulo appareat vt quam multa diceret, fœderumque quoquomodo, & quandocumque initorum, magnam copiam sine delectu, sine calce, in sua scripta congereret.

[b] in annot. ad pandect. ad l. nõ dubito ff. de capt. & postl. reuer.

Budȩus certè vir eruditissimus [b] quem probat Menochius noster

ster *a* fœderatos Romanorum eos olim fuisse tradit, cum quibus P. R. amicitiam coierat, eosdemq; socios appellatos testatur. *a de arbitr. Iudic. lib. primo quæst. vlt. n. 2. & consil. 102. in prin.*

Sed rudi Minerua de amicis, socijsque Romanorum loquutum Budæum, vel ex eo fit manifestum, quod plures amici erant Romanorum, & dicebantur, quasi ex formula; qui tamen nullo fœdere eis astringebantur, vt ad postulata Vermiæ, Siphacis filij responsa Senatus declarant, his Liuij verbis *b*

b lib. 31.

Vermia quoque Syphacis filij legati per eos dies Senatum adierunt, excusantes errorem, adolescentiamque; & culpam omnem in fraudem Carthaginiensium auertentes. Et Masinissam Romanis ex hoste amicum factum: Vermiam quoque annisurum, ne officijs in Populum Romanum, aut a Masinissa: aut ab vllo alio vincatur. Petere se, vt Rex, sociusque, & amicus a Senatu appellaretur. Responsum Legatis est Patrem eius Syphacem sine causa ex socio, & amico hostem repentè P. R. factum, & eum ipsum rudimentum adolescentiæ, bello lacessentem Romanos, posuisse. Itaque pacem prius illi petendam a P. R. esse, quam vt Rex sociusque, & amicus appelletur; hactenus Liuius.

Eiusdemque Iuris societatem, amicitiamque, fuisse cum cæteris illius æui Regibus, cum quibus nunquam bellatum fuit, Attalo, Eumene, Prusia, Ptolemæo, alijsque, qui nullis fœderis legibus erant astricti Romanis, longum esset fusius prosequi. Sed rem apertissimam facit Rhodiorum ventosa illa & arrogantiæ plena Legatio ad Romanos: de finiendo contrà Perseum Macedonico bello, qua vanissimus Legationis Princeps inter cætera in Senatu Romano hæc protulit. *c Cum pax inter Macedones, Romanosque esset sibi amicitiam cum Rege Perseo cæptam, eam se inuitos, nullo eius in se merito, quoniam Romanis ità visum sit in societatem se belli trahere, interrupisse.* *c Liu. lib. 28.*

Quæ verba ne à vaniloquentia potius Oratoris quàm à præmeditato Rhodiorum consilio profecta, vel historicis concesso Iure, ex verosimili conficta quis putet; Victo ac triumphato Perseo, sibi timentes Rhodij, ne temerariæ Legationis pœnas luerent, dum bellum à Romano frequentissimis Legationibus quam demississimè deprecantur, eorumdem consilium aperit idem Auctor his verbis. *d*

d lib. 44.

Nam ità per tot annos in amicitia fuerant, vt sociali fœdere se cum Romanis non illigarent, ob nullam aliam causam, quam ne spem Regibus abscinderent auxilij sui, si cui opus esset, neù sibi ipsis fructus ex benignitate, & fortuna eorum percipiendi. Tunc vtique petenda societas videbatur, non quæ tutiores eos ab alijs faceret: nec enim timebant quemquam, præter Romanos, sed quæ ipsis Romanis minùs suspectos.

Illi

Illi igitur, qui amici tantũmodo erant, & dicebantur, nullo fœdere obstringebantur inuicem, solaque verecundia in fide, & amicitia perdurabant, mutuis sese officijs vicissim demerentes. Et hinc officiosissima illa Massiuiæ expostulatio in Senatu Romano, dum victoriam de Perseo, & Macedonibus, filius Patris missæ verbis gratulatur: a

a Liu. lib. 45.

Sed duas res ei rubori fuisse: vna quod rogasset Senatus, quæ ad bellum opus essent, & non imperasset; altera quod pecuniam pro frumento ei misisset. Hæc igitur, & alia huiuscemodi, quæ ab amicis Regibus præstabantur, non ex fœdere aliquo debita, imperabant Romani, sed pro iure amicitiæ postulabant, obtinebantque. Alij igitur amici, alij socij Romanorum erant & dicebantur.

Nec Budæo castigatius, hac eadem de re, loquutus est Carolus Sigonius de omni antiquitate optimè meritus, qui in opusculo illo suo de antiquo Iure Italiæ b putat tria amicitiæ, ac societatis, qua se Populus Romanus cum Italis, ceterisque Populis obstrinxerit, iura fuisse: Sponsionem scilicet, Pactionem, & Fœdus. Licet enim optimè probet Caudinam, ac Numantinam paces, Sponsione initas fuisse, non Fœdere; & propterea (cum soli Populo, vel Senatui Ius esset fœdera iciendi) paces illas irritas, & traditione sponsorum hostibus facta, liberatam illis nexibus Rempublicam Romanam fuisse: non indè tamen benè infertur ad multiplicia fœderum Iura; cum pactiones, quæ sponsione contrahuntur, (quæcumque tandem illæ fuerint) ab eis non differant, quæ fœdere percutiuntur, nisi stabilitate, ac firmamento. Hinc illa Legatorum Carthaginiensium aduersus Romanos exprobratio apud eundem Liuium:

b lib. 1. cap. 1. vers. iã vero.

Vos quod C. Lutatius Consul primum nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, neque Populi iussu ictum erat, negastis vos eo teneri, itaque aliud de integro fœdus publico consilio ictum est. Non igitur Fœderum diuersa genera erant Fœdus, & Sponsio, sed hæc posterior, imperfectus quidam modus Fœdera quæcumque contrahendi; qui modus auctoritate Senatus, (vt sæpius) vel iussu Populi, robur, ac stabilimentum assumebat; sed eis refragantibus, deditione Sponsorum fides publica exsoluebatur.

Plures viri docti c inter Fœderatos Romanorũ Dedititios ponunt quorum deterrimam fuisse conditionem contendunt: cum quibus si ego de re conuenero, nequaquam sollicitus ero de quæstione nominis. Consentio itaque Dedititiorum pessimam fuisse conditionem; id autem non ex aliquo peculiari fœdere, quod Dedititiorum esset, ac diceretur: sed quia, facta deditione, ab alieno

c Sigon. de Iur. Ital. cap. 1. vers. iniquissima autem. Bellin. de re milit. part. 2. tit. 13. num. 2. Alcia. parerg. iur. lib. 1. c. 14. Menoch. de arb. lib. 1. quæst. vlt. num. 7. cum seqq. & cons. 1042. nu. 1. DD. in l. non dubito ff. de capt. & postlim.

alieno prorsus deditítij pendebant arbitrio, easque leges pati quantumuis duras cogebantur, quæ sibi impositæ fuissent: Vt vnicuique intelligere facilè sit vndè processerit ille Romanorum mos, de quo testatur Liuius *a* his verbis. *a* lib. 24.

Mos vetustissimus erat Romanis, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus iungeretur amicitia, non prius Imperium in eum, tanquam pacatum vti, quam omnia humana, diuinaque dedidisset.

Quem morem non retinuisse Acilium Consulem apud Ætolos facile pœnituit, quorum Legatos decretum deditionis proferentes, satis habuit admonuisse, etiam atque etiam viderent, vt ità permitterent. Iisque, (verbis perseuerantibus; sed postmodum imperata facere recusantibus) catenas iniici iussit. *b* Cuius quidem deditionis vim, ac conditionem introspicientes iidem Ætoli, licet quamplurimis belli cladibus fracta ferocia, victoriisque de Perseo, & de Anthioco destituti, cùm, pluribus adhibitis intercessoribus, pacem sæpiùs à Romanis flagitassent, meritorum suorum conscij, deditionem, quæ sola conditio eis offerebatur, facere recusabant, veriti ne in ipsorum corpora sæuiretur. *c* Pessima itaque Iure merito Deditiorum reputatur conditio, quorum fortunæ omnes, ac vita ipsa, nedum Libertas, à superbo victoris pendebant arbitrio. Quo abusum Polliã Tribum atrocissima illa sententia in Iudicio Populi de Tusculanis testatur Liuius *d* his verbis. *b* Liu. lib. 26. *c* Liu. lib. 37. *d* lib. 8.

Polliæ sententia fuit puberes verberatos necari, coniuges, liberosque sub corona lege belli venire: memoriamque eius ire Tusculanis in pœna eàm atrocis auctores mansisse ad patrum ætatem constat. Nec quempiam fermè ex Pollia Tribu candidatum Papyriam ferre, solitum. Non per hoc tamen certa dabatur deditijs fœderis formula: sed pro merito vniuscuiusque leges imponebantur vsque adeò inter se diuersæ. Vt de Arruneis, qui se dediderant traditum sit: *e Arrunci Principes passim securi percussi, sub corona venierint coloni cæteri, Oppidum dirutum, ager venierit.* *e* lib. 2.

Contra Faliscos verò non vltra sæuitum, quam vt stipendium militum illius anni imponeretur. *f* Priuernatibus verò in pari deditione disparem adeò exitum constantia Legati peperit, vt nedum leges æquissimas, sed ipsam Romanam Ciuitatem acceperint. Interrogatus ab infesto Senatore Legatus, quam pœnam meritos Priuernates censeret, ausus est infesto coram Senatu respondere: *Eam, quam merentur, qui se libertate dignos censent.* *f* Liu. lib. 5.

Rursus Consule, (in mitiorem partem) proniore sciscitante: *Quid si pœnam remittimus vobis, qualem vos pacem nobiscum habituros speremus? Si bonam dederitis*, inquit, *fidam; & perpetuam: si*

malam haud diuturnam. Quibus generosis, & libertatem vndique spirantibus verbis, non solum in Senatu causam, ne sui plectêrentur, obtinuit, sed etiam vt meritò digni libertate viderẽtur. Latumque propterea auctoritate Senatus ad Populum, & Populus sciuit, vt Priuernatibus Ciuitas Romana daretur. a

a Liu. lib. 8.

Sed in vno, eodemque Campanorum Populo in pari deditione omninò disparem consideremus fortunam. Dediderunt se Campani Romanis lacessiti Samnitium armis b sed tantum abfuit, vt in Dedititios quidquam durius consuleretur, vt etiam post Cannensem cladem Varo Consuleis inter alia beneficia exprobare potuerit.

b Liu. lib.

Adijcite quod fœdus æquum dedimus, quod leges nostras. c Sed rursus cum desciuissent ad Annibalem, obsidione ad reiterandã deditionem coacti:

c Liu. lib. 23.

Ad octoginta Principes Senatus interfecti, tercenti fermè Nobiles Campani in carcerem conditi, alij per sociorum Latini nominis Vrbes in custodias dati, varijs casibus interierunt, multitudo alia Campanorum Ciuium venundata. De vrbe, agroque reliqua consultatio fuit, quibusdam delendam censentibus praualidam, propinquam, inimicam. Cæterum præsens vtilitas vicit: nam propter agrum, quem omni fertilitate terræ satis constabat primarium in Italia esse, Vrbs seruata est, vt esset aliqua aratorum sedes. Vrbi frequentandæ multitudo incolarum, libertinorumque, & institorum, opificumque retenta, ager omnis, & tecta publica Populi Romani facta. d

d Liu. lib. 26.

Desinat igitur quisquis conditione fœderis Dedititios à reliquis Fœderatis seiuncta comminisci, quorum deplorandi plerumque exitus, non præcipuis dedititiorum fœderibus, sed vel eorumdem meritis, vel Imperantium ingenijs esse imputanda; leges æquissimæ, impositæ quandoque deditis, exitu feliciori demonstrant. A quibus Dedititijs antequam recedam, addere placet formulam, qua deditio celebrabatur, de qua Liuius e de Collatinis agit his verbis.

e lib. primo.

Rex interrogauit: Estis ne Legati, Oratoresue missi à Populo Collatino, vt vos, Populumque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne Populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne vos Populum Collatinum, Vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, ventisilia, diuina, humanaque omnia in meam, Populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio.

Ex quibus illud præcipuum elicio in iustis deditionibus veteres exegisse, dedentes se, sui iuris esse debuisse: quod rationi consonum, & priuatorum iuri conforme, quanti sit ponderis in

re,

re, de qua agimus, inferius ad rem nostram patebit.

His præteritis, reque attentius considerata, certum habeo, Imperium Romanum numerosissimo, studijsque militaribus instituto Populo, Colonijs plurimis, ac municipijs, (suis nimirum viribus) nixum, firmatumque, Amicis, Fœderatis, & Prouincialibus auctum, ornatumque fuisse.

De Amicis paulò superius contrà Budæum satis disserui. Prouincialium iura, qui superba Prætorum Tribunalia, sæuasque secures, securibusque sæuiora, & grauiora pati tributa cogebátur, meum non quærit argumentum. De Fœderibus, vt institueram, reliquus est sermo. Quorum alia alijs legibus fieri totidem planè verbis docet Liuius a de Albano Fœdere loquutus. Quas leges fusius prosequi, & ex illarum discrimine, Fœderum diuersa genera stabilire: vt parum ex arte; cum plus minusue genera inter se ineptè discerniat, ita penè infinitum esset cuncta referre, vt de plerisque, nomine potius, quam re diuersis conatus est Sigonius b cum tot planè fuerint, quot gentes, vel bello domitę, vel pace conciliatæ in Romanum coaluerunt Imperium. Sanè Menippus Antiochi Asiæ Regis Legatus, vt æquiorem impetraret à Romanis pacem, de fœderibus, Liuij verbis c ità in vniuersum disseruit.

[a] lib. primo.

[b] de antiq. Iur. Ital. lib. 1. per totum.

[c] libr. 34.

Esse tria genera fœderum, quibus inter se paciscuntur amicitias Ciuitates, Regesque. Vnum, cum bello victis dicerentur Leges: vbi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent, quæ ex ijs habere victos, quibus mulctari eos velit, ipsius ius, atque arbitrium esse. Alterum, cum pares bello æquo fœdere in pacem, & amicitiam venirent: tunc enim repeti, reddique per conuentionem res, & si quarum turbata bello possessio sit, eas aut ex formula iuris antiqui, aut ex partis vtriusque commodo componi. Tertium esse genus: cum qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coeant: eos neque dare, neque recipere leges: id enim victoris, & victi esse.

Hinc in eam Viri docti iuerunt sententiam, d vt auctoritate, apud omnes maxima, Liuij triplex constituerint Fœderum genus. Sed si veritatem amamus per relata verba rerum potius status varij, & conditiones referuntur, quorum impulsu Ciuitates, Regesque fœdus, & amicitiam optent, quam fœderum ipsorum discreta genera aperiant; quibus inter se alijs, atque alijs legibus coeuntes iugantur inuicem, de quibus quærimus.

[d] Sig. de antiq. Iur. Ital. lib. 1. cap. 1. ver. fœdere cuiusmodi. Menoc. de arbitr. lib. 1. quæst. vlt. nu. 23. quod probat conf. 1042. n. 13.

Nec auctoritas Liuij, mihi offendiculo esse debet, non enim de suo illa statuit sapientissimus vir, sed tamquam prolata à Regio Legato refert, seù fingit (quod in concionibus ex verisimili,

& aliena persona permissum est Historicis, non secus ac Poetis) vt scilicet placabiliores redderet Romanos, & ingruentia illorũ fatalia arma ab Asiæ Regnis auerteret. Nec magis verum putat Liuius, genus esse Fœderis: illum rerum statum; dum ij, qui nunquam hostes fuerunt, simul coeunt, quam admittat id (quod eadem fronte ibidem iactat Menippus) Antiochum Regem nunquam hostem fuisse; Cuius hostiles conatus, durante etiam tum Macedonico Persei bello, & ante retulerat, & ipsimet Regi, Legatorum Romanorum persona, obiecerat ad Thraciæ Chersonessum.

Propiùs ad rem loqui videri meritò potest Proculus Iureconsultus, a in hæc verba.

a l. nõ dubium 7. ff. de capt. & post lim. reuer.

Liber autẽ Populus est is, qui nullius alterius Populi potestati subiectus est: siuè is fœderatus est, siuè non fœderatus est. Item siuè æquo fœdere in amicitiam obuenit, siuè fœdere comprehensum est, vt is Populus alterius Populi Maiestatem comiter conseruet. Licet enim argumentum Iuris Consulti Iura Libertatis, & postliminiorum tantummodo respiciat, aptè tamen de fœderatis eum disseruisse negandum non est; duplexque genus Fœderis insinuasse, ęquum quidem vtrumque, eo solo in posteriori additamento, vt alter alterius Maiestatem colere deberet. Quod in Ætolico Fœdere sancitum legimus apud Liuium b illis verbis.

b lib. 38.

Imperium Maiestatemq; Populi Romani Gens Ætolorum conseruato sine dolo malo. Adhuc tamen non plenè satisfieri quæstioni nostræ per hoc Proculi responsum ex eo patet, quod nulla in eo de inæquali Fœdere mentio: Nisi dicere vellemus inæqualitatem fœderis in solo cultu Maiestatis versari, quod sexcentis relatis fœderibus ex penu Liuiana, redargui facilè posset.

Pręterquam quod intima rimanti morum Romanæ Reipub. nec satisfacit Proculus per ea, quæ tradit de ipso æquo fœdere: vel quia argumentum suum postliminiorum exactiorem doctrinam de Fœderibus non exigebat; seù verius quia Proculi temporibus obsoleuerant iamdiù artes, & [illegible], arcana illius Reipub., quæ ipsa sub Domino iamdiù erat.

Dicerem ego Fœdera, alia æqua, siuè æqualia; alia verò inæqualia fuisse. Hæc autem posteriora seù cum victis, seù cum territis, seù cum deditis, seù quauis alia ratione conciliatis cum populis, iciebantur; Et grauiora, vel leuiora dicebantur pro modo conditionum, quæ prægrauato populo imponebantur, accipiebanturque. Quo fœdere illigati, cętera liberi, & suis viuentes legibus, obnoxij adeò imperanti populo reddebantur; vt vel tantillum

tillum

tillum à conscriptis legibus deflectentes, tanquam impij Fœderũ fractores, Iurisiurandi, ac Religionis contemptores, maledictis proscindebantur, & bello petebantur, plectebanturque. Hæc bellorum uberrima seges, quibus per quingentos annos Romani Italiam uicerunt, eadem sæpiùs reddentes, aggrauantes, & quandoque etiam, ex occasione, lenientes fœdera. Quas artes pulso Italia Annibale, Carthaginiensibus deuictis, transtulerunt tandem in Græciam, Asiamq; undè robustissimum illud creuit Imperium, cuius interitum imminere ex contrarijs Vitellij Principis artibus ominabatur Vates ille, [a] his uocibus.

Festinare comitia, quibus Consules in multos annos destinabat fœdera socijs Latium externis dilargiri, his tributa dimittere, alios immunitatibus iuuare: denique nulla impoſterum cura lacerare Imperium. [a] Corn. Tacit. Hist. lib. 3.

Æquum uerò, seù æquale Fœdus, professione unum, re uerò triplex fuisse reperio apud Romanos. Vnum quidem, quia æquis omninò legibus iciebatur, scribebaturque. Vt amici inuicem, socijque essent, eosdem amicos, & inimicos haberent, opeque mutua pro uiribus se iuuarent; & si quid aliud æquè inter utrumque pacisci placebat: illibata non modo utrique permanente libertate, sed nemini ex fœderatis super socijs permisso Imperio, uel usurpato. Sic Romani cum Carthaginiensibus primò conuenerunt M. Valerio Coruino, & M. Popilio Lęnate Consulibus, tradente Liuio [b]

Et cum Carthaginiensibus Legatis Romæ fœdus ictum, cum amicitiam, ac societatem petentes venissent. Nec aliter, ante belli causas, cum Samnitibus primò conuentum, eodem Liuio auctore. [c] [b] lib. 7. [c] ibidem

Licet autem æqui fœderis æquæ semper leges scriberentur, non tamen semper socij ex æquo erant. Tunc sane Ius in æquo erat, respondebatque res verbis, cum alter alterius Maiestatem, nullo vsurpato Imperio, ex æquo venerabatur, & amicitiam colebat, vt ante Campanorum deditionem, inter Romanos, Samnitesque, de quo mox loquebar, seruabatur, illudque Responsum raro aliàs modestius, æquiusq; à Senatu Romano elicuit ad postulata Campanorum, quod refert Liuius [d]

Auxilio vos Campani dignos censet Senatus: sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia, ac societas violetur. Samnites nobiscum fœdere iuncti sunt. Itaque arma Deos prius, quam homines violatura aduersus Samnites vobis negamus. Legatos sicut Ius, fasque est, ad socios, atque amicos precatum mittemus, ne qua vobis vis fiat. [d] lib. 7.

Qua tamen modestia non semper, nec cum omnibus æquo fœdere socijs Romani vsi sunt, sed sępius apud eos pro Imperio egerunt.

runt. Vel quia expressè cautum in fœderibus esset, Maiestatem Imperij Romani socijs colendam esse, vt de Latinis celeberrima illa Tergeminorum victoria obtētum fuit. *a* Vel quia à Romanis ceterorum validissimis, fiducia virium super socijs vsurparetur. Et hinc in æqui fœderis vnitate triplicem eiusdem conditionem colligebam superius. Hoc enim erat maximum arcanum Imperij Romani apud socios æquo quantumuis fœdere iunctos, vt sensim, ac tacitè prætextu æqui Iuris, Imperium re ipsa in eos exequerentur. Prætereo Seruij Regis Religionis obtentu solertissimum factum: *Sepè iterando eadem, perpulit tandem, vt Romæ Fanum Dianæ, Populi Latini, cum Populo Romano facerent. Ea erat confessio caput rerum Romam esse, de quo toties armis certatum fuerat.* *b* Taceo Tarquinij Superbi indicentis, deferentisque Latinorum concilia non aliò tendentes astus. *c* Vnum, vel alterum locum afferam, quo Liuius hoc arcanum euulgat. Prætor quidem Acheorum Lycortas apud Legatos Romanos purgatis Lacedæmoniorū obiectis hęc subdit: *d* *Scio ego Appi Claudi hanc orationem, qua sum adhuc vsus neque sociorū apud socios, neque liberæ Gentis esse: sed seruorum verius disceptantium apud Dominos. Nam si non uana illa uox preconis fuit, qua liberos omnium primos Achaeos iussistis: si fœdus ratum est, si societas, & amicitia ex æquo obseruatur, cur ego quid Capua capta feceritis Romani non quaro? uos rationem reposcitis quid Achai Lacedæmonijs bello uictis fecerimus? Interfecti aliqui sunt, finge, à nobis. Quid? Vos Senatores Campanos securi non percussistis? muros diruimus. Vos non muros tantum, sed Vrbem, & agros ademistis. Specie, inquis, æquum est fœdus apud Achaeos, re precaria libertas: apud Romanos etiam Imperium est. Sentio Appi: & si non oportet, non indignor.* Hæc ille. Esse in æquissimo per omnia fœdere Ius Imperii apud Romanos nullis socialibus legibus sancitum, sed vsu à validiori Populo extortum. Quod ipsum non ità de facili Romanis concedebatur ab omnibus; sed sæpè à finitimis Imperium declinantibus contrariis artibus petebantur. Instar omnium sit Annii Latinorum Prætoris apud suos adhortatio, quæ celebre illud peperit postulatum, vt alter Consul, & pars Senatus, ex Latio esset, si æquari in bello vires Romani vellent.

a Liu. lib. 1.

b Liu. lib. 1.

c Liu. vbi sup.

d Liu. lib. 39.

Tentastis, inquit, patientiam negando militem: quis dubitat exarsisse eos, cum plus ducentorum annorum morem soluerimus? pertulerunt tamē hunc dolorem. Bellum nostro nomine cum Pelignis gessimus, qui ne nostrorum quidem finium per nos tuendorum Ius antea dabant, nihil intercesserunt. Sidicinos in fidem receptos, Campanos abse ad nos descisse, exercitus nos parare aduersus Samnites, fæderatos suos audierunt, nec mouerunt se ab Vrbe. Vnde hæc illis tanta modestia, nisi à conscientia virium, & nostra-

nostrarum, & suarum? Idoneos auctores habeo, quaerentibus de nobis Samnitibus, ita responsum ab Senatu Romano esse, vt facilè appareret, ne ipsos quidem iam postulare, vt Latium sub Romano Imperio sit. Vsurpate modo postulando eo, quod illi vobis taciti concedunt. a

a *Liu. lib. 8.*

His igitur tentationibus exuebat, induebatque Antiquitas socij validioris Imperium, & in fœderum legibus per omnia æqualibus. Vel re, & verbis seruabatur inter eos omnimoda æqualitas, vel eadem retenta æqualitate, sub specioso velaméto verborum colendæ Maiestatis in validiorem ex sociis, consentiebatur Imperium. Vel etiam non requisito, nec expectato velamento illo, tacita quadam vi maiori iuncta potentiæ, idem Imperium sensim potentiores vsu quodammodo super tenuioribus capiebant. Hisque tribus longè diuersis cõditionibus ęquũ fœdus de iure Gentium exercebatur apud Antiquos.

Quo Fœderum nexu Finarium teneatur Reip. C. xxxxix.

His in vniuersum de viribus Fœderum constitutis, certius apparet quibusnam nexibus Imperium Genuensium super Ligures reliquos fuerit antiquitus colligatum. Qua de re summatim superius *b* differui, oppignorata fide *c* me de Finariensibus, quos circa meus potissimum versatur labor, particulatim in tempore relaturum. Quam vt exsoluam fidem, resumpto, à quo diuerti, sermone, vt quibus tandem Fœderibus illigati nobiscum fuerint Finarienses appareat, considerandum propono publicũ documentum, quod supra dedi *litt.* S. conditum anno Christi 1140. inter quinque Bonifacii filios Sauonæ Marchiones, & Rẽpub. nostram: Quo liquidò constat, Fędus inter eos contra Albintemelii Comites ictum fuisse, æquis sanè legibus, vt nullũ propterea Ius super eos, eorumdemque ditionem ex Fędere illo quæsitum contendi meritò possit. Sed non multò post, octauò, scilicet ab illo anno, Henricus ex eisdem fratribus præcipuus, sacramentum dicit Consulibus nostris, se ad eorum nutum non modo incolam Ciuitatis Genuæ futurum per tres menses ad minus singulis annis; sed promittit, decem equitibus comitatum (equites namque militum appellatione illo æuo veniebant) se in exercitu nostro inter certos fines militantem præsto futurum, vt ipsum loquitur publicum documentum, quod do *litt.* T. 2. cui T. 2.
iungo aliud *litt.* V. 2. initi post septennium Fęderis cum eisdem V. 2.
fratribus Sauonæ Marchionibus: (quos ad tres redactos fuisse, Manfredum scilicet, Henricum, & Othonem, series ipsa conuentionum euincit) Cuius quidem Fęderis legibus (prætermissa Nauli arce, cuius occasione potissimum transactum fuit, & prætermissis reliquis, quæ res illorum temporum postulabant, & vna cum

b *cap. 26. 27. & 28.*

c *d. cap. 27.*

cum tempore exoluerunt) iurant Marchiones, *se, vel ex ipsis aliquem, incolam futurum Vrbis per trimestre belli tempore; pacis verò per mensem ad minus singulis annis, extenduntque turmam equitum, quibus comitati militare promittunt in exercitibus nostris, ad vigintiquinque nullo recepto stipendio, sed præbito tantummodo commeatu, ea insuper suscepta lege, ne ipsis liceret à summis Appennini iugis vsque ad mare, à Promontorio Malæ ad Albisolam Oppidum* (quibus terminis circũscribitur Marchia illa) *arcem construere aliquam. In cuius quidem Marchiæ possessione, nihil penitus adempto, vel diminuto: tueri Marchiones Reipublicæ nomine Consules promiserunt.*

Vt omnes intelligant, his legibus non solum Marchiones ipsos, sed vniuersam eorum ditionem in fidem, & clientelam Reipublicæ deueniſſe. Quod ipsum manifestius depræhenditur ex alijs fœderibus, alio documento comprehensis, quod supra dedi *litt.* T. condito dicto anno 1182. quibus Otho, & Henricus, filij Henrici, de quo mox loquebar, Sauonæ Marchiones, se suaque omnia tam à Patre Henrico, quam à Manfredo, & Othone Patruis olim possessa, in tutelam Consulum nostrorum contulerunt, ijsdem iteratis promissionibus incolatus, ac militiæ, & arcibus non construendis in suo, quas Pater, Patruique conceperant, illo additamento, in re, de qua agimus, animaduersione dignissimo; *Illum ex fratribus susceptas ab vtroque obligationes præstaturum, cui post bonorum inter eos diuisionem, Marchia Sauonensis obuenisset.* Qua ex cautione manifestius datur intelligi, Fœdera hæc, paciscentium personas egressa, Marchionatum ipsum Reipublicæ nostræ obnoxium reddidisse. Hinc fit, quod si fides est adhibenda duabus illis inuestituris, quarum altera facta proponitur Henrico Guercio à Federico Seniore, anno 1162. altera verò Henrico, Henrici Guercij filio à Friderico Iuniore anno 1226. de quibus fusius egi superius; [a] Nec præscriptione abolitæ fuere, prout in omnem euentum abolitas fuisse probaui. [b] Adhuc, cum priusquam Henricus Guercius clientelari Iure se Ahenobarbo subijceret, duplici, & illo quidem inæqualissimo Fœdere, obstrinxisset se, suaque Reipub. nostræ; ijsdemque non modo, sed peculiari iterato Fœdere arctius constrictus esset Henricus filius, antequam leuitatem paternam imitatus Friderico iuniori illuderet: Certum est relatas inuestituras dicti Marchionatus, etiam in vim Feudi recogniti acceptas, fraudi esse non posse Reipub. nostræ: siuè Iura Ciuilia respiciamus cũ inuestituræ illæ posteriores sint Iuri, ex Fœderibus Reipub. Nostræ quæsito, [c] siuè consuetudines Feudorum sint attendendæ, cum res omnes etiã Feudales semper trahant secum infixa onera, siuè

[a] cap. 37.
[b] cap. 38.
[c] l. vltima ff. de pact. cum vulgarib.

a siuè demum Ius Gentium sequamur (quod in hoc argumento regnare sępiùs admonui) Cum ad Feudi recogniti substantiam, vel vera, vel adumbrata saltem, & imaginaria deditio Clĕtium exigatur, vt alibi probaui. *Excurs.* 13. Videamus quid respõsuri essent Marchiones Imperatori ex formula interroganti, b An in sua potestate essent? Sanè affirmantes, vti fędifragos, & iurisiurandi violatores repellendos ipsos; negantes verò, vt porè quę iusta non esset, deditionem renuendam. Sed siuè negantibus, siuè affirmantibus ijs, siuè non interrogatis, illibata semper Iura Reipub. nostræ remansisse, quibus per hæc Iuris ludibria, verbotenus litteris clanculum consignata, haudquaquam detrahi potuisse, euidentissima ratio, ipsa dictante Natura, demonstrat: Pręsertim quia à Friderico Iuniore ad Carolum eiusdem nominis Quartum Imperatorem, decursu nimirùm centum, & amplius annorum, nulla præterea in tot Cæsarum, & Marchionum interitu, facta proponitur Inuestitura: cum tamen interea rebellantes sæpiùs occiduæ Liguriæ populi, iusto, pioque bello ad Imperium Reip. redacti sint. Et nominatim Finarienses, Lazarino Lucense Prętore, anno Christi 1227. c turbas ciente eodem Friderico iuniore; Rursus Menaboue de Turricella Prætore anno 1251. d Vt propterea non immerito ad duriores Fœderis leges accipiendas nulla vnquam Imperatoris, vel Romani Imperij facta mentione, fuerint coacti, vt fusius alibi. e Præter ea, quæ oculis legentium exposui ex tribus publicis documentis, vnum *litt.* B. 2. confectum anno 1292. alterum *litt.* C. 2. tertium *litt.* D. 2. annis 1340. & 1345. condita, quibus pro rerum, ac temporum conditionibus, validioribus tamen semper Fœderum nexibus quæsitum fuit Reipub. nostræ in Finariensibus Imperium; Et eos, quos omni clientelari Iure à Romano Imperio liberos, vsque ad Carolum huius nominis Quartum Cæsarem, euidentissimè probaui superius f eosdem tamen inæqualissimo semper Fœdere nobis obnoxios per eadem tempora fuisse. Ea propter cum statum rerum Finariensium vsque ad sæpiùs memoratum Carolum in confesso habeamus; restat, vt diligentius inuestigemus, an per eiusdem Cæsaris inuestituram, quæ contigisse videtur anno Christi 1355. & an per alias aliorum Cæsarum abinde sequutis temporibus, de Iurib. Reipub. nostræ detractum sit aliquid, Romanoque additum Imperio.

Margin notes: a 1. p. except. 6. fol. mihi 297. cũ seq. Excurs. 13. — b vt ex cap. 48 — c fol. lib. 3. — d fol. lib. 4. — e cap. 26. C. 2. D. 2. — f cap. 37.

Caroli IV. inuestiturã factã de Finario Carrettensibus non obstat verbis Reip. Cap. L.

Hic Carolus huius nominis Quartus, patre Ioanne Boëmiæ Rege, ex Gente Lucemburgica, inter Germanos clarissima, natus, studijs partium, Romanorum Rex, anno à Christo nato 1346. deligitur contrà Ludouicum Bauarum ob impietatem à Romano

Z Pon-

a Onuph. Pan. Rom. Princ. lib. 3.

Pontifice exauctoratum. a Sed spei de se conceptæ adeò non respondit Carolus, vt Bauaro haudquaquam cedente, & quoad vita superfuit, vniuersam Germaniam armis vexante, ipse fines Boëmiæ egredi nunquam sit ausus. Illoque tandem mortuo, non contemnenda Electorum pars hominem pertęsa, Henricum primò Angliæ Regem, Marchionem exindè Misniæ, tertiò Gunterum Thuringiæ, Germanis imposuit, quibus vel fato, vel voluntate cedentibus, potius sine competitore, quam victor Carolus regnare cœpit apud Germanos, non absque infamia, Gunterum veneno, Marchionem Misnensem auro, inter venenorum genera præsentissimo, corrupisse. b Accitus in Italiam à Venetis, socijsque, qui nostris, ac Vicemomitum armis premebantur, Patauium eodē anno 1354. concessit. c vbi tenuitate virium, quas frustra se propediem expectare è Germania ampliores iactabat, à Venetis spretus, Guidonem Gonzagam sequutus, Mantuam se recepit, ibidemque diutius moras inglorius trahens, speculabundus: an Mediolanensium res, morte Ioannis, qui sacris, profanisque præfuerat, apud fratres Vicecomites turbarentur, occasioni haudquaquam defuturus: Vt vidit fraterna concordia, quam propinquus timor arctius constrinxerat, omnia stabilita, satis habuit, sedatis vtcumque turbis per tempus induciarum, inani honore perfrui, & Regno armis exclusus, corona Italici Regni obsoleta iamdiù nomina, precario redimiri; octauo Idus Ianuarij dicti anni 1355. d Nec maiori fructu Romani Imperij Corona à Legatis Pontificijs eodem anno Romæ insignitus est, non nisi illa accepta conditione coronatus, ne Romæ, & ne in Italia quidem moraretur. e Vt meritò eiusdem Caroli studiosus Franciscus Petrarcha, ingens illud Italiæ nostræ decus, qui æuo illo politiores litteras longo postliminio in Patriam reuocabat, hac de re Nerio Morando familiari homini, & Caroli à Secretis, scripserit his verbis.

b Tarcagn. lib. 16. fol. mihi 391. a

c Blod. dec. 2. lib. 10. f. 368

d Blod. dec. 2. lib. 10. f. 369 Onuph. Panu. Rom. Princ. lib. 3.

e Blod. vbi sup.

Omnis potestas impatiens consortis erat, cuius rei, si qua antiqua, non sufficerent, vereor ne recens nobis exemplum Cæsar attulerit, seù iàm Pontifex Romanus Principem Romanum Roma esse vetuerit, quod fama loquitur. Is nunc diademate contentum, ac Imperij titulo Romano non solum patitur, sed iubet, & quem dici Imperatorem sinit, imperare nullo modo siturus est.

Quod ipsum non sine indignatione ipsimet Carolo ausus est exprobare, data eidem epistola in hæc verba:

Nescio quid Romano Pontifici pollicitus iureiurando interposito, quasi muro valido, seu Monte inuio eo mane Vrbis aditu prohiberis: qua nam ista

ista superbia est, Principem Romanum, publicæ libertatis auctorem, libertate priuare, vt cuius esse debent omnia, ipse non sit suus?

Hunc igitur Carolum, quem personatum lusisse veriùs Italiæ Regem, & Romanum Imperatorem in pulcherrimo totius Orbis theatro Italia, quam munera amplissimæ potestatis suscepisse, vel eo functum fuisse, merito videri posset, ni expilatis per occasionem aliquibus Hetruriæ populis *a* venalia Imperij iura apud eosdem habuisset, auro turpissimè mancipatus: vt bellissimè ad eundem Nerium data epistola, Patriæ suæ dedecus, quæ se pretio à minis Caroli redimere sustinuerat, in ipsius Caroli caput, Petrarcha regerit his verbis.

a *Blod. ibidem*

Quod vero de Patria mea scribis, latè admodum audiui, nihilque miror, quod de auri potestate facetissimè cauillatus es: auro enim omnia obediunt.

Hunc ipsum Carolum, quem ipsissimum, nec sibi suum fuisse testari eidem datis litteris ausus est, priuatæ homo conditionis, & quem Maximilianus Austriacus pestem Germaniæ deterrimam appellare solebat *b* scriptoresque passim Germani maledictis proscindunt *c* ipso initio adeo præclarè auspicati Imperij anno scilicet reparationis humanæ 1355. idibus Maij perhibent; inuestituram Pisis de Finario Marchionibus Carrettensibus confecisse: Et quem Liguriam ne aspexisse quidem vnquam certum est, de rebus Ligusticis, quas nullus ex antecessoribus, à propulsato Friderico iuniore, per totos annos centum triginta, attrectare ausus fuerat, constituisse.

b *Spigel. lib. 5. com. ad Ligu. Guntheri.*

c *Benedict. Carpso. ad leg. Reg. Germ. c. 7. sect. 1.*

Iam vero non minus veritati interest, cum de Carolo cognouerimus, eorumdem temporum rerum statum apud Finarienses introspicere. Antonio Iacobi filio (eius qui Marchionatus nomẽclaturam Finario primùm indidisse probaui superius *d*) mortuo: qui Antonius Fœdus nobiscum renouauerat anno 1292. quod dedi *litt.* B. 2. superstites reliquit Georgium filium, & ex alio filio Henrico, siue Henriceto Emanuelem, & Aleramem nepotes; Itemque ex alio pariter filio (cuius nomen in obscuro, & ego suspicor Iacobum ab auo de more Gentis nuncupatum) Antoniũ pariter nepotem. Qui Georgius, Emanuel, Alerame, & Antonius conuentionibus interfuerunt nobiscum initis anno 1340. & 1345. superius editis *litt.* C. 2. & *litt.* D. 2. (vt facilè coarguas Menochium *e* Alderamum nescio quem, patrem Georgij, & fratrum commentum) Nec secus de ijsdem meminit eadem Inuestitura Caroli, de qua quærimus, inter quos eo magis Antonij nomen præfulget, quod licet sileatur pars tertia eiusdem Mar-

d *cap. 32.*

e *conf. 2. num. 246. lib. 1. & in 2. resp. cau. fina. art. 4. num. 11.*

a Pontifice exauctoratum. a Sed spei de se conceptæ adeò non respondit Carolus, vt Bauaro haudquaquam cedente, & quoad vita superfuit, vniuersam Germaniam armis vexante, ipse fines Boëmiæ egredi nunquam sit ausus. Illoque tandem mortuo, non contemnenda Electorum pars hominem pertæsa, Henricum primò Angliæ Regem, Marchionem exindè Misniæ, tertiò Gunterum Thuringiæ, Germanis imposuit, quibus vel fato, vel voluntate cedentibus, potius sine competitore, quam victor Carolus regnare cœpit apud Germanos, non absque infamia, Gunterum veneno, Marchionem Misnensem auro, inter venenorum genera præsentissimo, corrupisse. b Accitus in Italiam à Venetis, socijsque, qui nostris, ac Vicemomitum armis premebantur, Patauium eodē anno 1354. concessit. c vbi tenuitate virium, quas frustra se propediem expectare è Germania ampliores iactabat, à Venetis spretus, Guidonem Gonzagam sequutus, Mantuam se recepit, ibidemque diutius moras inglorius trahens, speculabundus: an Mediolanensium res, morte Ioannis, qui sacris, profanisque præfuerat, apud fratres Vicecomites turbarentur, occasioni haudquaquam defuturus: Vt vidit fraterna concordia, quam propinquus timor arctius constrinxerat, omnia stabilita, satis habuit, sedatis vtcumque turbis per tempus induciarum, inani honore perfrui, & Regno armis exclusus, corona Italici Regni obsoleta iamdiù nomina, precario redimiri; octauo Idus Ianuarij dicti anni 1355. d Nec maiori fructu Romani Imperij Corona à Legatis Pontificijs eodem anno Romæ insignitus est, non nisi illa accepta conditione coronatus, ne Romæ, & ne in Italia quidem moraretur. e Vt meritò eiusdem Caroli studiosus Franciscus Petrarcha, ingens illud Italiæ nostræ decus, qui æuo illo politiores litteras longo postliminio in Patriam reuocabat, hac de re Nerio Morando familiari homini, & Caroli à Secretis, scripserit his verbis.

a Onuph. Pan. Rom. Princ. lib. 3.
b Tarcagn. lib. 16. fol. mihi 891. a
c Blod. dec. 2. lib. 10. f. 368
d Blod. dec. 2. lib. 10. f. 369 Onuph. Panu. Rom. Princ. lib. 3.
e Blod. vbi sup.

Omnis potestas impatiens consortis erat, cuius rei, si quæ antiqua, non sufficerent, vereor ne recens nobis exemplum Cæsar attulerit, seù iam Pontifex Romanus Principem Romanum Romæ esse vetuerit, quod fama loquitur. Is nunc diademate contentum, ac Imperij titulo Romano non solum patitur, sed iubet, & quem dici Imperatorem sinit, imperare nullo modo siturus est.

Quod ipsum non sine indignatione ipsimet Carolo ausus est exprobare, data eidem epistola in hæc verba:

Nescio quid Romano Pontifici pollicitus iureiurando interposito, quasi muro valido, seu Monte inuio eo mane Vrbis aditu prohiberis: qua nam ista

ista superbia est, Principem Romanum, publicæ libertatis auctorem, libertate priuare, vt cuius esse debent omnia, ipse non sit suus?

Hunc igitur Carolum, quem personatum lusisse veriùs Italiæ Regem, & Romanum Imperatorem in pulcherrimo totius Orbis theatro Italia, quam munera amplissimæ potestatis suscepisse, vel eo functum fuisse, merito videri posset, ni expilatis per occasionem aliquibus Hetruriæ populis *a* venalia Imperij iura apud eosdem habuisset, auro turpissimè mancipatus: vt bellissimè ad eundem Nerium data epistola, Patriæ suæ dedecus, quæ se pretio à minis Caroli redimere sustinuerat, in ipsius Caroli caput, Petrarcha regerit his verbis.

Quod vero de Patria mea scribis, latè admodum audiui, nihilque miror, quod de auri potestate facetissimè cauillatus es: auro enim omnia obediunt.

Hunc ipsum Carolum, quem ipsissimum, nec sibi suum fuisse testari eidem datis litteris ausus est, priuatæ homo conditionis, & quem Maximilianus Austriacus pestem Germaniæ deterrimam appellare solebat *b* scriptoresque passim Germani maledictis proscindunt *c* ipso initio adeo præclarè auspicati Imperij anno scilicet reparationis humanæ 1355. idibus Maij perhibent; inuestituram Pisis de Finario Marchionibus Carrettensibus confecisse: Et quem Liguriam ne aspexisse quidem vnquam certum est, de rebus Ligusticis, quas nullus ex antecessoribus, à propulsato Friderico iuniore, per totos annos centum triginta, attrectare ausus fuerat, constituisse.

Iam vero non minus veritati interest, cum de Carolo cognouerimus, eorumdem temporum rerum statum apud Finarienses introspicere. Antonio Iacobi filio (eius qui Marchionatus nomẽclaturam Finario primùm indidisse probaui superius *d*) mortuo: qui Antonius Fœdus nobiscum renouauerat anno 1292. quod dedi *litt.* B. 2. superstites reliquit Georgium filium, & ex alio filio Henrico, siue Henriceto Emanuelem, & Aleramem nepotes; Itemque ex alio pariter filio (cuius nomen in obscuro, & ego suspicor Iacobum ab auo de more Gentis nuncupatum) Antoniũ pariter nepotem. Qui Georgius, Emanuel, Alerame, & Antonius conuentionibus interfuerunt nobiscum initis anno 1340. & 1345. superius editis *litt.* C. 2. & *litt.* D. 2. (vt facilè coarguas Menochium *e* Alderamum nescio quem, patrem Georgij, & fratrum commentum) Nec secus de ijsdem meminit eadem Inuestitura Caroli, de qua quærimus, inter quos eo magis Antonij nomen præfulget, quod licet sileatur pars tertia eiusdem Marchio-

a Blod. ibidem

b Spigel. lib. 5. com. ad Lign. Guntheri.

c Benedict. Carpso. ad leg. Reg. Germ. c. 7. sect. 1.

d cap. 32.

e conf. 2. num. 246. lib. 1. & in 2. resp. cau. fina. art. 4. num. 11.

chionatus, intacta ab Aleramo relicta, alium illius successorem necessario designat, quem nominatum Antonium relata Fœdera demonstrant: Et certius controuersia, quæ ex testamento Antonij senioris, inter eius filios, nepotesque exarsisse eadem illa Fœdera demõstrant; sed distinctiùs Alberici de Rosate æqualis illorum temporum clari nomnis Iurisconsulti testimonium; qui [a] tradit eundem Marchionem Antonium tribus relictis filijs, vni ex eis pinguius cæteris prælegasse locum Finarij, &c, multa alia Castra (hunc fuisse Antonii iunioris partem, siue Iacobum, siue alio nomine nuncupatum illud euincit, quod hic Antonius, qui cum Georgio dissidebat, eius ex fratre nepos in Fœderibus nobiscũ initis appellatur) Cuius quidem prælegati occasione, cũ non solum armis, sed etiam de bono, & æquo certatum fuisset, itumque communi consilio ad Iureconsultos Perusinos, petitũque responsum ab Oraculo illorum temporum Oldrado; tandem omnia transactione finita, testatur Albericus eodem loco, iuribus etiam, quibus ad fauorem Antonii concludebatur, in causa latissimè adductis. Inter has turbas, Alaramus ex Henrico filio Antonii senioris nepos, spreto aui iudicio, quo Finario excludebatur, posthabita iurisiurandi Religione, qua se nobis ante decenniũ ipsemet obstrinxerat, obscurata Gentis dignitate, quam seruitio deformabat; hæc omnia cæco dominationis desiderio impendit. Et vt contra testamentum Aui aliquo iuris prætextu in speciem iuuaretur, ab hoc personato Cæsare, aui testamento dissimulato, & ne nominato quidem Antonio patruele, cui satis habuit tertiam partem intactam reliquisse, inuestituram pro reliquis duabus, tamquam ad ipsum, & Emanuelem fratrem, Georgiique patruum iure Feudorum pertinentes, proponitur impetrasse; cuius quidem fratris, patruique, ne profitetur quidem, se in tanta re, habuisse mandatum.

[a] in dictionar. verbo Feudum vers. Itẽ quare pulchrum.

Quam inuestituram vt inanem, & nullius pœnitus roboris ostẽdam: prius vt certa à dubiis secernamus, admonendi sumus, eum non de integra Marchia Finariensi loqui, sed de duabus illius partibus, à quibus ipsis (si sextam totius, quam sibi ascribit Aleramus, excipiamus) omninò frustrà. Cum enim, ut mox exponebam, ex Antonii senioris posteris, tunc temporis in humanis ageret Antonius minor, qui integrum Marchionatum ex Aui prælegato sibi asserebat, Georgius patruus, Emanuel, & Aleramus patrueles; inuestituram hanc non Georgius, suo, & nonomine Emanuelis, &c, Alerami obtinuit, vt falso opinatus est Menochius noster [b], sed Aleramus suo, & nomine Georgij patrui, & Ema-

[b] d. cons. 2. nu. 246. & dict. resp. 2. caus. Finar. art. 4. num. 11. cum seqq.

& Emanuelis fratris, vt ex eiusdem lectura, quam libens do X. 2. X. 2.
Propterea cum solus Aleramus, qui ad summum sextam totius sibi deberi contendebat, inuestituram petierit, ad eamdem sextam tantumodo tota controuersia ex hoc Carolino diplomate reducenda erit: cum frustra Aleramus assumat fratris, patruiq; personam, quam nec se se habuisse profitetur, obstante vulgatissimo iuris placito, neminem alteri stipulari posse. *a* Quod ad nostram quæstionem optimè ducunt Iuris Interpretes, tradentes communiter, frustrà eum agere, qui alieno nomine, non de mandato non apparente, obtinet inuestituram *Excurs.* 86. Quod ipsum in hac eadem controuersia agnouit Collegium Ticinense *b* expresè concedens hanc Caroli inuestituram, vltra Alderami portionem extendi non posse.

a *l. stipulatio ista 38. § alteri. ff. de verb. oblig. Excurs. 86.*

b *resp. 3. caus. Finar. apud Menoch. nu. 32. seqq.*

Sed, & ad has angustias redacta quæstione, quæ solum versari posset circa duas vncias Marchionatus Finarij; adhuc certo certius est in nulla prorsus habendam esse consideratione hanc Caroli inuestituram.

Non repeto quæ superius in proposito contra vtriusque Friderici de eodem Finario inuestituras disserui *c* quorum pleraque deseruire possent huic argumento accommodata, ne rem actam agere videar. Prætereo quæ contra fidem huius documenti quãtumuis inserti in Maximiliani Inuestitura obijci possunt ex Iuris dispositione. *d* Remitto, minus constare ipsummet Aleramum præsentem à Cæsare flagitasse inuestituram, quantumuis in diplomate legatur, cum nec assertioni Imperatoris ad Imperij commodũ, & fraudem aliorum fides adhibenda sit. *Excurs.* 87. Id quod firmius reddi posset ex eo, quod nusquam apparuit, Alaramum ipsum in tanta controuersia beneficio dictæ concessionis vnquam vsum: quinimò Antonium eius filium anno ab isto trigesimo, cum patruo Emanuele, & Georgio patruo magno, de eodem Marchionatu, vti de re omninò libera, & nullo clientelari iure obnoxia, disposuisse, vt inferius demonstrabitur. *e*

c *cap. 37.*

d *Auth. si quis in aliquo. C. de eden. c. 1. de fund. instr. & ibi DD. Excurs. 87.*

Illud contendo, qualiacumque fuerint Alarami postulata, vel Caroli decreta circa rem Finariensem, illa certè fraudi esse non debere, nec posse Antonio minori, qui ex Aui prælegato integrũ Finariensem Marchionatum ad se pertinere contendebat, cuius rei occasione lis inter posteros agitabatur, vt ex Alberico docui. Neque enim vlla ratio suadere potest, Ius verò expressè repugnat vt quæ inter Alaramum, & Carolum gesta fuerunt, obesse possent Antonio, *f* nec alteri per alterum durior conditio fieri potest *g* prout contigeret si diceremus, Alaramum partem aliquam Marchiona-

e *cap. 51.*

f *rub. cum tot. tit. res inter alios act.*

g *l. non debet. ff. de reg. Iur.*

chionatus, quantumuis minimam, obnoxiam Carolo reddidiſſe hac clientelari aduerſus Imperium ſubiectione; quæ non modo ex optimo Antonij Iure, quod probat Albericus; ſed ex ſola litis
Excurſ. 88. pendentia prorſus euaneſcit, *Excurſ.* 88. conſiderata præſertim formidanda Imperij potentia, ſi cum Marchionibus Finarij conferatur. Quod ipſum inde etiam ineluctabile robur aſſumit. Quia vel tunc temporis in poſſeſſione totius Marchionatus erat Anto-
a nius ab Auo inſtitutus prout ex Iuris præſcripto *a* immitti de-
l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. buerat; vel certè nullibi conſtat poſſeſſionem vlla ex parte penes Aleramum fuiſſe; vt, ſiue vera, ſiue ficta traditione in Carolum transferri, & ab eodem retrorecipi potuerit, prout ad Feudi recogniti conſtitutionem omninò neceſſarium probaui ſuperius *b*
b Præterea, baſis huius Carolinæ inueſtituræ ſuper conſimilibus
cap. 37. beneficijs tota innititur, quæ aliàs Henrico Guercio, & eius filio Henrico ab vtroque Friderico conceſſa fuere, in hoc eodem diplomate vnicè adeò inſerta, vt aliundè de eis non appareat. Inde fit, vt nullo in pretio ſit habenda, non modò ex eo, quod in reſcriptis vtriuſque Friderici non comprehendatur Finarium cũ de poſſeſſis in Marchia Sauonenſi, quæ latius patet, tantummodo
c
cap. 37. illa loquantur, vt alibi vidimus, *c* ſed potiſſimum, quia non ſufficit Alaramo, eiuſue poſteris, ſe in præclariſſimum Marchionũ Sauonenſium ſtemma vltro inſeruiſſe; ſed vt frui, & vti valeat beneficijs aliàs illis tributis, tenetur omninò docere, ſe ab eiſdem
Excurſ. 89. Guercijs Marchionibus genus ducere. *Excurſ.* 89. Id quod adeò factum nunquam fuit, vt nec etiam fieri poſſe videatur per ea, quę
d ſuperius. *d* Tertiò, quis adeò iniquus rerum æſtimator, qui gna-
cap. 32. rus Imperij, quod Reſpub. noſtra in Marchionatu Finarienſi per relata fœdera quæſitum habebat; vel potuiſſe putet nomine tenus Italicas res adminiſtrantem Carolum, vel voluiſſe rerum potitum Cæſarẽ, ſtatuere de Marchia illa, quod nobis obeſſe poſſet? Quod ad poteſtatem attinet, recurrant animis quæ de diſſolutio-
e ne Italici Regni, *e* quæ de Libertate, & Imperio Genuenſium
cap. 23. ſuper Ligures *f* diſſerui. Quæ ſi contrà fortiſſimum, & coniu-
f
cap. 26. rationis Longobardicæ domitorem Ahenobarbum valuere: ſi armis potentiſſimi, & infenſiſſimi eius nepotis tandiù tentata, inuiolata perdurarunt: næ ridiculum ſit in dubium reuocare apud Ludicrum Cæſarem, & nulla re in Italia magis, quam dehoneſtamento Imperij celebrem, non valuiſſe. Sed æſtimemus ex Inſulis Cæſarem: demus Italici Regni, & Imperij munia in Ligures exercere potuiſſe; nego cũ vniuerſa Interpretum Schola, *Excurſ.*
Excurſ. 90. 90. Incompertis Reipublicæ noſtræ iuribus derogatum voluiſſe.
De-

Demum, Alaramum huiusce inuestituræ rescriptum eo solum consilio à Carolo surripuisse, vt Antonio patrueli imponeret, & fucum faceret; non autem, vt clientelari iure Marchiæ Finariensis partem minimam redderet Imperio obnoxiam, quæ sunt sequuta declarant: quo argumento nullum certius, ad intima consiliorum, gestaque hominum aperienda, iura constituunt. *Excurs.* 91. Id quod adeò insitum rerum Naturæ est, vt brutis etiam animantibus sit commune, tradente Imperatore in Institutionibus, [a] *Reuertendi autem animum tùm videntur desinere habere tunc, cum reuertendi consuetudinem deseruerint*. Neque enim vllibi apparet Alaramum, vel aliquem ex eius posteris huiusmodi rescripto vsū, obsequiaue ex eo Cæsaribus debita vnquam præstitisse. Nec Carolum, vel ex successoribus aliquem vsque ad Maximilianum Austriacum, centum quadraginta annorum lapsu in Marchia Finariensi iura huiuscemodi vsurpauisse; cum tamen id sæpius rerum vicissitudines per eadem tempora postulassent. Nam prætermissis frequentissimis Marchionum Finariensium ob Parentum, vel Gentilium obitus successionibus: Certè post Carolum Germania dedit successores Venceslaum eius filium, & alios deinceps Robertum Palatinū Rheni; Sigismundum, Albertum, Fridericum eiusdem nominis tertium, quos sequutus est Maximilianus. [b] Et adhuc tot interregnis, nouisque electionibus, tantique temporis decursu, quo Libertatem præscribi à quolibet nexu Feudali alibi probasse me memini nihil proponitur, vel à Marchionibus præstitū, vel à Cæsaribus exactum, quod hanc Caroli inuestituram saperet, Finariumque ex modica quantumuis parte Imperij Feudum fuisse innuat.

Excurs. 91.

[a] *§. Pauonum Inst. de rer. diuis.*

[b] *Onuph. Pan. Rom. Princ. lib.* 3.

Iure feudali Imperiū obnoxiū Reip. Cap. LI.

Parum dixi. Addo quamplurima, eaque maximi momenti intra eadem tempora contigisse, quæ & Marchiones Finarienses alienos omninò ab Imperio, & multò magis obstrictos Reipub. nostræ manifestè demonstrant. Inter cetera illud celeberrimum est, & tota spectante Italia trigesimo ab inuestitura Caroli anno stabilitum. Quo anno, magno intercedente dissidio occasione Marchionatus Finarij, ex quo maius exarserat bellum inter posteros Georgij, Antonij senioris filij, & posteros Henrici ex eodem Antonio, quo bello implicabantur nedum Marchiones de Clauexana, sed nec Respub. nostra eo immunis erat, tum propter ius Imperij in vtroque Marchionatu, tùm alijs de causis, quæ mox producenda publica documenta fusius demonstrant. Hæc verò in ea tempora inciderunt, quibus Respublica nostra, (cui præerat Dux Antoniottus Adurnius,) liberato Vrbano Summo Pontifice

ab

ab obsidione Nuceriæ, vbi à Carolo Neapoleos Rege circumuallatus, impiè detinebatur, Genuamque triremibus transducto, maximo fructu pietatis hereditariæ erga Sanctam Romanam Ecclesiam fruebatur; moras trahente per integrum annum in Ciuitate nostra Summo Pontifice. a Recenti igitur gloriæ nostræ fulgore attoniti Marchiones; vel quia mutuis pressi bellorum incommodis, quibus inter cętera Marcus, & Conradus Emanuelis filij captiui à Lazarino, & Carolo detinebantur, pacis bona serio cogitare cœpissent; seù etiam Adurni sapientia allecti, cuius magna fama per ea tempora erat, quem ingenti beneficio demeruerant Carrettenses, capto, & in eius potestatem tradito Nicolao Guarco, Principatus competitore, b Siue quauis alia de causa persuasi, ipsummet Antoniottum Adurnum ad sedanda, componendaque dissidia inter eos omnia, & cum Repub. nostra, concordibus animis in Arbitrum assumpserunt anno Christi 1385. die 20 Martij: remota sanè ab Adurnio persona Principis Genuensis Reipub., vt publicum testato editum latius probat documentum Y. 2. Nec diù de controuersijs disceptatum (vt satis appareat transacta fuisse omnia ipsomet Adurnio Conciliatore, vt sæpè fit, antequam Arbiter nominaretur) sed die proximè sequenti Adurnus conscriptas conditiones, quibus res componendæ erant edidit, laudauitque, quas produco A. 3. Inter quas conditiones, illæ, quæ rem nostram attingunt præcipuæ sunt: *Vt Emanuel, & Antonius Marchiones de Carretto ex Henrici posteris, recepta à Repub. nostra clientelari feudorum iure medietate Marchionatus Clauexanæ, quam eadem Respub. ab Emanuele Clauexanæ Marchione pretio florenorum nouem millibus recipere damnata erat: ijdē vice versa, medietatem Finarij cum Villis, & Castris adiacentibus in Rempublicam nostram, nihil pænitus ex ea sibi retento, transferrent: ea tamen addita lege, vt post adeptam per Rempub. dictæ dimidiæ possessionem, primo quoque tempore, eadem (Castelfranco excepto) Lazarino, Carolo, & Georgino ex Georgij posteris clientelari iure in feudum concederetur.* Quæ omnia a volentibus, cupientibusque, promptis adeò animis executioni mandata fuere, vt cōsensu paciscentium conuenta, non Arbitri auctoritate decisa appareant manifestissimè. In tabulas publicas sunt relata rei gestæ documenta omnia, ex quibus vnum, vel alterum seligo, quæ Finariense negotium propius respiciunt: & selecta do, ipsam scilicet concessionem dictæ partis dimidiæ Finarij cum commemoratione omnium prædictorum factam Reipub. nostræ ab Emanuele, & Antonio, *litt.* B. 3. c eiusdem dimidiæ ab eadem Republica concessionem ipsam

a Blond. dec. 2. lib. 10. fol. mihi 386.

b fol. lib. 9.

Y. 2.

A. 3.

c die 4. April. eiusdem anni 1385.

B. 3.

ſam clientelari feudorum iure exindè factam Lazarino, Carolo, & Georgino Marchionibus antedictis *litt.* C. 3. *a* Quibus addo & tertium conditum *b* D. 3. quo, Carolo fratre concedente, in Lazarinum, eodem Adurnio Principe, tertia pars dimidiæ, quæ Carolo obuenerat optimo iure transfertur. Tantum igitur abeſt, vt clandeſtina illa, & verbo tenus inueſtitura Caroli, vſu fuerit comprobata, vt certiſſimis teſtimonijs, tota ſpectante Italia, in contraria omnia itum ſit; nullis vnquam in tot bellicis turbis, ſolemni hac tranſactione ſopitis, ne mentione quidem Imperij facta, cum tamen vel ipſemet Carolus, vel eius filius, & ſucceſſor Venceslaus regnarent. Sed nec intra terminos Adurniani Laudi exemplum ſtetit: quamplura ſunt in promptu publica documenta alia, quibus procedente tempore vſque ad Maximilianum Cæſarem, ex præſcripto Feudorum iure, inueſtituras conceſsas fuiſse apparet à Repub. noſtra eorumdem Marchionum ſucceſsoribus. Ea tantummodo excurram, & producam, quæ vltrà clientelarem ſubiectionem peculiare quidpiam habeant adnexum; vndè illuſtrior fiat rei veritas, de qua quærimus.

C. 3.
a *die decima ſexta Martij eiuſdem anni*
b *Chriſti anno 1390. die decima tertia Aprilis*
D. 3.

Ad id tēdit inſignis, inter alias, inueſtitura; de duabus partibus eiuſdem dimidiæ Finarij, conceſſa *c* Lazarino aliàs Ioanni, filio primogenito, & hæredi ex teſtamento alterius E. 3. vt obiter appareat huius feudi naturam ad formam conceſſionis Adurnianæ eam fuiſſe, vt ad Clientis libitum transferri poſſet ad poſteros. Cum enim ex Marieta Coniuge, præter Lazarinum hunc iuniorem, Lazarinus Pater, Nicolaum, Antonium, & Ludouicum pariter ſuſcepiſſet liberos, vt ex tabulis mox edendis liquidò conſtat, ad vnum primogenitum, cæteris præteritis, iudicio patris feudum deuenint.

c *anno 1392. die quarta Iulij.*
E. 3.

Seditionibus maximis Genuæ laboratur Cap. LII.

Sed ſuper cætera inſigne, & nulla ratione prætereundum publicum documentum, calamitas illorum temporum facit, quæ contigit anno Chriſti milleſimo trecenteſimo nonageſimo, tertio; quo anno ſuprà quàm credi poteſt, diſcordijs, ac ciuilibus armis in Ciuitate noſtra ſæuitum eſt. Sane Pontificiorum, ac Cæſarianorum, Popularium item, ac Patritiorum nunquam ſopitis factionibus, ſed ſubindè per occaſionem inualeſcentibus: Popularium, qui omnia obtinebant, ſtudia quattuor in partes ſcindebantur, pro numero Gentium, quæ inter eos eminebant Adurniorum, Fulgoſiorum, Guarcorum, & Montaldorum, inter quas de Principe in Ciuitate loco magna contentione certabatur: viribus etiam Patritiorum adiuti, qui Simeonis Buccanigræ memorabili proſcriptione Ducatus culmine pulſi, quod affe-

 qui

qui lege ipsi nequibant, sui saltem muneris facere satagebant. His furijs agitata Ciuitas nostra, anno dicti sæculi nonagesimo tertio, septem vidit alium post alium Duces. Nam vltra Antonium Montaldum, Petrum Fulgosium, Antonium Guarcum, & Antoniottum Adurnium, Maiorum Gentium; Clemens Promontorius, Nicolaus Zoalius Franciscus Giustinianus etiam gustauerunt Imperium. Ex quibus ipsis Montaldus nec semel pulsus, nec semel restitutus, sæpius in ancipiti versatus, cum viribus Adurnium bis superasset: primo ad Vulturum, Christophoro etiã eius filio capto; iterum in portu Ciuitatis, ipsomet capto competitore, & carceribus incluso; consilio tamen, & astu senioris tandem victus est. Qui senior quasi accommodaret præferoci adolescenti vires, ac consilia; ad opprimendum Antonium Guarcum, eoque tantarum virium coeuntium terrore, abdicare coacto, rem Adurnius ad se traxit: præferentibus etiam Ciuium integris senem longa experientia clarum Adolescenti sola ferocia, & animi magnitudine celebri.

Quibus autẽ cædibus inter has turbas sæuitum, quibus incendijs grassatum, huius propositi metas excedit, sed integro opere deflenda sunt. Illud interea inter tot malorum recordationẽ solatio esse potest, ea fuisse præditos Maiores nostros, siue animi magnitudine, siue erga Conciues suos quamtumuis emulos, & inimicos charitate, vt præter ea, quæ cæcus Martis abstulit furor, nunquam contrà pignora, rarò contra corpora profligatorum victor sæuierit. Ad rem nostram: superato ad Vulturum Antoniotto Adurnio, (vt exponebam) apud Marchionem Finariensem Lazarinum iuniorem, paternis beneficijs deuinctum, perfugium fuit. [a] cuius ope, & Ioannis Galeatij Vicecomitis Mediolanensium Principis auxilijs fultus, Principatum armis repetebat, sed frustrà. Qua spe deiectus, ea vsus occasione, qua impar consensui Ciuitatis Antonius Montaldus cesserat Principatum, pacem à Nicolao Zoalio moderato viro, qui Montaldo successor datus fuerat, petijt, impetrauitque, tam sibi, quam etiam Finarij Marchionibus qui nostrorũ calamitate abusi, Adurnianis opibus Castelfrancum agri Finariensis, quod in conuentionibus, quas recensui, reseruatum sibi Respublica voluerat, occupauerant, pacta inter leges pacis eiusdem Castelfranchi demolitione. Sed inter moras stabiliendæ pacis, & rerum, quæ conuenerant administrandarum, Antoniotus, illuso, vt prædiximus Montaldo, quartùm Reip. Dux pronunciatus, & factus, pacem cum Marchionibus Carrettensibus nedum rata habuit, sed Castelfrã-

[a] fol. lib. 9. ad ann. 1393.

chi

chi vetita demolitione, de eodem inuestituram optimè de se meritis Georgino pro vna tertia parte, & pro reliquis duabus Lazarino Marchionibus, (pro modo scilicet Finariensis Feudi) anno ab illo proximo 1394. à Republica, quæ in sua erat manu, confecit.

Aliæ atque aliæ de Finario inuestituræ per Rep. Carrettens. & earum causæ. Cap. LIII.

Quæ omnia in tabulas publicas relata produco *litt.* F. 3. & ad stabilienda pro eodem Castelfrancho clientelaria Marchionum Finariensium obsequia, iungo testatum aliud publicum documētum *litt.* G. 3. quo idem Adurnius eisdem Georgino, & Lazarino tribuit facultatem, vt inter sese, absque fraude Iurium Reip. permutare inuicem valeant partes, quæ vnicuique ipsorum obuenerunt arcium Gouoni, & Castelfranci. Quo beneficio vsos, & ex permutatione Gasparinum de integro Castelfranco, Lazarinum verò de tota Gouoni Arce compotes factos, duæ docent Inuestituræ: altera Lazarino de dimidia Arce Gouoni vnà cum duabus tertijs partibus dimidiæ totius Marchionatus Finarij, *a* H. 3. altera verò Gasparino de Castelfranco, & reliqua tertia dimidiæ Finarij, *b* I. 3. Quæ duæ posteriores inuestituræ, exauctorato iàm Antoniotto Adurnio, contigerunt, quinimò ante postremam, eo mortuo in eodem Castelfranco *c* exterre scilicet Patria apud hospitem Gasparinum Marchionem. Hunc exitum sortitus vir haud dubiè ingentis animi, ac magna prudentiæ fama, qui sicut nihil omisit, vt Principatum Patriæ consequeretur, ità parùm prouidit, ne sæpius adeptus, sæpius eo deijceretur. Certè ex penetralibus morum nostrorum illud probari posset Liuij oraculum. *d Cum pars, quæ domestico certamine inferior sit, externo potius se applicet, quàm Ciui cedat.* Nàm factionibus potentium Ciuium vndique contrà ipsum conspirantium agitatus, onerique succumbens, detestando exemplo, Rempub. Regis Francorum Imperio, certis datis, acceptisq; conditionibus turpissimè subiecit, vel æmulorum impatiens, vel quia (hæc certè obtētui fuere) ægis Reipub. rebus aliter subueniri non posse duceret, nisi eæ à validissimo regerentur. Anceps sanè remedium, & ipsorum periculorum periculosius fides semper infida dominantium facit; qui indecorum non minus, quàm intutum putant se cum subiectis sibi, vllis legibus componi. Certè Antoniottum Adurnium magna prudentiæ fama per illa tempora in Italia viguisse, illud declarat (licet omissum, vt pleraque ab Annalibus nostris) ad componendas controuersias, quæ inter Florentinam Rempublicam, & Vicecomites in Longobardia latè dominantes, vniuersam Italiam tumultibus bellicis inuoluebant, Genuam communi

F. 3.
G. 3.
a die 2. April. anni 1397.
H. 3.
b die 10. Decemb. 1698.
I. 3.
c Fol. lib. 9. ad ann. 1398
d lib. 34. fol. mihi 798.

Consilio ventum fuisse, ibiq; Antoniotti Adurnij, Senatusque nostri auctoritate, & Riccardi Carraccioli Rhodianæ militiæ Præfecti in idipsum à Summo Pontifice Genuam missi, omnia composita fuisse. *a*

a Blod. dec. 2. lib. 10. f. 388

Verum nec diù Dominatus Regius Rempublicam pressit. Sed postquam sæpius trepidatum esset, & non semel vsque ad expulsionem Præfectorum Regiorum Populi impetus processisset. *b* Tandem Ioanne Lemenergio cognomine Bonciart, Regio Gubernatore, ob cuius ciuilem prudentiam, & militares artes, res firmius compositæ videbantur. Dum is Præfecturæ Mediolanensis Prouinciæ inhians, accitu Ioannis Mariæ Vicecomitis, Genuensi milite stipatus Mediolanum petit; parta iàm, & coalita Genuensi Præfectura se, Regemq; suum priuauit Imperio: in cuius locum Marchio Montisferrati à Nostris sufficitur. *c* Quo pariter eiecto: cum externorum fidei satis creditum, & diù pertæsum esset, post inanes ad Reipub. clauum plurium electiones, & magnam ciuilis sanguinis profusionem, tandem in Thomam Fulgosium, magnæ prudentiæ, & fortitudinis virum, & Patriæ (vt illa ferebant tempora) amantissimum, concordibus animis consenserunt, *d* Cuius virtutem non ferentes corrupti Ciuitatis mores intra septennium eiurare Ducatum coegerunt, tanta confessione virtutis, vt (quod nunquam aliàs) Sarezana Ciuitate cum adiacenti agro (non modica Genuensis Imperij portione) in solatium ablati Principatus liberis suffragijs sit donatus, *e* succedente ad Reipub. regimen Philippo Maria Vicecomite Mediolanensium Principe, cuius astu Fulgosij opes attritæ fuerant (& ipse detestãdo, sed nunquam pro merito, Gallorum exemplo) ijsdem legibus in Ciuitate recipitur, receptusque non disparem exitum sortitur. Quandoquidem alijs potius, quam dissimilibus causis, intrà duodecim annorum spatium, pellitur dominatione.

b Fol. lib. 9. ad annum 1339 & 1340.

c Fol. lib. 9. ad annum 1409

d Anno Christi 1415.

e Fol. lib. 9. ad ann. 1421.

Defflorauerat Philippus Maria celeberrimam illam nostram de Alphonso, nobilissimo Aragonum Rege, victoriam; quem, Ligustici nominis acerrimum hostem, bello captum; parum habuit Philippus Maria, vitata Genua, & optatissimo frustrata spectaculo, per Sauonenses tractus, Mediolanum duci iussisse, ni etiam eundem Alphonsum (nostris inuitis, ne dum inconsultis) libertate donatum, fœdere etiam contra Andagauenses (Genuensium nomini addictissimos) sibi summa omnium admiratione coniunxisset. *f*

f Fol. lib. 9. ad ann. 1435.

Pulso Vicecomite, ac summis Ciuium studijs restituto Thoma Fulgosio, ciuilium discordiarum fluctibus agitari ex integro res cœpit,

cœpit, quæ varia partium fortuna, modò penes Adurnios, modò penes Fulgosios stare visa. Inter quæ ex Marchionibus Finariẽsibus Georginum, de quo sæpius, aduersatum fuisse Philippi Mariæ conatibus, vel obluctatum Imperijs, donatio probat *litt.* K. 3. quam de Castelfranco, & Marchionatus portione ab ipso Georgino alias possessa, facta propterea legitur Galeotto Lazarini iunioris filio, *a* Cuius quidem rei beneficium, cum potius referret acceptum Galeottus Philippo Mariæ tribuenti, quam Genuensium Reipublicæ, à qua proueniebat, & cui propterea fidei vinculo astrictus erat: & in Philippi partibus licet eiecti, perdurauit, socia arma cum Picinino Philippi Mariæ Ductore, ad recuperandum Principatum in Liguriam misso coniungens *b* & cum Alphonso Aragonio infensissimo Reip. hoste fœdus icit. *K. 3.* *a anno Christi 1425. die 2. Maij.* *b Foliet. lib. 9. ad ann. 1436*

Finariũ vniuersum in Reip. deuenit potestatem. Cap. LIV.

Hinc meruit Galeottus nostrorum arma, qui expeditionem contrà eum & Finarienses, Iano Fulgosio Principe, susceptam *c* & Petro Fulgosio demandatam, intrà biennium felicissimè cõfecerunt. Qui Petrus vniuersa ditione Finariensi vnà cum Gouoni, & Castelfranchi arcibus in potestate receptis, *d* fulgens gestarum rerum gloria, suffragio Thomæ, qui ob senectutem, honorem recusabat, ad Ducatus apicem euectus est. *e* Sed cum Gouoni arcem, quæ qua ratione Finario immineat, delineauimus *f* demoliri consilium fuisset; facilè fuit Ioanni Galeotti fratri, fauore nominis, magnis comparatis à Marchionibus Montisferrati ex perueтusta cognitione, auxilijs, ditionem vniuersam (Castelfranco excepto, quod firmatum nostris erat præsidijs) in suam potestatem redigere. Sed non eadem facilitate tueri pactum diutius potuisset, mare vndique apertum a præpotenti Mare hoste. Ideò ad preces versus Ioannes, intercessore vsus eodem Montisferrati Marchione, pacem, ditionemque impetrauit his legibus: *Ne fraudi essent quæ Galeottus, quæque Ioannes ipse, ipsorumue aßeclæ per belli tempora perpetrassent: In fidem, & amicitiam reciperetur Ioannes. Quod ad ditionem verò Finariensem attinet, illam pro parte tertia (Castelfranco pœnitus excepto, & Reipublicæ reseruato) clientelari feudorum iure Ioanni, more maiorum, à Republica concedendam, & pro reliquis duabus tertijs, antiqua fœdera religiosè seruanda, in eis præsertim, quæ Mercaturam, Nauticam rem, vectigalia, & Salaria iura,* (quæ vt nouitium inuentum exagitat Laguna) *respiciunt.* *c anno 1437.* *d Foliet. lib. 9. ad ann. 1439* *e Foliet. vbi suprà ad ann. 1440.* *f alibi cap. 1.*

Producere possem in huiusce narrationis fidem, cum decreto indicendi Galeotto, & Finariensibus bellum, ipsas in publico concilio Ciuium conciones hac de re habitas, in quibus malefacta omnia, & hostilia eiusdem, maiorumue suorum erga Rempubli-

publicam nostram recensentur. Possem afferre ipsam Fulgosij nominationem in totius expeditionis; Ducem numeros, & genera militum delectorum, formulam deditionis Finariensium, leges eisdem ipsorum precibus datas, Prætorem ad iura dicenda pacatis impositum, quæ omnia, in publicas tabulas relata, adhuc supersunt; sed prætereo libens, ne amena diuerticula quæsiuisse me quispiam suspicetur. Illud ad fidem argumenti mei non prætereibo; conuentiones scilicet cum Marchione Ioanne initas, *a* In quibus vltrà narrationem eorum, quæ contrà Galeottum administrata fuere, conatus, & preces Ioannis continentur, & quod caput est, leges præscriptæ leguntur, quibus concessum fuisse Finarium Marchioni Ioanni dicebamus. Has igitur do L. 3. duobus alijs iunctis publicis documentis. In quorum altero M. 3. post biduum condito, ipsamet inuestitura Finarij ex condicto concessa Ioanni legitur. In altero verò N. 3. eiusdem ratihabitio eorum omnium, quæ ipsius nomine gesta, transactaque fuere.

a die 5. Aug. ann. 1451.

L. 3.

M. 3.

N. 3.

Ex quibus licet satis superque fidei meæ satisfactum rear, continere tamen me non potui, quin vt certius demonstrem, Rempublicam nostram Imperio in Finarienses tamquam pacatas vsam duo proferam documenta: alterum *b* O. 3. quo leges dat Finariensibus alterum verò *c* P. 3. quo precibus Finariensium tribuit non pauca non leuia, quæ indulgentium Dominorum sunt. Et ad verbum reddam priuilegium, quo Respub. nostra Finariensibus indulsit, vt certo vexillo, certis signis, certaque sententia insignito, in prælijs vterentur. Ex cuius serie datur intelligi quale, quantumque fuerit beneficium, quo Respub. nostra paulo post affecit Marchionem Ioannem, &, obiter notari, iam tùm renascentium in Italia litterarum, non leuia in scopulis nostris extare vestigia.

b sub die 30. Ianuarij 1640.

O. 3.

c sub die 23. April. eiusdē ann.

P. 3.

In Finarienses tanquam pacatos egisse pro Imperio Rempublicam. Cap. LV.

Ludouicus Dei gratia Dux, & Populi defensor, & Consilium Antianorum, & Officium monetæ. Cum virtutem, & animi magnitudinem Finariensis Populi consideremus, ac fidem, quam erga nos, & Rempublicam nostram firmam, firmatamque habet, ostendat, clementia, ac liberalitate nostra dignum illum censentes, singulari quodam nostro in eũ Populum charitatis exemplo, & suæ in nos, & Rempublicam nostram perpetuæ fidei, signo insignire illum decreuimus, quo suscepti ab eo Dominatus, Nostri, & Reipub. Genuensis, optimam spem suscipiant, intelligantque se à seruitute, qua premebantur in honestam libertatem transiuisse, & non vt alienum, sed vt membrum in suum corpus rediisse. Populum Romanum imitati, qui eos, quos plerumque vicit, vt victores, socios apud se habere voluit, & quos armis subegit, Religione tamen, & iustitia

iustitia, & liberalitate gubernauit. Singulare profectò apud posteros non indignum memoriæ documentum. Harum litterarum auctoritate, Finariensi Populo, tamquam subditis nostris, & egregijs viris D. Antonio de Iudicibus iuris vtriusque Doctori, & Nicolao de Valle Oratoribus dictæ Communitatis, & Populi Finariensis, ac pro eo recipientibus, nostræ, & Genuensis Reipublicæ in eos charitatis, & amoris pignus elargimur Insignia vexilli vnius cum Leone picto in colore suo naturali inuolutum medio vexillo albo, cui Crux, quam Nos triumphale nostrum, & Reipublicæ Genuensis insigne vexillum gerimus, superimposita sit. Quemadmodum hic inferius pictum, formatumque descripsimus: breui ex Leonis ore nascente horum verborum: Custos fidei sacræ Populus Finariensis. Quod quidem vexillum, & insigne perpetuò ab ipso Finariensi Populo, & debere, & posse ferri, terierique perpetuò, magno animi honore decernimus, ac illi concedimus. Ita vt vbicumque terra, aut mari in hostem, aut caualcatam eum Populum esse contingat, dicto vexillo, & insignijs vti posse, nostri, & honoris sui causa. Quod vexillum, vt vnusquisque ex illo Populo, vbicumque opus fuerit, seruare, tueri, ac defendere manu, & animo promptus sit, si contingeret Finariensem Populum pro honore nominis Genuensium pugnare, & is, qui vexillum in manibus haberet, pugnans caderet; omnibus illis meliori modo, via, iure, & forma, quibus magis, ac melius possumus. Natos illius tunc in pugna defuncti Mares tantum, & legitimos, perpetuò immunes, ac francos, exceptosque facimus ab omni onere reali, & personali, auaria, mutuo, siuè impositione, aut alio grauamine, quod illi viuenti, & viuentibus à Commune Finarij imponi posset. Ita vt virtutis suæ, ac huius muneris nostri perpetua memoria custos vigilet. In quorum testimonium &c. Datum Genuæ die 9. Februarij 1450.

Sed nec diù Marchionis Ioannis constitit fides, vel ex innata Genti leuitate, seù verius ex rerum nostrarum turbine, quo Liguria omnis de more agitata fuit. Neque enim Petrum Fulgosiũ Principem Adurnij pati poterant; sed quò ille ferocior ingenio, bellica virtute efferebat se, impatientius insultantem ferebant hi, quem mitem non tolerassent.

Marchiones Finariens. rursũ contra Rempub. Et rursum pacati. Cap. LVI.

Conuocata igitur magna cognatorum, ac suarum partium manu, &, inter præcipuos, Finarij Marchiones, antiquitus hospitio iunctos, bellum contra Fulgosij dominatum mouent Adurnij, auxilijs fulti Alphonsi Aragonij Regis, Petro infensissimi, Qui animis semper, viribus, quoad potuit, obluctatus, diutina annorum octo oppugnatione fessus, fractusque, Patriæ Principatum, quem diutius tueri nequibat, recepto iam more in Gallicum transtulit dominatũ. Sub quo & quies reddita Liguriæ, & Marchio-

& Marchioni Ioanni cum Finarienfibus fuis venia eorum, quæ contra Rempublicam admifferant, datis de more certis legibus

a die 18. Apr. 1359. b die 15. Iulij, anni 1460.

a & repetitis b inter quas productas litt. Q. 3. illæ ad rē eminent. *Clientelari, & feudorum iure obnoxium, fore Ioannem cum posteris quibuscumque Reipub. nostræ, eaque omnia seruaturum, ad quæ seruanda Maiores ipsius tenebantur.*

Q. 3. Illud vero fumma animaduerfione digniffimum, quod licet illata hinc inde per belli tempora, & accepta damna, remiffa legantur, ea tamen, quæ iura Commerciorum (Salis præcipuè) refpiciebant, tantum abfuiffe ab obliteratione, vt etiam referuatum fit Protectoribus Comperarum Sancti Georgij, quorum res agebatur, ius exigendi pœnas, in quas Ioannes propterea incidiffet; his verbis.

Pro Iuribus verò, ac Priuilegijs Protectorum Sancti Georgij, & Comperarum, vel ad eas pertinentium, promiserunt, quod ijdem Domini Protectores assentient suspensionem in triennium fieri de omnibus contrauentionibus commissis occasione Salis, & aliarum mercium quomodolibet exoneratarum Finarij, aut in alijs locis vetitis, & de omnibus pœnis, in quas idem Dominus Ioannes quomodolibet incidisset occasionibus ipsis, aut earum aliqua.

Ex quibus vfque adeò fancta apud Finarium Maioribus noftris fuiffe conftat ea, quæ iura maritimorum Commerciorum, & Salis refpiciunt, vt nec etiam bellorum necefsitatibus, quibus cædes, incendia, & raptus excufabantur, imputarentur ea, quæ modò affirmare audet Laguna nunquam, vfu fuiffe recepta.

Inter has igitur rerum vicifsitudines à Caroli huius nominis Quarti tempore ad Maximilianum Auftriacum nedum clientelaria Feudorum obfequia vlla Marchionum Finarienfium erga Imperatores Germaniæ Reges, inueftitura Aleramo conceffa peperit, quæ contrà fœderum nexus, quibus ijdem Marchiones obnoxij erant Reipub. noftræ, trahi pofsint: vt verius ex conteftatis, & fæpius repetitis publicis documentis fit euidentifsimum, & antiqua fœdera arctius iuncta, & noui iuris accefsione, non inani verborum prætextu quæfiti, fed re parti, cumulatum in Finarienfes noftrorum Imperium; Cum dimidium eiufdem Marchionatus, quod conceffa medietate Marchionatus Clauexanæ, habuit Refpublica ab Henrici pofteris, iure cliētelari Feudorum tradiderit Georgij fucceſſoribus, qui propterea fæpius præftitis feudorum obfequijs, pro eadem medietate inueftituras obtinuerunt vfque ad Marchionem Ioannem, de quo proximè facta eft mentio, quo Marchionatum adepto, illud dimidium ad tertiam

partem

partem volentibus omnibus diminutum est, in præmium haud dubiæ Castelfranchi, ad littora tractus Finariensis siti, apud Rempublicam retenti. Apud quos Georgij posteros, cum illo, quem explicuimus, duplici Fœderum, ac Feudorum nexu, Marchionatus Finariensis vsque ad Sfortiam Andream Marchionum vltimũ perdurauit, vt ex totius Gentis stemmate inter publica documenta inspiciendum propono. R. 3. R. 3.

Tradita per Menoch. in causa Finariensi supplentur, & illustrantur. Cap. LVII.

Ex his etiam dignoscitur D. Menochium virum alioquì diligentissimum, & de Republica nostra, hac eadem in causa, optimè meritum, non integrè eorum quæ sequuta sunt edoctum, non semel lapsum in celebri illo responso suo secundo Finariensi. Nã vltra ea, quæ superius admonui, prætermittit ea, quæ cum Galeotto, & Ioanne Marchionibus nobiscum contigere, integraque omnia, à Laudo Adurnii, ad inuestituram Maximiliani, seruat. a Et quod grauius est, affirmat, ibidem, ab anno Christi 1227. Rempublicam nostram concessisse Marchionibus inuestituras. Et paulo infra b ab eodem Laudo ad Maximiliani tempora, Rempub. semper inuestituras totius Marchionatus concessisse. Quinimò inferius c præscriptionis iure partum dominium in Finariẽsi tractum eam tueri. Quæ omnia, non parui ponderis apud posteros habitura, cum Vir clarissimi ad eos futuri nominis, vt iura Reipublicæ nostræ validius, firmiusque astrueret, beneuolo erga Nos animo commentatus sit; Ego, qui supra Patriam, superque amicos veritatem colo, veneror que, quantum usus causæ profutura remitto libens, Manibusque pijs gratias habeo, & quantas possum refero. Interim verò testatum omnibus volo, Genuensem Rempublicam ante annum 1385. Adurniani Laudi insignem, nullum nexum Feudorum iuribus contractum, in Marchia Finariensi quæsitum habuisse; nullum postulare: ab eodem vero tempore citrà, pro parte dimidia vsque ad Ioannis Marchionis tempora, & ab eo pro tertia totius (Castelfranco semper excepto & Reipublicæ reseruato) feudali iure mancipatum optimo vt quisquam iure sibi vendicare. Sed per omnia tempora prædicta, & ante quamcumque Carrettensium Marchionum in Liguria mẽtionem, vigentibus etiam tum Sauonæ Marchionibus, & florentibus exinde apud Finarium ijsdem Carrettensibus; semper Finariensem tractum vniuersum, & in eo dominantes Marchiones omnes, inæquali fœdere obnoxios fuisse Reipublicæ nostræ, & porrò esse, quo ad ea præsertim, quæ Maris Imperium, maritimaque Mercimonia, Salis præsertim, respiciunt, quæ Fœdera toties percussa, toties violata, toties iusto, pioque bello vindicata

a art. 4. n. 11.

b num. 67.

c num. 76.

firmiora quocumque feudali nexu nemo negabit, qui hunc Ciuili, illa iure gentium niti cogitauerit. *a*

a Inst. de Iur. nat. gent. & ciu. & ibi omnes.

Sed antequam ab Adurniano Laudo, & emendatione Menochij recedamus, admonendi sumus, perperam affirmasse Menochium, laudo in illo, inter cæteros Marchiones, interfuisse Antonium, quem filium Alerami facit. Lectura namque compromissi, quod supra dedi *litt.* Y. 2. in quo nulla Antonij mentio, contrarium euincit. Quinimò tempore laudi, Antonium vita functum fuisse, & à qualibet successione Finarij, conditionibus exclusum, illa pars Laudi probat, qua cautur Henrici posteros in cessione ab eis facienda de medietate Marchionatus Finarij, sibi præcipuos retinere licuisse redditus quosdam exigi solitos à Guiraldo, & Matthæo Antonij olim Marchionis de Carretto filijs, quæ cum assertione Menochij pugnant manifestissimè. Cuius etiam faueo studijs, amo consilium, probo doctrinam, dum meticulosi vitium ab eodem Adurniano laudo remouere tentat. *b*

b d. art. 4. nu. 90. cum seq.

Sed, quam extrà necessitatem, intelligent illi, qui reputabunt, laudo illo; Reipublicæ nostræ nullum aliud ius fuisse quæsitum, nisi vt pretio florenorum nouem millium comparata medietate Marchionatus Clauexanæ, eaque posteris Henrici Marchionis Carrettensis attributa ab eisdem medietatem Marchionatus Finariensis consequerentur, vt eam Georgij posteris in feudum concederent, apud quos vsque ad hunc Ioannem, & à Ioanne vsque ad Sfortiam Andream perseuerauit. Vt si quid metu extortum laudo illo videri posset, aut dici (quod rei gestæ series abnuit) læsæ Reipub. subueniendum potius, quam in dubium reuocanda in eius fraudem ea, quæ ex liberalitate eiusdem, Georgij, posteri sunt consequuti, & tandiù posséderunt.

SECTIO

SECTIO SEPTIMA.

REIECTA INVESTITVRA DE FINARIO precibus Alphonsi Carrettensis à Maximiliano data concluditur in causa.

Inuestitura Maximiliani Alphonso de Marchionatu Finarij non obesse Iuribus Reipublicæ Cap. LVIII



REstat examinanda Maximiliani Cęsaris Austriaci Inuestitura precibus Alphonsi Marchionis data. a De cuius fide, vt nullum relinquunt dubitandi locum vnà cum testato publico documento, confirmationum rescripta sæpius repetita à Carolo eiusdem nominis Quinto, Ferdinando fratre, Maximiliano minore, alijsque Imperatoribus, ità cum de vniuersa Marchia Finariensi, quæ in vnum Alphonsum deuenerat, disertis verbis loquatur, plura respuit eorum, quæ latè superiùs contra Caroli eiusdem nominis Quarti, &, vtriusque Friderici obiecimus inuestituras. Vndè magnum de hac festum apud Italiæ Academias, quæ, suasu Aulici Senatus, Ferdinando Cæsari gratificaturæ, contrà Rempublicam nostra in hac Finariensi causa omnem mouerunt lapidem. b

a anno Christi 1496.

Verum enim verò trahentibus fatis, ad illustrandas Romanorum clade Cannas: Æmilium non minus grauiter, quam verè Q. Fabius Maximus alloquutus est, vt testatur Liuius noster c his verbis: *A veritate laborare nimis, ius sępè aiunt, extingui nunquam.* Quod dictum esse tanquam è tripode de hac causa Finariensi, sequens aperiet sermo.

b apud Menoch. in responsf. ad causf. Finariensf. impressio post tract. possess.

c lib. 22. fol. mihi 373.

Aio Maximilianæum rescriptum hoc vniuersum quod do *litt.* S. 3. & quamlibet eius partem, tot vitijs scatere, tot mendis cõspersum, vt nihil infirmius, nihil inanius dici, aut excogitari potuerit. Per partes igitur illud percurramus, vt appareat, me non ex vano, sed ex fide loquutum. His exorditur Alphonsus preces suas.

S. 3.

Serenissime Cæsar. Fuerunt semper Sancrosancto Romano Imperio, ac omnibus Sacratissimis Romanorum Regibus Imperatoribus prædecessoribus Serenitatis Vestræ, Marchiones Saonæ, & Clauexanæ Maiores proaui mei, fidelissimi Vassalli, & subditi, & ab Imperiali culmine semper liberalissimè tractati, & honorati.

Deus bone! quid hac narratione magis à veritate alienum? Claritas Gentis facit, vt Maiores, & proaui Alphonsi non ignorentur: cui Pater Ioannes, Auus Lazarinus iunior; proauus Lazarinus senior, Abauus Georgius; Atauus Antonius, Trittauus

Iacobus fuere, vt ex stemmate, quod dedi *litt.* R. 3. qui Iacobus primus fuit ex Marchionibus Carrettensibus, qui Finario imperaret, vt alibi probaui *a* Rursus Friderico iuniore, sub quo Iacobus floruit, ad hunc Maximilianum, viginti recensentur à talium rerum diligentissimo Onuphrio Panuino *b* Romanorum Reges, vel Imperatores. Quæro à quonam ex recensitis Alphonsi maioribus, cui ex tot Cæsaribus, ea, quæ ab Alphonso iactantur, præstita fuere, vt Vassalli, ac subditi Imperio dici queant? Nemini certè, & à prorsùs nemine. Sed è contrà verissimum, & contestatissimis, quæ dedi, indubitatum documentis, Iacobum, Antonium, & Georgium prædictos, arctissimo, & illo inæquali fœdere Reipublicæ nostræ obnoxios. Lazarinum verò, & ab eo ad hunc Alphonsum posteros omnes, supra fœderum eorumdem sæpius repetita, & arctius alligata vincula, clientelari etiam feudorum Iure (recepta a nobis medietate Marchionatus Finarij), inditionem Reipublicæ concessisse, & verè Vassallos eiusdem, & subditos factos. Sed satis ostensa vanitate narrationis, videamus quidnam potissimum ad illius confirmationem subnectat Alphonsus:

a cap. 32.

b lib. 3. Rom. Princ.

Quod demonstrant antiqua priuilegia, gratiæ, infeudationes, inuestituræ, & donationes concessæ, & facta per Serenissimum fel. record. Federicum Primum, & Federicum Secundum, ac Carolum Quartum Romanos Imperatores Serenitatis Vestræ prædecessores, Henrico Guercio, & Bonifacio tunc Marchionibus Sauonæ, & Clauexanæ Maioribus proauis Alphonsi de Carretto nunc præsentis Marchionis Sauonæ, & Clauexanæ, Finarij, &c.

Ampullosæ igitur narrationis exordium, & totius concessionis, de qua quærimus, stabilimentum, tribus ad summum innititur inuestituris, quas, dato, fide dignas; certè cum duæ priores de duobus Henricis Guercijs Sauonæ Marchionibus loquantur, ad quos non pertinet Alphonsi genus, *c* & si pertineret, Finarium illæ non comprehendant, *d* & si comprehenderent, iure clientelari feudorum Marchiam non obstringerent *e* Posterior verò Alaramum solum sexta ad summum parte, quam solam contra Aui iudicium sibi vendicabat complexa, qui Alaramus inter Atauos Alphonsi non recensetur. Vsque adeo alienæ sunt ab astruenda Alphonsi narratione, super qua innititur Maximiliani beneficium *Excurs.* 89. vt superflua videri possit consideratio illa, quæ falcem ad radices ponit. Per immensa scilicet spatia trecentorum ferè annorum, quot à Friderico iuniore ad hunc Maximilianum fluxere (si clandestinum commentum Alarami demas) nedum

c cap. 31.

d cap. 37.

e cap. 38.

Excurs. 89.

nedum apparere vestigia vlla feudalis erga Imperium nexus, sed sexcenta ferè testimonia, quibus multiforme Reipublicæ nostræ Imperium, in Marchiam Finariensem quæsitum, plænissimè demonstrant: qui vsus, & quæ præscriptio quanti sit ponderis alibi vidimus *Excurs.* Cognouit Alphonsus, vanitatis manifestus, vera, quæ mox contrà narrata ab ipso exponebam; Et propterea certus, si qua ratione posset, iugum Reipublicæ nostræ excutere, non erubuit narrationem ad æquè inania, sed iam narratis repugnantia conuertere: subdit enim.

Et quia ipse Alphonsus Marchio Sauonæ, & Clauexanæ, nonnulla Castra, bona, feuda, loca, & iura in dictis Marchionatibus Sauonæ, & Clauexanæ, & alibi tenet, & possidet, quæ Castra, bona, feuda, loca, & iura, sunt iuris Romani Imperij, & tenta, & possessa à Patre, fratre, & Auo suis, absque recognitione ab Imperio habita, & aliquando per aliquos ex eis de facto, & sine licentia præfatorum Serenissimorum Imperatorum, qui tunc aderant, fuerunt de facto meticulosè, quia à finitimis bello vexabantur, alienata, vel in partem, vel in totũ, quod fieri non potuit in præiudicium Sacrosancti Romani Imperij: Videlicet Castrum Burgum, & Villas Finarij, & Castelfranchi cum districtu in terra, & in mari.

Siccine ò bone seruatur fides Imperio? hoc est illud seruitium quod semper, & vno tenore custoditum à Maioribus tuis erga Sacrum Romanum Imperium paulo ante iactabas? Quid grauius (si scelerata consilia demas) admittere contra Patronum poterit Cliens, quam clientelares fundos vel distrahere inconsultò, vel possidere Cæsare non auctore? Quem seuerius puniũt iura feudorum? Audio monitorem, priorem narrationis partem de Proauo, & à Proauo supra signanter loquutam, posteriorem verò de Fratre, Patre, & Auo, & propterea oscitanter à me, illam ad Auum, Patremque, hanc verò ad Proauum, & Proaui maiores extendi. Admitto effugium, & conniueo facilis ad Maiorum in priori; ad Aui in posteriori parte, nemine nuncupatim nominato, mentionem. Sed si constantem sibi orationem rogatus concessero, mente sanè, ac ratione sibi constitisse Alphonsum affirmare nemo poterit. Qui vt beneuolentiam ab Imperatore captaret, degenerem se, Patrem, Auumque à Maioribus suis profitetur, & quæ ad pœnam valebant seù verius valere potuissent, effingit, vt beneficium consequatur: Sed quem in priori narrationis parte Maiorum erga Romanum Imperium merita, & clientelam mentitum cognouimus, eumdem sua, Patris, Fratris, & Aui finxisse crimina: falsum semper, fallentemque inspiciamus.

Fra-

Fratrem aliquem habuisse Alphonsum, si ei credamus, certè inglorium, & nondum adultum decessisse, tàm parua inter obitum Patris Ioannis, & ipsius Alphonsi successionem interposita mora designat, cum etiam altum de eo apud Annales silentium; vt operæ sit perditæ diligentius inuestigare, quo iure vel tempore Marchionatum possederit, anue quidpiam ex eo distraxerit, quē integrum ad Alphonsum peruenisse palam est. Certè Ioannes pater, & Lazarinus Auus eadem prorsus obtinuere auctoritate Firium, qua Lazarinus senior, Georgius, Antonius, & Iacobus Maiores sui, auctoritate scilicet Reipublicæ Genuensis, qua per trecentos, & amplius annos insueuerant; vt superius relata publica documenta testantur. Nec erat cur Romanum Imperium respicerent, ni violata iurisiurandi Religione, spretisque Fœderibus, ac Feudorum nexibus, fatalia præpotentis Populi arma prouocare voluissent. Is tamen est veritatis fulgor, vt etiam sordido fraudolentæ narrationis inuolucro obuolutus effulgeat. Fatetur nimium Alphonsus (qua nulla efficacior probatio nedum contrà ipsum, & ipsius in vniuersum successores, in dominij præcipuè causa, sed etiam contrà quemcunque, qui se Ius non habere à confitente præseferat *Ex-*

Excurs. 92. *curs. 92.*) ijsdem met verbis, quibus agnoscit Patrem Auumque nulla clientelaria obsequia Imperio præstitisse; eosdem Adurniano laudo paruisse; quod ipsum fusius, publicis datis documentis paulo ante probabam. *a* At cum agnouerimus vera esse, quæ

a cap. 51. Patri, Auoque crimini dat Alphonsus; (rectius tamen eorumdē fidei ascribenda) ad ea, quæ de alienationibus narrat, tandem veniamus.

Tantum abest Patrem Ioannem, Auumque Lazarinum, Finarium, aut vllam illius partem vnquam distraxisse, vt contestatissimum sit, apud Lazarinum iuniorem integras vncias decem Marchionatus, quas à Patre receperat, perseuerasse, Patrem verò Ioannem alienasse, qua fronte asserere potest Alphonsus, quē liberalitate Reipub. Genuensis vniuerso Marchionatu auctum, relata documenta *litt.* L. 3. testantur? Nisi fortè de Castelfranco intelligat, quem in præmium vnciarum duarum clientelari seruitio exceptarum, sibi Respublica Ioanne volente reseruauit. Sed præter quam quod in minima Marchionatus parte versatur

Excurs. 93. nihil tam certum in vniuersa causa Finariensi, quam Castelfran-

F. 3. G. 3. chi arcem ad Rempublicam semper optimo Iure pertinuisse, tùm

H. 3. I. 3. ob illius constructionem ipsius iussu factam, *Excurs. 93.* tum cer-

K. 3. tius ex tot inuestituris *litt.* F. 3. G. 3. H. 3. I. 3. K. 3. nominatim

de Arce

de Arce prædicta, quarum vi, plenissimam dominij oriri probationem certum est. *Excurs.* 94. iuncta maximè temporis antiquitate, cuius veneratione probatio huiscemodi illis etiam officit, qui nec generalem, nec peculiarem causam ab inuestitis habuerunt. *Excurs.* 95. frustà igitur confictis narrationibus veritati repugnare cum tentasset Alphonsus, decernente Imperatore *a* *Verba, si res se aliter habeat, fidem rei non præstringere:* Ius ipsum denique; tertia, & postrema narrationis parte; peruertere his de se verbis aggreditur.

Quæ Castra, bona, & feuda nunquam adhuc recognita à Cæsarea Maiestate Vestra, nec de his inuestituram habuit, licet semper Sacrosancti Romani Imperij nomine tenuerit, possederit, teneat, & possideat, velitque tenere, possidere.

Qui enim fieri de Iure potest, eius Feudi possessionem, Imperatoris nomine, tenuisse Alphonsum, cuius intuitu nullam obtinuit, nullam petijt inuestituram, nulla vnquam obsequia præstitit? Apprehensio enim ipsa ad possessionem consequendam necessaria est, vndè plurimum facti habere dicitur. *b* Et qui semel apprehensam habuit, ex legitimis causis appræhendisse dicendus est. *c* Nec ei est integrum illius causam siue iustam, siue iniustam, Iure aliquo de nouo non superueniente immutare *d* in eius præsertim læsionem, cuius vice antea possidebat, vnde possessionis originem semper attendimus, *e* quæ origo multiplicitatem illā causarum, quæ contrarietatem inuoluunt, omninò reijcit. *f* Hinc rectè conficitur impossibilia loquutum Alphonsum: post acceptam ex paterna successione Marchionatus possessionem, affirmare ausum, Finarium semper possedisse se Imperatoris nomine, cum id, siue origines, siue rei progressus inspiciamus, de Iure fieri nequeat, nec penes singulos ex duobus, eodem tempore, res eadem tota esse potuerit *g* minusque in Imperatorem sola verborum professione absque ministerio traditionis trāsferre. *h* Licet namque Iura permittant, etiam circumscripta quacumque traditione, verbis constitutiuis possessionem transferri posse: *i* Præterquam quod verba huiuscemodi in hac narratione non leguntur, parum releuant verba cessante Iuris effectu. *l* Quandoquidem verba constitutiua tunc possessionem transferre sunt apta, absque vlla traditione, quando contractui alicui, & quidem legitimo adnectantur: *m* Vndè nuda h[illegible]c Alphonsi assertio profitentis, se possidere Imperatoris nom[illegible], inanis est prorsùs, nec vlla ratione capax, (quantumuis Alphonso libuisset) possessionem transferrei in Imperatorem. Hanc autem lepidam

Excurs. 94. *Excurs.* 95.
a *l. verba C. de testam.*
b *l. deniq; & ibi Gloss. ff. ex quib. caus. mai. l. si fratres §. idē respōdit. ff. pro soc. l. pr. ff. de acquir. posses.*
c *l. q̄dā mulier. ff. de rei vēdic l. 2. & ibi DD. C. de acq poss. & l. quod Iure. ff. eod. Alcia. de præsumpt. reg 2. præs. 23.*
d *l. nemo pōt C. de acq. poss. l. si de eo fūdo. 40. §. seruum. ff. eod.*
e *l. clā. poss. d. l. de eo fūdo §. seruum. & l. pen. §. etsi possess. ff. de acq. posses.*
f *l. 3 ex plurib. ff. de acq. possess.*
g *l. 1. et ibi Gloss. 4. C uti possi. l. 3. §. ex contrario; & ibi gloss. acceperit ff. de acquir. possess.*
h *l. pdia, ff. de acq. posses.*
i *l. 9 meo, in princ. ff. de acq. posses.*
l *arg. l. 5. de legit. tut.*
m *Bald in l. si absent. C. si cer. pet. & in rub. de const. pecu & in l. ex testamēto C de fideiuss. Ias. l. 1 §. si vir ff. de acq. poss. Dec. l. cū principalis de reg. iur.*

lepidam narrationem hæ preces congruè clauserunt.

Petit, ac requirit humiliter dicta Castra, bona, & Villas, feuda, & Iura sibi donari, & Feudum concedi, & se se de illis, instantibus precibus, ab Imperiali Maiestate, & Celsitudine sua inuestiri.

Quid absurdius? quisnam præposteras adeo preces vnquam audiuit? Id sibi dono dari postulat, quod suum erat, & trecentorum, & vltra annorum (rarò alias audita) Maiorum successione ad se Iure, vt quisquam optimo, delatum. Ab eo sibi dari postulat, penes quem nihil erat, nec vnquam fuerat apud Maiores eius; & si quidpiam fuisset, iamdiù erat præscriptum, temporis lapsu, omnem memoriam hominum excedente. Nec tam absurdi postulati ratio est obscura, aut longius petenda; quæ ex eisdem precum verbis appareat, quibus Inuestitura Marchionatus postulatur. Petebat scilicet Alphonsus id, quod Imperatoris non erat, sed Genuensis Reipublicæ, & ità petebat, vt ex alieno non magis ille, si compos fieret, quàm donator ditesceret. Nouum sanè liberalitatis genus, & quod certa spe prouocari etiam sub commemoratione maleficiorum possit, vt fecit Alphonsus. In tantum, vt licet omitterem recensere, neminem sollicitaret desiderium cognoscendi; quod nam fuerit Maximiliani responsum: referam tamen, non magis, vt quodnam fuerit, quàm quale fuerit, innotescat. Approbatis igitur, & confirmatis verbis amplissimis vtriusque Friderici, nec non Caroli inuestituris; Quod frustrà omninò fuisset excognita satis, & sæpiùs relata natura confirmationis, subdit.

Omni meliori via, causa, & forma, quibus melius possumus, & de nostra Regia, & Imperiali supra potestate, & motu proprio, & certa nostra scientia, Declaramus, auocamus, & confirmamus omnia, & singula Castra, loca, & feuda, & iurisdictiones, quibus supra alienata, & temporibus debitis non recognita à nobis, & à Serenissimis prædecessoribus nostris sine eorum licentia, ad nos, & Sacrum Romanum Imperium esse deuoluta, & sic ipsa omnia confiscamus per hanc nostram sententiam, & declarationem, quam sedentes à nostro solio in scriptis proferimus, & declaramus, & sententiamus. Et ideò nos ipsius Alphonsi dignis, & deuotis supplicationibus fauorabiliter inclinati, eidem Alphonso, licet absenti, & nobili Doctori D. Blasio Cancfro Procuratori ipsius Alphonsi, ac procuratorio nomine ipsius præsenti, & acceptanti, dictum Castrum, Burgum, & Villas Finarij, & Castrumfrancum cum districtu, & territorio tàm in mari, quam in terra, Castrum, &c. Cum Iuribus, & suis pertinentijs vniuersis, quæ in ipsum Alphonsum peruenerunt quouis titulo, siue hereditatis, & successionis, & quæ possidet in præsentiarum, & possede-

possederunt Antecessores sui. Et etiam Castra, Ciuitates, & Villas, & Iura earum qualibet, cum pertinentijs, iuribus, & iurisdictionibus eorumdem, quibus spoliati fuerunt, vel sunt, ipse Alphonsus, vel eius Praedecessores, vbicumque sint, committimus motu proprio, & ex certa nostra scientia in perpetuum damus, & de nouo damus, & concedimus in Feudū.

Quis statuat in Cæsare munificentiæ modum? cum ex Aristotele *a* non ex rerum elargitarum pondere illa, sed ex viribus donatoris mensuranda sit. Ego certè non statuam, nec requiram. Illud sanè contendam facilem esse de alieno largitionem; eam verò, qua quis largiendo ditatur, auaritia quacumque sordidiorem. *b* Facilè excusanda, in Maximiliano clarissimi illo quidem ad posteros nominis futuro, sed qui tempore dati huius documenti, anno scilicet à salute humani generis 1496. ijs fortunæ angustijs premebatur, vt Venetorum, Ducisque Mediolani stipendijs tum primùm accitus, assumpta, & citò deserta Pisanorum aduersus Florentinos defensione, ingentique spe deiectus in Germaniam, rerum omnium pressus inopia, redire compulsus fuerit. *c* quò remotior ab affluentia, quę liberalitatem excitat, eò propior indigentiæ, quæ non iniqui rerum æstimatores grauiora quandoque excusant. In cuius veritatis certius argumentum, Maximilianum scilicet hoc diplomate non Regia munificentia largiendo, sed cupiditate aliena consequendi vsum demonstrat.

a *moral. nicō. lib. 4. cap. 1.*

b *moral. nicō. lib. 2. cap. 7.*

c *Guicc. hist. lib. 2.*

Excessus ille, quo vota etiam superauit Alphonsi. Postulabat Alphonsus (vt per relata ipsius verba cognouimus) sibi ea in Feudum donari, quæ Pater, Auusque, Imperij auctoritate posthabita, quodammodo interuerterant, à se verò possidebantur. His superaddidit Cæsar Castra, & Ciuitates, quibus Alphonsus, & Alphonsi maiores spoliati fuerunt, de quibus ne meminit quidem Alphonsus, tantum abest vt se, suosque spoliatos conqueratur. Vt clarius detur intelligi, cętera omnia obtentui esse, id verè in hac Inuestitura agi, vt de Ligusticis rebus Cæsar pro Imperio constituere videretur, reiectoque verbotenus à ceruicibus Alphonsi Genuensium iugo: Hisce Iuris ludibrijs clanculum Germanicum imponeret. Quid ni clanculum dicam? cum nullus vtcumque erga res nostras animatus id, vel inuitus cum Laguna ipso fateri necesse non habeat.

Rerum nostrarum status is tùm temporis erat, vt nostri *d* & aliorum testantur Annales. *e* Ludouici Sfortiæ clandestinis, & diù concoctis consilijs, & astu: Publica res ab Adurnijs, sub eiusdem Ludouici Imperio, Adurnianæ factionis viribus suffulto regebantur; retento tamen illorum temporum more, de quo fusius

d *Foliet. lib. 11. 12.*

e *Guicc. hist. lib. 2. 3.*

a cap. 45. alibi *a* vt à solis Ciuibus patiente Ludouico, totius Reipublicæ administratio penderet, non minus bello, quam pace, Quod bellum nedum cum finitimis Florentinis, & Pisanis eisdem ipsis temporibus incidit, sed etiam cum longinquis, suppetijs Ferdinando Aragonio Regi, Neapolitanum Regnũ repetẽti, latis, fœderibusq; cum Carolo Francorum Rege, maiori gloria, quam fructu Gallias repetente, percussis. *b* Quis igitur credat his ipsis temporibus Alphonsum id palam ausum? cuius maiores, nedũ Adurniorum beneficio Finarium habebant, eorumdemque propterea factionis semper fuerant Antesignani, sed ultores perfidiæ, & Adurnijs acriorem Ludouicum, cuius Maiestas non minus lædebatur paratissimos habuisset? Quis autem certo certius æquè nõ habeat: Maximilianum ipsum, qui totus in Italia à Ludouico pendens, ne sospes quidem, eo repugnante, in Germaniam redire potuisset, nihil impensius cauisse, quam ne iniuriæ tam atrocis seducti, & vsurpati Clientis ad eiusdem Ludouici aures quamtumuis leuis rumor deueniret?

b Foliet. Guicc. vbi supra.

Sed consilium omni ex parte humano, diuinoque Iuri contrarium, quo tandem commento expeditum fuerit, perpendamus, vt ea quæ hactenus diximus se magis aperiant. Pronunciat quasi causa cognita Cæsar, se Feuda illa, non expectata ipsius auctoritate, distracta, & possessa; in Fiscum suum propterea inferenda, ad se reuocare, eademque denuò Alphonso, posterisque clientelari feudorum Iure concedere. Ita ne? Iudiciale sacratissimum munus, quo solo nititur, & stat humanũ genus, quo potissimum Deus Optimus Maximus patitur sui ipsius speciem quandam apud homines adumbrari, his habetur ludibrijs? si iudicas, cognosce: si regnas, iube: exprobratum meritò legimus decernenti parte in audita altera *c* vbi Personæ? vbi citatio? vbi causæ cognitio? Si Maximilianus aditus ab Alphõso, vt Romani Imperij Princeps, Iudicis personam induere vult, audiat Iustinianum Imperij verè Romani Principem, & Legislatorem: *d* leges iudicibus præscribentem non minùs, quam salutaria monita eisdem insinuantem.

c Apud Sen. in Med.

d in l. rem non nouam C. de iudic.

Prius ante sedem Iudicialem sacrosancta deponantur, scripturæ, & hæ permaneant non solum in principio litis, sed etiam in omnibus cognitionibus vsque ad ipsum terminum, & definitiuæ sententiæ recitationem. Sic etenim attendentes ad sacrosanctas scripturas, & Dei præsentia consecrati; eo maiore præsidio lites diriment, scituri, quod non magis alios iudicant, quam ipsi iudicantur: cum etiam ipsis magis, quam partibus terribile Iudicium est, siquidem Litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito causas proferunt trutinandas.

Cuius

Bononiẽsiũ Iuristarum Academia reprobatur de viribus huius Inuestituræ dum loquitur. Cap. XL

Cuius Legis, siuè monita, siuè præcepta pariter spreta cognoscentes Bononiensis Academiæ Patres, certi tamen susceptas semel partes Imperatoris Ferdinandi tueri, denegata huic Maximiliani decreto sententiæ nomenclatura, tradunt *a* extraiudicialem quandam Principis declarationem eam esse, ac vocari debere; quam, etiam in derogationem alieni iuris, circumscripta cuiusquam citatione, legitimè fieri posse contendunt auctoritate Ludouici Romani clari nominis Iurisconsulti. Sed huic effugio vias omnes præcludit professio Maximiliani dicentis, vt iàm retulimus:

a in 2. resp. caus. Fin. apud Menoch. sub num. 38.

Per hanc nostram sententiam, & declarationem, quam sedentes à nostro solio inscriptis proferimus, & declaramus, & sententiamus.

Prætetquàm quod merè verbale, & nugatorium est. Non enim aperit qua ratione declaratio illa, quà Feuda alienata, vel possessa, absque Patroni auctoritate, ad Fiscum reuocantur, extraiudicialis dici possit, aut debeat. Certè Scarderius, qui ex recentioribus summa cum industria de Feudis disputauit, integrũque volumen, & benè grandè, & laboriosum edidit, *b* quo Feudorum iudicialia latè prosequitur, inter quæ, vt causas instrui, antequam cognoscantur; iura partium audiri, antequam conferantur; omnesque, quorum res agitur, prestò esse iuberi certo die, & loco, antequam sententiæ ferantur, eò religiosius exigit, quò maior in eis res agitur: ita de hac extraiudiciali declaratione nullum verbum, nec vllam vnquam ab aliquo de ea mentionem factam meminit. Vt mirum sit, inania hæc tantis viris in tanta re excidisse. Præsertim quia Ludouicus Romanus vir Consultissimus *c* quem vnum Auctorem sententiæ faciunt, hac nota indignus omninò est, cum nec de sententia, & ne quidem de declaratione ipsa loquatur vir doctus. Equidem (cum probasset, iusta causa interueniente, per Summum Pontificem diminui posse pensionem quandam aliàs Monasterio indictam:) Subdit ad eam diminutionem roborandam, nec citatione eius opus esse, qui ex ea læderetur:

b de feud. tom. 2.

c in allegat. consil. 364. mihi 369. n. 29.

Quia (sunt verba ipsius) *cum Princeps iusta ex causa ius alterius nedum imminuerit, sed infert* (lego aufert) *per viam extraiudicialem illius non est citatio necessaria*. Rectè quidem: *quia* (vt statim subdit) *cum tunc illo inuito agere possit, pariter eo inscio, & absente.*

Aliàs enim nimis in angustum indulgentia Principis cogeretur: Sed quam diuersa esset hæc Romani traditio àb ea, quam profitetur Maximilianus sententia, viderunt ijdem Academiæ Patres: ideòque fingentes longius ire superuacaneam eàdem ibidem re-

stantur ex eo, quod de re nihil ad Rempublicam nostram, sed ad Romanum Imperium pertinente Maximilianus decreuerit. Sueta, nimirum, peruicacium in errore calamitate, qui quo pluribus tueri susceptam tentant sententiam, eo in maiores se inducunt difficultates, illius ad instar auiculæ, quæ summis pedibus visco implicita, quo alarum remigio, rostroue enixius explicare se procurat, eo pluribus nexibus implicatur & heret Cognita habuisse illius Academiæ Patres, si non omnia, saltem plura Reipublicæ nostræ Iura de re Finariensi, constat ex eodem responso *a* vbi de Adurniano Laudo, *b* de gestis Marchionum post idem Laudum, & illius occasione meminerunt, quæ adeò non dissimulauerunt, vt meticulosi vitio eadem infamare infelicissimè tentauerint, *c* & tandem *d* ea omnia hac eadem sententia reuocare Maximilanum, & voluisse, & potuisse contendunt. Qua modo fronte asserere audent, Genuenses audiri non debuisse, cum res ipsorum non ageretur? Si verò res Genuensium non agebatur, qua ratione, aut vi tanto nisu, & apparatu de ea obijcitur contrà Rempublicam? Quid ni igitur dicamus, nedum pedibus, sed & rostro, & alis eos, suismet scilicet argumentis, non secus ac auiculas implicatas deprehendi?

a nu. 18. & 25
b & nu. 31. cũ seqq.
c num. 25. cum seqq.
d num. 35. & 36.

De mendacio redarguuntur preces Alphonsi in Inuestitura Maximilia. Cap. LX.

Sed parum sit demonstrasse iniustum, irritumque hunc sententiæ in inuestitura Maximiliani Iudificatorium commentum, ni etiam ineptum demonstrauero. Propter alienationes præcipuè inconsulto Cæsare factas, de quibus in Alphonsi precibus, reuocatur ad Fiscum, hac sententia, Finarij Marchionatus; nec de qua potissimum alienatione, cui, quando, vel quomodo facta, vlla commemoratio: contrà omnes rei iudicatæ formulas, quæ ad sedanda litigia non generatim, sed specialiter, & certis omninò terminis circumscriptę, cõcipiendæ sunt *e* cui malo eò minus indulgendum est, quò impossibilius ex Alphonsi narratione, quæ eodem prorsùs incertitudinis vitio laborat, subueniri posset. Sed & hæc vti leuiora condonemus.

e l. 1. l. fin. & tot. tit. C. de sent. quæ sin. cert. quant. l. quid tamen 25. §. pen. ff. de recep. arb.

Sanè Ioannem Alphonsi Patrem, vniuersum possedisse Marchionatum Finarij, probant documenta sæpius edita N. 3. Q. 3. nec ab eo, Alphonsoue eius filio, vllam partem alienatam fuisse vnquam auditum. Lazarinus verò iunior Alphonsi Auus, tam abfuit ab aliqua alienatione, vt exceptis vncijs duabus Georgino Patrueli reseruatis, ac debitis, totas vncias decem (quot nunquam alius ex Marchionibus ab Antonio Atauo) ad Galeottum primogenitum transmiserit, vt documenta illa E. 3. H. 3. plenè demonstrant. Hinc manifestum, à Lazarino Auo ad hunc

Alphon-

Alphonsum nepotem nihil admissum per alienationes à Marchionibus eisdem esse, quod ad Fiscum Regium reuocandum fuisset.

Dicet aliquis parum referre, alienauerint illi, vel ab alijs quęsitum habuerint, cum feudale iudicium in rem, & contra possessorem feratur: quinimo nec alienationem desiderari, si Castelfrancum respiciamus Reipublicæ à Marchione Ioanne dimissum *lit.* M. 3. & silentibus cæteris, vnum Adurnianum laudum, quo potissimum nituntur iura clientelaria Reipublicæ, satis loqui, cui obstrepunt Italiæ Academiæ. *a*

Demus vera omnia. Concedamus Alphonsum de alienationibus suorum loquutum, de acquisitionibus intelligendum, & quæ crimini dabat Auo, Patrique, ad illorum Maiores extendamus, quorum ipsorum meritis tanta postulata imputari dignum censebat. Admittamus Guercios Sauonæ Marchiones, generis Marchionum Finariensium auctores, Finarium clientelari seruitute Imperio Romano subiecisse, nulla temporis præscriptione, etiam vltrà hominum memoriam, delenda. Reponamus inter Alphonsi Auos Alaramum, eumque vncias duas dominationis contra ius, & fas ad se trahentem, & de octo ad summum loquutum, assem vniuersum ita Carolo subiecisse, vt centenaria præscriptio, ad consequendam non valeat, toties per eadem tempora vsurpatam libertatem. Faciamus denique Castelfranchi Arcem ab Imperatore erectam, ab Imperatore Marchionibus clientelari iure permissam. Vno verbo, non conniuentes, sed oculis pœnitus orbati, sequamur quò ducimur. Circa dimidiam ad summum partem Marchionatus Finarij alienationes, quæ crimini dantur, contigerunt, illam scilicet dimidiam, quam ab Henrici posteris, pretio dimidij Marchionatus Clauexanæ, comparatam, clientelari statim iure Respublica nostra Georgij posteris Adurniana transactione concessit. Reliqua vero pars dimidia, quam idem Georgius ab Antonio patre, & , Iacobo Apuo hereditaria successione habuerat, & quasi per manus vtriusque Lazarini, & Ioannis traditam, ad hunc Alphonsum trāsmisit, cuius dimidiæ partis intuitu, nulla vnquam nec ab aliquo ex Marchionibus prædictis pręstita fuere clientelaria obsequia, ne dum Imperatori, sed nec Reipublicæ quidem nostræ: nulla vnquam impetrata, nunquam petita à quopiam inuestitura. Hæc, inquam, pars dimidia, nunquam alienata, semper à Patre in filium, à Iacobo illo Friderici minoris genero, ad hunc Alphonsum optimo successionis iure, nullius vnquam requisita, nec expectata auctoritate, possessa: quo Iure, seù verius ad cuius iniuriam in Fiscum

a Bononiensis num. 18. cum seqq. Patauina ad nu. 19.

Fiscum ablata? Excors planè sit, qui non cognoscat, & fateatur, eam in hac officina fabam cudi, vt fraus fieret Reipub. nostræ; quæ sola, confictis de se, suisque ab Alphonso criminibus, inaudita plecteretur; Ille verò, ministerio adumbratæ cuiusdam in Fiscum reuocationis, Imperatoria auctoritate, in præmium violatæ fidei contra Rempublicam Genuensem, firmius (vt rebatur) dominaretur.

Vanitas conatus Alphōsi in hac inuestitura Maximiliani detegitur. Cap. LXI.

Quod ipsum, vt in hac scena simplicius exponamus: Si quæramus ab Alphonso, illisque omnibus, qui hoc Maximilianeo rescripto contrà Nos vtuntur; Cur Imperator clientis precibus fatigatus, vt Princeps, Iudicis assumpta persona, iudicialia beneficijs miscuit, & (quod rarò aliàs) sententia in Inuestitura abusus sit? Cur, si precibus exoratus, non satis habuit, secus ac oportuerat admissa, vel neglecta Maiorum suorum ei remittere, quod etiam in crimine perduellionis licere testantur iura Feudorum: *a* & remisisse intelligeretur per solam ex integro inuestituræ renouationem? *b* Illo ad interrogata hæc obmutescente, res ipsa quodammodo loqueretur, Hæc haud dubiè suffectura fuisse Alphonso, vt securus esset ab Imperio Romano; Maximiliano verò exuberatura, vt Marchionum obsequia prompta parataque haberet; sed neutri accommodata ad obruenda Reipub. nostræ Iura: Huc spectare fictitias illas (vltrà sententiam) auocationem, & retrodationem, facto, si res seriò ageretur, omninò expediendas. *c* Vt indè scilicet posset Academia Bononiensis causari. *d* Alphōsum hunc ab Imperatore vtcunque consequutum Marchionatū, quadriennalis præscriptionis clypeo tueri se posse. *e* Sed vbi facto opus est, verba non sufficiunt. Et quatenus sufficerent (vt liquidò appareat nihil ad rerum summam prodesse contra ius, & æquum vndecumque quæsita, vel mendicata suffragia) non quadrare rei, de qua agimus, iuris illam haud sanè æquam de quadriennali præscriptione dispositionem, septem argumentis euidentissimè probat Præses Menochius *f* Inter quæ illa eminēt, non cuiuscumque rei, nec quomodocumque, vel à quocumque Principe distractæ, ius illud de quadriennali præscriptione sancitum: sed ijsde rebus solummodo, quæ bona fide à Principe prius possessa, & sub hasta exindè exposita, in eum, qui in bona pariter fide æquè versatus fuerit, liberè conferuntur. Quæ quātum distent ab his Alphonsi clandestinis rerum ludibrijs, verborumque figmentis, & Menochius docet, & nos in huiusce Maximilianeæ inuestituræ examine fusius exposuimus.

a Scad. latè in 2. part. quart. part. princi. palis section. 14. per tot.

b Scad. vbi supra.

c DD. in c. constitutus il 2. de appellat.

d d. resp. 2. cons. Finar. n. 65. & 66.

e l. benè à Zenone C. de quadr. præsc.

f d. resp. 2. cons. Fin. nu. 99.

A quo tamen antequam recedam, continere me non possum

quo-

quominus aperiam quò direxitit clandestinam hanc clientis Finariensis perfidam Maximilianus; quæ si intra cancellos tenebris damnati stetisset diplomatis, haud satis digno pretio, (etiam apud illos, qui imperandi libidini cætera posthabent omnia) videri posset: leges societatis, & hospitij, quibus Adurnijs, & Ludouico Sfortiæ obstrictus esset temerasse. Maiora nimirum iam tum voluebat animo Cæsar, quæ mox erupere, quibus quoquomodo illigari Finariensium Marchionum conscientiam opportunissimum ducebat: cognitis namq;, inspectisque dum Genuę ijsdem temporibus diuersabatur, intestinis Nostrorum discordijs, spem concepit Gibellinæ prætextu factionis (quod Conrado Secundo Romanorum Regi fortunatissimè olim contigerat) facilè se dominatum florentissimæ, & ad summa quæque opportunissimæ Ciuitatis consequuturum. Cuius quidem factionis Princeps licet in Liguria essent Adurnij; hi tamen Adurnianæ factionis potentiam ex Guelfis simul cum Gibellinis tam ex Popularibus, quam ex Patritijs conflatam habebant; qui æque proni, facilesque in asserendo Adurnijs Patriæ Principatum; ac erant intractabiles; vbi sub tanti nominis Cæsare de resumendis viribus Gibellinæ factionis toties à Guelfis fractæ ageretur. Hinc Maximilianus clam Adurnios, peculiares, & suo tantum nomini deditas Partes, vt in tempore ad inuadendum Dominatum vteretur, in Liguria comparabat, vt paucis post annis innotuit. Neq; enim diù sub Adurniorum administratione, & Ludouici Sfortiæ Imperio perseuerauerat Respub. nostra, vt paulò ante cômemorabam; sed spoliato, scelere quæsito Principatu à Gallis Ludouico Sfortiæ in præmium perfidiæ erga fratris filium, & impietatis erga communem Matrem Italiam cuius claustra externis hostibus aperuerat: ijsdem vicissitudinibus conflicata Genua Regis Galliarum Ludouici certis conditionibus Imperium agnouerat. Cuius vi: Gibellinis oppressis: metuque quiescentibus Adurnis, Fulgosijsque solæ Patritiorum, ac Popularium pestiferæ Factiones, quò amicabilius, æquiusque compositæ, vt æqualiter inter homines vtriusque, Magistratuum munera, & honores diuiderentur, eò firmius, pessimo publico, fuerant stabilitæ. Quandoquidem Populares, qui siuè Adurniorum, siuè Fulgosiorum, sui semper corporis, Ducum prærogatiuis iamdiù assueuerant, illorumque splendore, ac vi, primas semper partes in administratione Reipublicæ obtinuerant, illam eamdem æqualitatem in longè dispari capitum numero haud æquis animis patiebantur. Sed praua ambitione stimulati excitatis humiliorum animis, quorum

ex irri-

ex irrito conatu minor dedecoris cura; res vtcumque compositas turbare cœperunt. Quæ paulatim eò deuenerunt anno, à salute humani generis 1506., vt Plebs contempta legum, ac Magistratuum Maiestate, spretaque Præfecti Gallici reuerentia, sumpta occasione ex interitu Viscontis de Auria Patritij generis, quem nil tale meritum ipsa Plebs, in tumultu quodam leuissima de causa temerè exorto, barbarè interfecerat; arma quam tumultuosissimè arripuerit. Et regi inscia, ignaraque quò se piaculo aduersus Gallorum Regem obstringeret, octo ex suo corpore quàm audacissimis in Tribunos Plebis electis: vi à Magistratu decretum extorsit: quo duæ ex tribus Magistratuum partes popularibus, reliqua tertia Patritijs relicta, demandarentur imposterum. Quod decretum à Præfectis Regijs, ac Rege ipso, ad sedandas insanientis multitudinis iras probatum, eiecit à Patria potentissimos Patritiorum. [a] Qui ex longa assuetudine gnari animorũ Plebis, seq; iam pulsos loco, facilius ad ima præcipites actum irj; quam ex æquo pulsi fuissent; quæstique de Præfectorum Gallorum ignoratione mixta timiditati, qua proteruiæ Plebis obuiam ire ausi non esset, ad armorum subsidium confugerunt. Hisce stimulis vndique concitati Genuenses Maiestati, & Imperio Galliarum Regis; quod omnes saluum æquè volebat; omnes (quod rarò aliàs) inter se diffidentes æquè insultabant. Nec hìc stetit audacia Plebis, sed spretis etiam saluberrimis monitis Ciuium honestissimorum popularium, qui serò edocti: longe facilius factu esse, concitare multitudinem quam concitatam: ad certam, sanamque consiliorum rationem dirigere; motus illos sedare tam enixè, quam frustra tentarunt.

[a] Fol. lib. 12. Franc. Guicc hist. lib. 6.

Quinimò Patritiorum armis plebs irritata, expeditionẽ contrà Monachum, vt ex illa firmissima Arce Patricij generis Grimaldos eijceret; tumultuario immisso terra, marique exercitu temere suscepit: questaque se à Primoribus Populi, quorum commodis ad arma iuerat, deseri, & communem omnium salutem præpostera ambitione inimicis prodi; eò impudentiæ processit: vt ima summis nedum confundens, sed præferens, Rege Galliæ abdicato, vilissimo cuidam, vltimæ sortis homini, Fulonica arte despectissimo, sed audaci; in perpetuum Genuensis Nominis dehonestamentum, supremas Reipublicæ partes, sub Ducis nomine, demandauerit. Seditionem hanc (quotquot vllo vnquam tempore fuerũt in Ciuitate nostra turpissimam, & calamitosissimam) qua Potentissimi Gallorum Regis arma, tunc temporis vniuersæ Italię formidolosa, contra Rempublicam Genuensem meritò prouoca-

uocabantur; an aliquis ex Procerum numero siue Ciuium, siue externorum fouerit, incertum adhuc apud Annales. Id solum tam nostri *a* quam externi *b* habent nō prætereundum: statim post degeneris, & abortiui Ducis electionem, Gallicis reuulsis, Maximiliani vexilla in publicum prolata fuisse, cultaque. Quæ sine fructu insania imputetur sanè consternatę multitudinis timori, ac exquisiti generis adulatione captantis generosi Cæsaris aduersus ingruentium Gallorum arma patrocinium; prout hactenus factum fuit. Ego verò, vt non ex charitate nostri Maximilianum apud Galliæ Regem furentium Genuensium causam egisse *c* numquam adduci potui, vt crederem: minusque nullo certo auctore, vel consilio imperitam multitudinem rem tantam ausam; Ita in præsentiarum, argumento deseruiens meo: quo vndique confeci hanc Maximiliani ad Alphonsum Finarij inuestituram; pro maiori adductorum comprobatione habeo vndè affirmem: Maximilianum, Adurniosque, eos motus clam fouisse; & alieno periculo ex tuto captasse: an ex negligentia Gallorum, vel ex inconsulto Plebis furore aliqua se daret occasio: illi Patriæ Principatum, cui spei inutriti erant: ille Liguriæ concupito Imperio, cuius desiderio flagrabat, & , cui inter cætera contra ius, & fas inuestituram Finariensem dederat, potirentur. Qua de re, domesticum illud quidem, sed omni fide dignissimum profero documentum. Hieronymus de Turri Gentilis meus Adurnianæ non solum, sed & , Gibellinæ factionis in Orientali ori ora Ligustica facile Princeps, & hoc potissimum nomine per Augustinum Adurnum primas tum partes in Republica obtinentem Maximiliano Cęsari Genuam aduenienti conciliatus, quem & ad Rapallum sumptuoso suscepit hospitio, Pisasque nauiganti ornatissima balistariorum manu (quo militum genere Liguria plurimū valebat) sequutus est; magnum gratiæ gradum apud eumdem obtinuit. Is igitur Hieronymus turbis prædictis tum maximè vigentibus inter Adurnos, & Maximilianum fidissimus Internuncius, eiusdem Cæsaris commentarium rerum in Liguria administratarum Fato functus in reditu immaturo, moriens posteris reliquit: Et cum commentario epistolas non paucas eiusdem nomine scriptas Ligusticis Proceribus, & quamplura alia documenta, authographa omnia, ex quibus manifestè deprehenditur non solum specioso prætextu recuperandæ libertatis à Gallis, rerum capita sollicitasse ad capescendā Rempublicam, magnisque propositis præmijs ad res nouas sollicitasse; sed etiam eadem liberalitate, qua Aduersus Alphonsum Carrettensem, Præfectu-

a Foliet. lib. 12

b Franc. Guicc hist. lib. 7

c Foliet. & Guicc. vbi supra

ras Liguriæ, & inter præcipuas Albinganensem ipsi Hieronymo, stipendiaque quamplurimis alijs iam tum distribuisse. Ex quibus documentis, quæ cura Turrini de Turri ex Hieronymi posteris asseruantur, commentarij prædicti, & epistolæ ad eumdem Alphonsum Marchionem Finariensem exempla, quæ propius rem
T. 3. nostram attingunt excerpsi, & ex fide do. T. 3.

In quibus illud præcipuum ignaris rerũ nostrarum animaduersione dignum propono, meo potissimum deseruiens argumento: Commentarium loqui de Ioanne Aloysio Flisco Guelfarum partium in Liguria Principi, vt de inimico: de Spinulis autem, Aurijs, & Rauaschierijs vnà cum Adurnijs vt de amicis; licet Aurij, & Rauaschierij Fulgosiorum fautores Adurnijs aduersarentur, sed tamen omnes Gibellinarum idest suarum partium essent. Et quod caput est, de rebus Ligusticis Maximilianum loqui, vt Dominum, sed inter suos, sed clam; vt non secus ac ceperat in Finariensi inuestitura, non aperto iure, sed occultis dolis abusu Gibellinæ factionis grassaretur, & viam sibi ad optatum Liguriæ Principatum, si qua ratione posset, aperiret. De qua tamen Prouincia dum palam, & in theatro totius Christiani Orbis agebatur, in celeberrimo scilicet illo Conuentu Cameracensi, quo Maximilianus ijsdem plane temporibus anco scilicet à Deo nato 1508. cum Summo Pontifice, Galliarum, & Aragoniæ Regibus in perniciem Venetæ Reipublicæ coniurauerat: Nullum pœnitus Imperium in littorali Liguria sibi vendicauit. Percussis siquidẽ Fœderibus cum Ludouico Galliarum Rege, inuestituram ei, posterisque de Mediolanensi Ducatu, ingenti recepta pecuniarum vi, vt de Prouincia Romano Imperio obnoxia concessit: a nulla, ne quidem minima, mentione facta littoralis Liguriæ, quæ non secus ac Mediolanũ sub eiusdem Regis Imperio tunc temporis quiescebat. Hi erant igitur Maximiliani mores, quos sæpè ac sæpius ad satietatem expressit Franciscus Guicciardinus, culpę ei tribuens, quod ingentibus animis maiora semper concupisceret, quam quæ re consequi aut deceret, aut posset; vt meritò eisdem imputare possimus irritam, & ludibrijs expositam, si innotuisset, quam supra plenissimè reieci, ad Alphonsum de Finario inuestituram. Cuius quidem inuestituræ examen minus inuidiosè clausero, si, circumscriptis etiam omnibus, quæ hactenus disputaui, tanquam coram Iudice, forensi more responsurus, vnà cum iuris Interpretum Schola dixero; Rescriptum hoc Maximiliani, siue sententiæ, siue beneficij, siue aliam quamlibet speciem nouus Protheus assumat, ex falsis Alphonsi narrationibus

a *Franc. Guicciardin. hist. lib. 8.*

tionibus elicitum, nullo penitus in pretio habendum, nec fraudi esse posse Reipublicæ Genuensium, præsertim non monitæ, nec citatæ *Excurs. 96.* Nec putandum, quibusuis verborum formulis, etiam prægnantissimis, Imperatorem vsum, voluisse auferre aliorum iura, nec potuisse ea, quæ non habebat perspecta *Excurs. 97.* In primis verò sicut Alphonsus de iure non potuit, prostrando se, suaque auctoritati Cæsareæ, excusso Reipub. iugo, auctò illam spoliare dominatu *Excurs. 98.* non magis potuit Cæsar super re ad Rempub. pertinente decernere, tradente I.C. a *Extra territorium Ius dicenti impunè non paretur: idem, si supra iurisdictionem suam velis Ius dicere.* Excurs. 96. Excurs. 97. Excurs. 98. a l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.

Quod responsum, interpretum summus Acursius sic intelligit, & extendit.

Siue dicamus inter non suos subditos, siue inter suos subditos: de possessionibus tamen, quæ sunt in alterius territorio, in quibus vult facere exequutionem: siue etiam inter suos, & de rebus intrà territorium: ipse tamen est extra territorium, quando iudicat. Quem vniuersa sequitur Interpretum Schola.

Totius controuersiæ cũtra Lagunã conclusio. Cap. LXIII.

Hactenus res Finariensis (si bellorum casus excipias) immota apud Genuensem Rempublicam stetit. Quid enim vnquam vel vtriusque Friderici ad Marchiones Sauonæ, vel Caroli ad Alderamum, vel Maximiliani ad Alphonsum rescripta mouere à cum clandestinè surrepta, vsque adeò semper alto sepulta fuerint silentio, vt inter tot turbas, quibus Liguria vniuersa, & Finariensis præcipuè res agitata fuit, inter tot belli, & pacis conditiones toties initas, toties repetitas, nunquam tamen (cum sæpius oportuisset) vllus ex tot Marchionibus, vel ex pluribus Romanorum Regibus, huiuscemodi clientelare ius Romani Imperij interposuerit. Stetit, inquam, & perdurauit vsque ad annum reparati humani generis millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum, quo anno sub Alphonso iuniore turbæ Finarienses exarsere, quas superius recensui b Nam Caroli (huius nominis Quinti, sed gloria rerum gestarum nemini secundi) inuestituram hic referre non est necesse, cum ea tota quanta est, Maximilianeæ, quam ad satietatem reieci superius, innitatur. b cap. 3. & cap. 9.

A quibus turbis vsque ad hanc diem Nostrorum in illa Marchia Ius, quod sæpius à veritate laborare ex Liuio didicimus, licet non oppressum, pressum tamen & loco quodammodo motum, hilari haudquaquam animo agnoscendum est: tum Ferdinandi Austriaci decreto, quo Alphonsum iuniorem, quasi Marchionatu nostris armis spoliatum, restitui nedum iussum, sed obtentum

 fuit:

fuit: tum & multò maximè artibus illis, quibus Procerum suorum impulsu, Rex Potentissimus, armis primùm contra Cæsarianos sequestres, conditionibus deindè à Sfortia Andrea Marchione, inuestitura demum à Matthia Cæsare Finariensem tractum Mediolanensi Prouinciæ addere concupiuit, &, ni ius, fas precibus mixtum amicissimæ Ciuitatis apud Regem valuerint, addidit. Quarum rerum examen, nec totum præterire instituti ratio, nec fusius exequi modestia mea patiuntur. Illud sanè ad Cæsareum decretum præterire nefas esset; cuiuscumque tandem ponderis illud sit, vniuersum imprudentiæ Oratoris nostri ad Ferdinandum Cæsarem adscribendum: qui certis mandatis iussus, ità accusationibus Alphonsi satisfacere, vt nullam prorsùs admitteret speciem adornati, institutiue ea de re Iudicij; ita tamen mortalium ineptissimus se gessit, vel fiducia Iurium, vel Cæsarianorum fallacijs, vt Elogium illud (apud Nostros vulgatissimum) sit meritus; quo illum Cæsar ipse (in eiusdem reditu ad Rempublicam nostram rescribens) insigniuit his verbis: *Remittimus vobis NN. Oratorem vestrum Iuris satis imperitum* (erat enim professione Iuris peritus) *qui post conclusum in causa, allegauit Iudicis incompetentiam*. Quam tamen imprudentiam, constantia redemit, & detrimentum, quod attulit patientia, compensauit audacia: prouocatione ad Sanctissimum interposita, eò magis facienda, quò minori necessitate, cum vt Valerianus, & Gallienus Augusti rescripsere: a *Non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia Iure non teneat*: deficiente scilicet in decernente potestate. Sed accepti vulneris cicatricem, prouocatione vtcumque obductam, inclementer aperuit restitutio Alphonsi ad Marchionatum, quam eamdem decreto illo pro Imperio prius iusserat Ferdinandus. Veritati enim, quantumuis noxiæ, vel ingratæ parentandum. Malè excusare, vel tueri possumus, verbo propulsatam iniuriam, si facto ipso eidem, licet haud sponte, consentimus. b Imputandum hoc ignorantiæ antiqui moris Maiorum nostrorum, qui, nimio libertatis studio, hostilia contrà Imperatorem, nolentes, admiserunt; dum, contrà Gentium Iura, violato Cæsareo Feciali, vetitoque demandatum exequi munus, non minùs iram Cæsaris, quam bonorum omnium reprehensionem meruerunt. Quæ noxa, piaculo aliquo haud dubiè luenda, gratiæ debemus Potentissimi Hispan. Regis, (quo intercessore vsi apud Patruum Imperatorem fuimus) intrà fines restitutionis Marchionatus Finariensis stetisse: Ea præsertim indita lege, idipsum nequaquam fraudi Iurium Reipub. nostræ fore, sed integra omnia cognitioni

a *l. Magistrat. C. quãd. prouoc. non sit necess.*

b *l. si filius familias §. 1. ff. quod cum eo qui in alien.*

refer-

reseruanda, non alterius cuiusquam arbitrio, sed eius ipsius quo intercessore vsi fueramus, & in quo spes nostræ omnes semper repositæ fuerunt, maturius decidenda, vt alibi exposui *a* Sed simul cum noxa piaculo præteritis Maiorum nostrorum, quibus si non oportet, non irascor. Quod ad rei caput attinet, certum, &, vt Poetæ verbis vtar, *Hic murus aheneus esto*, quantumuis decreto illi restitutorio Cæsaris obtemperatum appareat, non propterea læsam Reipub. Genuensis Libertatem, vel diminutum Imperium. Quandoquidem circumscripta etiam causa, à qua verè processit restitutio, cui meritò restitutio ipsa ascribenda est. *b* Et Iura vnicuique permittunt, Iudicem aliàs non suum, certa aliqua in causa, quasi suum agnoscere, ac pati, absque vlteriori quoad cætera subiectione. *c* Et expresse statuunt, quicquid in possessorijs Iudicijs decernatur, saluam semper esse dominij quæstionem ex vulgatissimo illo Vlpiani oraculo; *d* *Nihil commune habet proprietas cum possessione*. Grauius premunt, quam vt oratione submoueri possint, ea, quæ hac eadem in re Finariensi, Mediolanensis Prouinciæ Gubernatores Alburquercium armis inuasisse, Velascum conditionibus transegisse exposuimus alibi *e* duriora omnia effecta Matthiæ Cæsaris inuestitura, & plurium demum annorum apud Potentissimum Regem possessione inexpugnabilia. Quibus quid ego opponam? aut quid non opponam? Vituperabo ne iniquum, atrox, cruentum Alburquerchij facinus, qui, Catholica M. inconsulta, frigidissimo Gallicorum armorũ prætextu, veris armis inuasit, & occupauit Finariensem tractum ad Regias ditiones nihil tunc temporis pertinentem? Non faciam: cum de re agatur conditionibus iamdiù sopita apud eos, ad quos potissima iniuriæ pars pertinebat. Conquerar potentissimum Regem, tam latè dominantem, tot Regnis optimo Iure potitum, tot nobilissimarum Prouinciarum Dominum, ijs finibus, vt Sol perpetuò vagus, eis omnibus occidat nunquam, modicum tractum sitientium arenarum inter Liguriæ scopulos situm, amicissimæ Ciuitati inuidisse? Nequaquam preces nostræ toties spretæ querelarum modum indicunt, & pretium eleuant. Quid? iure habenda pro infectis omnia, &c., restituenda contendam? Nihil minus. Ausim dicere, nec id ei (tanta est humanitas Regia, & erga suos indulgentia) vbi velit, per suos licere. Quid faciam? Quam paucissimis probabo fieri de iure non potuisse, nec patiar ea parte virium, qua præualemus, insultari nobis impunè, spei plenus: Catholicam Regiam Maiestatem de iuribus, &c., veritate rei tandem edoctam, ità iussa sua in posterum moderaturam, vt intel-

a cap. 8.

b DD. l. 1. C. de cond. ob caus.

c l. 2. ff. de iudic.

d l. naturel. ff. de acq. possess.

e cap. 10. & cap. 11.

ligant sui, non omnia eis in re Finariensi, contra nihil tale meritã Rempublicam, permitti; sed ea saltem, quæ Salariam rem, marisque Commercia respiciunt, vt sanctè repromisit, vt toties iussit, in integrum restituenda, conseruandaque.

Aio igitur, res, de quibus lis pendeat, vel quomodocumque litigiosas, etiam ante ceptum Iudicium, in Commercio non esse, sed frustrà omninò de eis inter se homines distrahendo pacisci: Et proinde irritas prorsus venditiones omnes, & aperto Iure reprobatas, quæ huiusce modi de rebus celebrarentur etiam ab ignorantibus earum vitium; nec mirum; cum iura, quasi dolo malo initas, auersentur. *Excurs.* 99. Multò certius, quæ Potentioribus fierent, & clientelaria Feudorum iura respicerent, inuoluerentque: manifesto Dominantis incommodo obsequia propterea sibi debita difficilius exacturi, seu verius non exacturi. *Excurs.* 100. Si verò superaddamus ipsimet Iudici venditionem factam esse; Tum verò nullo verborum pondere, nullo prætextu, nulla iurisiurandi religione sustineri, vt iura in vniuersum decernunt. *Excurs.* 101. Ita ratio, & Gentiũ ius fortius euincit in eo Iudice, qui demandatas sibi sacrosancti muneris partes adeò inuertit, vt loco Disceptatoris, Litigator effectus, in rem suam litem vertat. Qua de re, licet in bona suorum causa, quid senserint Consules, & Senatus Romanus, refert cognoscere ex Liuij verbis: a

Excurs. 99.

Excurs. 100.

Excurs. 101.

a lib. 3. in fin.

Orare ne pessimum facinus peiore exemplo admitterent Iudices in suam rem litem vertendo: cum præsertim, etiam si fas sit curam emolumenti sui Iudici esse, nequaquam tantum agro intercipiendo acquiratur, quantum amittitur alienandis iniuria sociorum animis. Nam famæ quidem, ac fidei damna maiora esse, quàm quæ æstimari possint.

Cum igitur decretũ Cæsareũ ad Regiã Catholicã M. Regium ad Mediolanensem Senatum de controuersia Finariensi dirimenda, litem, litisque disceptatorem ostendant: conditiones verò, quibus à Sfortia Andrea eumdem Marchionatum comparatum est. Laguna diutiùs latere non sit passus; in quas angustias, de re leuissima Regiũ Nomen, Famamque coniecerint Administratores Regij; quantæque inuidiæ nobilissimum Nomen obiecerint, malo per alios æstimari, quam verbis meis intelligi. Illi sanè varij, & inconstantes, in huiusce rei administratione ita se gesserunt, vt inter contrarios conatus, & secum inuicem pugnantes, lapsos facilè deprehẽdas. Quem armis occupauerat Alburquerchius Marchionatum anno Christi 1571. eodem conditionibus Velascus potitur anno 1598. & cuius Forensi more veram possessionem iniuerat Pontanus anno 1602. fictam consequebatur Ognatus; Inuestiturã anno 1619.

Sed

Sed ijs verbotenus conciliatis, vel vtcumque, conditione tēporum excusatis; illud certè nulla ratione conciliari, vel excusari potest; Quem re vera pretio emptum à Marchione Sfortia Andrea scimus, & Laguna toties profitetur Marchionatum, post viginti totos annos eumdem beneficiario iure à Matthia Cæsare, in gratiam arctissimæ cognationis, & in præmium ingentium erga Christianam Rempublicam meritorum, Hispaniæ Regi donatum legimus, & ita donatum, quasi successore omninò vacuum: cum tamen Carolus Doria Carrettus cum numerosa prole adhuc superfit, qui, Zanobiæ Matris sanguine, Alphonsi senioris proles est, & in Maximiliani ad illum inuestitura, inter Marchionatus Finariensis successores rotundis verbis includitur. Vsque adeò seruientes mendacio, veri spernunt conscientiam.

Dicent fortasse; Si vlli vnquam, emptori certè crimini nūquam datum; rem eamdem pretio emptā fuisse: iniurium propterea me, qui Hispaniarū Regem ingenti pecunia à Sfortia Andrea, ingentiori merito à Matthia Cæsare Marchionatum comparauit, coarguam, eo indignius, quò certius, nec successorum illorum me, nec Cæsaris partes tuendas suscepisse. Ego verò nec venerationis tanto Regi debitæ adeò sum oblitus, vt velim, nec modestiæ meæ, vt possim præstringere obliquè, nedum subsannare prudentissima, rectissimaque Regis consilia. Lamentor in illo vno pessimam omnium Regnantium conditionem: quibus cum pleraque omnia ad Reipub. administrationem pertinentia, alienis oculis inspicienda, alienis manibus tractanda sint, earum rerum subeunda est inuidia apud præsentes, & ad posteros propaganda, quæ oculus, & manus Regiæ respuissent, & reiecissent longius. Conqueror Patriæ meæ nomine de Regijs, qui eisdem artibus, licet alio consilio, famà Regem ad posteros, Rēpublicam Genuensem Finariensi Marchionatu æquè immerentes priuare contendunt. Et cum ex eis aliquis sciat, & profiteatur, inque rem suam trahat: nedum in conditionibus cum Sfortia Andrea initis, sed fortius in adipiscenda possessione Marchionatus, nulla petita à Cæsare venia, nulla requisita auctoritate; Finariū Feudali seruitute Imperio haudquaquam obnoxium esse; quod ipsum Respub. Genuensis iure contendit: alius verò decimo septimo ab accepta possessione anno, tanquam extincta Carrettensium successione, de eodem, vti de Imperij Feudo, inuestituram falsò consequitur, quod Respub. Genuensis iura subuertit: Iàm clarius patet, contrarijs hisce conatibus, & inuicem pugnantibus, solam Rempub. Genuensem, quam minus oportebat,

quæ

quæ omnia in Hispaniarum Rege reposuerat, peti, Et hactenus liberales de Regio patrimonio eos fuisse, vt quoquomodo cōcupito Marchionatu potiantur, ea auaritia contra bene meritā Rempublicam vtuntur, vt rapacitatis vitium Regio inurere Nomini non formidarint. Grauiora prætereo, dum solum abominor rapacitatem, quam laudi etiam antiquitus datam legisse me memini a Si vera sunt, quæ Lælius Pignonus Orioli Marchio, sua, & maiorum suorum erga regem fide, inter Neapolitanos Dynastas notissimus, eidem Velasco secundùm Mediolanensis Prouinciæ Gubernatori, commentario complexus obtulit, & Typis euulgauit; quæ vt ad manus meas peruenerunt ex fide reddo *litt.* V.3. si vera, inquam, sunt, prout aliàs non ausurum tam fœda exprobare eidem, qui gesserat, persuasissimum habeo. Certè dum in eodem commentario lego, eundem Lælium per Constantiam vxorem, ex sorore Sfortiæ Andreæ nepotem, successioni proximum, suasu Administratorum Regiorum, & ingētium spe præmiorum impulsum, omnem mouisse lapidem, vt Sfortia Andreas eis de Finario obsequeretur, quinimò fructuosissimas sibi, reiecisse oblatas à Patruo conditiones in contrarium nitente, spretisque eiusdem iussis, & cum iussis certam paritionis mercedem, solas spes Regias sequutum in illorum auctoritate perseuerasse: Gubernatorem verò, post approbatam sæpius exquisitissimis verbis Lælij operam, post ingentes Regis nomine pollicitationes; tandem ad eiusdem postulata, quæ, in præmium abdicatæ successionis, proponebat: hæc subiecisse:

a *apud Thucyd. lib. 1.*

Recibo los sobredichos Capitulos, que el Señor Marques de Oriola offrece à sù Magestad, y à mi en su real nombre, de los quales darè luego parte à sù Magestad, y prometo, que en termino de seys meses mādarà à sù Magestad lo que fuere seruido, y se le offrecierè sobre este negotio. Datur en Milan al primo de Marzo 1598. Iuan de Velasco Condestable.

Sed decimoseptimo ab illo non amplius die, eundem Velascum Gubernatorem cum Sfortia Andrea transegisse nulla Marchionis Oriolæ, nisi inter preces, à patruo facta mētione, (quas etiam preces irritas fuisse, & rerum exitus, & hic ad eundem Velascum querelarum cumulus, seù verior miseriarum deploratio demonstrat.) Tum verò nec quid amplius legam, nec quid amplius scribam reliquum habeo. Si fide Regia, qua nihil in terris sanctius; nihil ad constituenda, conseruandaque Imperia validius; nihil aptius ad animos hominum conciliandos, retinendosque; illi, qui eam oppignerandi facultatem iactant, & splendidissimas Præfecturas gerentes, præseferunt, ad decipiendos amicos, subiectosq; abutun-

abutuntur, iam me pœnitet laboris mei, studij pudet: at proprior sum, vt laudem Lagunæ ingenium, non fallacijs, ac dolis, sed aperto voto grassatum; Qui quasi cum Turcarum Tyranno, non cum Catholica Regia Maiestate loqueretur, opusculo quodam suo, Mediolani Typis impresso, a Serenissimo Infanti Cardinali inscripto, ausus est nouas quasdam noui portus molitiones, nouique Emporij ad Finarium frequentationem, indeque ad Mediolanensem Prouinciam nouos aditus suadere. Illud potissimumum sequutus (nam quæ de Iure, prætexit; in speciẽ obtendi sermonis vanitas aperit) vt, quæ factu facilia, & vtilitate plenissima, sed somnijs simillima, insinuare conatur, eadem fieri, CONVENIENTIÆ Regiæ prælato vocabulo cohonestet: Eadem scilicet sententia, licet alijs verbis tragici illius, b ore Tyranni intonantis: *Quod iuuat, licet*. Quam tamen facilitatem, vtilitatemque pluribus redarguere, non est huius loci, nec argumenti. Quod argumentum haud ineptè, certè è dignitate Regia clausisse, & contrà Lagunianos conatus omnes firmissimè confecisse putabo, repetitis quæ paulò superius referebã ex Liuij tripode, verbis, Dominantium omnium pectoribus imprimendis:

a 20. Octobris 1633.

b Seneca. in Octa.

Famæ quidem, & fidei damna maiora esse, quam quæ æstimari possint.


Tanti certè in hac nostra Euangelij luce, æstimanda, vt nec vniuersi Terrarum Orbis Imperio Christiano homini sint redimenda, resarciendaue. Quæ tamen abundè Catholicam M. in re hac Finariensi redempturam profiteor Gentis meæ nomine, si quod semper præ se tulit, quod apud Clementem Santissimi Nominis Octauum S. P. excusauit, quod ſępè Reipub. nostræ repromisit, quod sæpiùs, de Procerum etiam suorum consilio, Mediolanensi Gubernatori seriò iniunxit, amicissimæ Ciuitati tandem præstabit,

Vt eadem nimirum conditio rerum Finariensium, quę sub Marchionibus Carrettensibus fuerat, Rege Domino perseuerent.

Ee SECTIO

SECTIO OCTAVA, ET POSTREMA.

PROBATVR, PROPVGNATVRQVE possessio Reipub. Salarij vectigalis in Finario.



ABSOLVTIS ijs, quæ alterum partitionis meæ; Lagunianæ verò primum, & postremum complectuntur caput, in quibus de iure Imperij, & dominationis in Finariensi tractu fusius disputatum est; locus admonet, vt ad iura possessionis in re Salaria, & Commerciorum, quæ in alterum meum conieci; Laguna verò secundo suo, & tertio expediuit, orationem conuertam; quam eò felicius causarum spero, quò certius de re agitur, vt magis obuia omnibus, ità à cuiusquã inuidia seiuncta, & dignitati non minus, quam Fidei Catholicæ Maiestatis Regis Hispaniarum congruente. Possessio Reipub. salarij vectigalis in Finario quando, & quousque Cap. LXIV.

Possessione deiectum illicò restituendum omnia iura clamant; a quibus concinit ipse Potentissimus Hispaniarum Rex, qui in ipsa re, de qua agimus, ad querelas amicissimæ Ciuitatis litteris die 4. Aprilis 1618. ad Mediolanensem Gubernatorem datis, hæc iussit.

a l. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi Menoch. latè recuper. rem. 1. nu. 11.

El Gobernador del Final desbaga las nobedades, de que la dicha Repub. se hà quexado, y se contienen en la presente carta restituiendo las cosas al estado, que primiero tenian, y que adelante non se innobe contro lo, que se solia, y costumbraua de haser antes que se hiciessen las dichas nobedades.

Et sæpius alijs, atque alijs epistolis, quas supra b retuli, iterauit, ac seriò iniunxit, illo addito ad præcludenda omnia ereptoris effugia, quod in litteris diei 30. Aprilis 1622. legitur.

b cap. 12.

Aduertiendo os, que cerca del puncto della possession non se ha da trattar al presente ora aya sido violenta, ora volontaria, ò viciosa, ò por otras cosas, porque se hà da mantener, ò restituir la possession, en que estaua la Republica qualquiera que fueße.

Sed negat Laguna vllam vnquam habuisse Genuenses in Finario possessionem, seù quasi (vt I. C. loquuntur) iuris eius, de quo quæritur. Perfricatæ nimirùm frontis Genuenses, qui tanta hæc imponere putauerunt Potentissimo Regi, quæque Carrettensium temporibus obtinere non potuerant, audere Hispaniarum Rege dominante, & quidem decimo quarto post adeptam à

suis

suis possessionem anno. Hallucinata cum Regio Senatu Catholica Maiestate, quæ ijsdem litteris diei 30. Aprilis 1622. subiecit.

Y aunque à cà por los papeles, que se han visto, parece, que la Republica verdaderamente hà estado en la possession, que dize hasta del año 1616. que el Gobernador del Final les quitò la del venderse el Sal de Genoba en el Final.

Excors planè Ferianus Gubernator, qui oblu&ari Regijs mandatis certus: possessione, quam inficiari non poterat, transmissa; conuentiones solas cum Carrettensibus initas obtentui prætulit, his ad Senatum verbis, epistola diei 9. Octobris 1621.

La vltima orden, que tiengo de su Magestad de 22. de Enero me manda conditionalmente, que se haga la reintegration de la possession à la Republica, constando primero de que se conforme à las conuentiones, que se han hecho con los Marqueses del Final, y que lo, que le pareciere nò ser conforme à dichas conuentiones non se admita, pues no se hà tratado d'esto, y pareciendome que este puncto era iuridico.

Alto denique iuris, ac facti cæno obruti Erarij Mediolanensis Quæstores, qui ab eodem Feriano secundùm Gubernatore interrogati respondent die 3. Iunij 1631.

Siamo di parere, che si essequischino gl'ordini sopra ciò dati da S. M. & che li Sali si prendano dalle Gabelle di S. Giorgio, come per lo passato.

Sed adhuc pernegat Laguna nobis vnquam possessa. Et per duo suarum lucubrationum integra capita, quæ nos olim, vt in re certa, & omnibus obuia, sparsim dederamus documenta, omnia ad disquisitionem vocat; & cum tota quæstio sit facti, deque illius solummodo veritate quæratur; non contentus negasse, vel secus factum argutari, (quod ferendum fortasse fuisset) de gestorum viribus; hoc est de proprietate ipsa, appellatis sæpius Imperatorum inuestituris, precibus Carrettensium datis, à veritate non minus, quam a propositæ quæstionis cancellis aberrat, repetitisque ad plura documenta nostra ijsdem frigidissimis ratiocinationibus, nullaque rerum, argumentorumque seruata methodo; quam ratione peruertere veritatem non poterat, multiloquio contendit obruere. Ego contrà, vt remotis quibuscumque velamentis veritas clarior erumpat, & liberior; seruata eadem cum Laguna temporum serie; singula quæque suis sedibus collocabo, & cursim quàm paucissimis potero discussis omnibus, ijs præsertim, quæ pondus aliquod ad causam afferre videbuntur, non committam, nec fallere, nec falli quemquam in re manifestis probationibus contestatissima.

Iam verò possessio, quæ Paulo auctore *a* à pedibus dicta est, & quædam quasi pedum positio; quæque naturaliter teneri dicitur ab eo, qui rei insistit; nedum circa ea versatur, quæ cum corporalia sint, sub sensum cadunt, sed non ideò minus in ijs, quæ ab omni corpore seiuncta, in iure quodam versantur; quibus licet insistere pedibus nequeamus, vsurpatione tamen quadam actuũ eorum, qui vnicuique iuri connaturales sunt, & ingeniti, quasi possideri dicuntur. *b* Hanc igitur possessionem iuris Salarij in Finario (quod sæpius haud absurdè Salis vectigal vocitatur, verius tamen ius est: exercendi Salarium, quoddam quasi monopolium, vt fusius cap. 43.) fuisse penes Rempub. Genuensem anno 1616. quo anno per administratorem rerum Finariensium ab ea deiecta fuit, satis vel ea probant, quę paulò ante obiter perstringebam: & satis superque esse tunc temporis adfuisse, ad obtinendam restitutionem illam, quam toties flagitauit, & toties (si aliqua in Regijs mandatis inest Religio) obtinuit Respub. ex vulgata illa, receptissimaque sententia: spoliatum quemlibet quantumuis prædonem illicò restituendum. *c*

Tamen, quia vetustioris possessionis magna est prærogatiua, Vt nimirum qui quandoque possedit, hodie etiam possidere dicatur. *d* Et multò certius si coniunctim hodierna possessio etiam probetur, nam præsumitur pro possessione temporis intermedij. *e* Hinc agenti ex spolio recuperandæ, satis est, docere se aliquando possedisse *f* quantumuis aliàs pro forma exigeretur probatio certi temporis *g* & hæc vetustior possessio ex sola confessione aduersarij vires sumeret *h* constito præsertim de possessione longi temporis decem annorum *i* In conflictu verò probationum ille obtinere debeat, qui probet de anteriori possessione. *l* Et meritò; nam, cum antiquior possessio præsumatur continuata, recentior verò clandestina *m* etiamsi cum hac posteriori, titulus iungeretur *n* (sanè ni simul causa proprietatis ageretur) *o* Quæ certius obtinent in iuribus, qui sub sensum non cadunt, de quibus agimus *p* in nihilum refragante, quod possessio esset vitiosa. *q* Sed quando vetustior hæc possessio ea est, vt omnem excedat hominum memoriam, qualem centum annorum esse, vulgò admittimus; verum enimverò tantæ tunc sunt eius in iure vires, vt nedum legitimam sui causam, quam Nostri titulum dicunt, secum ferat, quæ decursum decem annorum subsequitur. *r* Sed cuiuscumque seù tituli, seù bonæ fidei probationem aspernetur. *f* Nec mirum: qui enim vetustissima hac, & omnium memoriam excedente possessione tueri se potest, is iustitiam permanentem

a *l. 1. ff. de acq. possess.*

b *tot. tit. de seruit. & de acq possess.*

c *l. Aquilius ff. de donat. plenè Menoch. in prælud. recup. nu. 1. in fin. & num. 21. & recuper. remed. 1. nu. 109. ad rem nostrã remed. 17. nu. 2.*

d *Mascar. cõcl. 1201. nu. 1.*

e *Mascar. ibid. nu. 6.*

f *ibid. nu. 13.*

g *numer. 16.*

h *numer. 17.*

i *numer. 32.*

l *Mascar. cõcl. 1199. nu. 1.*

m *ibid. num. 5.*

n *num. 7.*

o *numer. 14.*

p *numer. 25.*

q *numer. 27.*

r *Masc. concl. 1377. nu. 1.*

f *Mascar. vbi sup. n. 16. 18.*

nentem habere dicitur, *a* iustumque titulum, *b* Et cum validissima præsumptione illa, quæ vim legis obtinet, diciturque iuris, & de iure, tutus sit, securus est à quacunq; probatione contraria.

Hanc igitur Iuris controuersi possessionem, ad cuius restitutionem obtinendam, sat erat, adfuisse eam apud Rempublicam deiectionis tempore. Catholicus verò Rex ad annum 1571. reiecisse videtur; Laguna demùm ad annum 1530. protrahit: Ego ab antiquissimis temporibus, & quidem pluribus ante ætatem nostram sæculis, exordiar; nulla quidem necessitate adactus; sed vt quæ optimæ causæ supererunt, securitati Nostrarum rerum data intelligantur. Possem itaque haud leui coniectura ab initio rerum Nostrarum, & ab Imperio in Mari Ligustico Reipub. Genuæ, de quo fusius alibi *c* probationem possessionis huius auspicari. Quis enim credat Gentem Mari potentem, & quæ fœdere inæquali omnem sibi deuinxerat littoralē Liguriam, *d* passam fuisse, Finariensem tractum, nullius tunc nominis, Marchionatus Sauonensis partem haud magnā obluctari decretis suis, de re Salaria editis; quibus Sauonam, & Albinganum inclytas Ciuitates, quæ medium habent Finarium, paruisse prolata documenta demonstrant? Possem ab initio dominatus Carrettensium apud Finarium, & à Iacobo ipso Carrettensi, quem huiusce nobilissimi stemmatis auctorem fuisse alibi probaui, *e* deriuare hanc possessionis probationem. Quem ipsum Marchionem Iacobum conductorem fuisse (tantum abfuit à domino) Salarij vectigalis in Finario, documētum docet, (cuius exemplum do *litt.* X. 3.) quo documento Raymundus, & Guidottus de Mari, suo, & nomine Iacobi fratris anno 1263. agnoscunt Henrico Cialea de Finario (soluente de pecunijs Marchionis Iacobi) recepisse libras quinquaginta, infra solutionem primæ pensionis, per Marchionem debitæ ex locatione gabellæ Salis in Finario eidem factā, vltima Ianuarij anni 1263. in tabulis Michaelis de Brolio publici Tabellionis. Nec me deterreret ab incepto, docere non posse de mandato Marchionis, cum sciam, in eis, quæ non sine impensa alieno nomine administrantur, mandatum, post tantam temporis intercapedinem, haud dubiè præsumendum. *f* Hac autem solutione doceri de possessione, præsertim contra soluentem, quamuis aliundè de locatione ipsa non appareat, iuris est indubitati. *g* Cui documento concinit quæstio, per eadem tempora Iureconsultis nostris proposita per Gulielmum Grimelium Iudicem impositum vectigalibus, quā publicè excerptam documento ex Archiuo depromo *litt.* Y. 3. Quæ proponebatur: An liceret pro imperio adigere à Coruo ad Mona-

a Mascar. vbi sup. nu. 20.
b Masc. nu. 49
c cap. 40.
d vt cap. 26.
e cap. 32.
X. 3.
f Masc. concl. 1007. nu. 41 & 56. iuncto nu. 39.
g Masc. concl. 1183. nu. 1. & nu. 13.
Y. 3.

Monacum littorales Ligures omnes (illis etiam comprehensis, qui solo inæquali fœdere nobis erant adstricti) prædibus cauere; de custodiendis ijs, quę circa Salis commercium erant à Nostris constituta; quæ cum non nisi à Dominis fieri consueuerint, possessionis probationem secum ferre Iura decernunt. a Possem (inquã) in his, & alijs haud absimilibus præsidium collocare, quæ in tanta antiquitate venerationem quamdam secum ferrent, quam solis suspicionibus violasse, nefas quodammodo esset. Tamen prudens omitto; & cum ad examinandam controuersiam hanc, iuratam attulerim, & altè insitam animo sententiam: nihil pęnitus in medium proferre, ad cuius probationem quidquam certius exigatur; In eis tantummodo consilium est pedem figere, quæ sint ab omni inficiatione secura; qualia non sunt, quæ coniecturis nituntur. Eo non recusato: re vera, documentum illud pensionis solutæ testem, licet nomen Bartholomæi de Furnarijs publici Tabellionis præ se ferat, authenticum nondum ad manus meas peruenisse; Licet Federicus de Federicis grauitate morum omni fide dignissimus, & in perquirendis, compilandisque antiquitatis monumentis de Republica nostra, atque adeò de vniuersa Italia optimè meritus, sanctè attestetur, se, & authenticum, ex Archiuo Notariorum Genuæ vidisse, & habuisse.

a Mascar. cõcl. 1195. nu. 3.

Exordiamur, si placet, probationem ante annum 1340., à quo tempore tricentum, & amplius annorum, nec defutura est veneratio cuicunque antiquitati par; nec coniecturis, quæ possint eludi, opus habemus, sed solidissimis, & extra omnem inficiationem positis documentis, res de qua agimus, collocatur in tuto. Hoc anno Georgius de Carretto Marchio Finarij illis Fœderis legibus, quas dedi *lit.* C. 2. Senatu nostro coram disertis verbis fatetur, & agnoscit Commarchionum etiam reliquorum nomine, solere Rempublicam nostram Salem vendere in Finario, ibidemque Publicanum, vel Institorem habere licere huic præpositum muneri, ex quo Marchionibus ipsis solidi duo pro qualibet mina Salis venditi ex pacto obuenirent. Hocne satis erit Lagunæ, vt volentibus, patientibusque Marchionibus hæc vsuuenisse dicantur? quì neget? Aditum iuris facultatiui, ad quod, tanquam, ad asylum, confugere in promptu habet Laguna, obstrueret ne? vix puto, sed frontem perfricuit. Pergamus porrò; Agnoscunt vlterius Marchiones, belli ciuilis tempore, factionem extorrem Patrià acceptis librarum viginti millibus sibi oppignorasse Gabellam Salis Finarij, dignique habiti sunt in publica lætitia, & Ciuium dessidentium concordia,

cordia, vt pretio dictarum librarum viginti millium, tres alij solidi duobus illis prioribus Marchionibus soluendis adderentur. Dicet ne Laguna, qui sæpius (ne dicam semper) in hac Controuersia personam Marchionum induit, pignori cepisse eos, seu emisse quod nusquam erat? seù (quod in idem recidit) facultatiuum erat? Nullus nequidem ferrei oris id diceret; sed si diceret legantur ei plura, ac plura in eodem Fœdere hac ipsa de re conuenta, illa demum clausula obsignata. *Ita tamen quod per prædicta Ius Communis in proprietate, vel possessione dictæ Gabellæ non lædatur, sed saluum maneat*; Quibus lectis vel det assensum necesse est, vel fateatur pudorem omnem abiecisse. Præsertim si animo reuoluet, non ex nihilo profectam fuisse Marchionum cautionem illam, qua sibi à Syndico Reipublicæ prospectum prouisumque voluerunt, per hæc verba.

Dictus Syndicus nomine, & vice Communis Ianuæ absoluit, & liberauit ipsos DD. Marchiones, & me Notarium infrascriptum, tanquam personam publicam stipulantem, & recipientem officio publico, nomine, & vice omnium, & singulorum, qui adduxissent, vel extraxissent, exportaßent, vel alienassent Sal Finarium, vel ad aliquem locum dictorum DD. Marchionum, seù in ipsis locis, vel de ipsis locis, vel aliquo ipsorum contra conuentiones, seù pacta, initas, seù inita super facto Salis, seù contrà formam tractatuum, seù statutorum, vel ordinationum Communis Ianuæ ab omnibus pænis, in quibus propterea incurrissent, seù aliquis ipsorum incurrisset, vel incidißet.

Si igitur possessio in antiquis, præsertim ijs, quæ hominum memoriam excedunt, publicis documentis legitimè probatur. *a* Cum aliàs impossibile probatu esset; & id quidem ex illis actibus, quià nemine, præterquam à Dominis ipsis fieri consueuerũt, *b* dum legimus in Fœdere prædicto (vltra leges illas, quæ proprietatem ipsam respiciunt, de quibus alibi fusius) *c* pignorari, vendi, transigi, fructus percipi, mulctas, pænasque remitti, eaque omnia reuersari circa rem, de qua agimus, certè vel ea, quæ vetustiori æuo contigerunt, probari non posse dicendum est, vel ea, in quæ tendimus, esse contestatissima, roborata præsertim alijs exindè procedente tempore subsequutis documentis; quorum agmina dare possem; Illa non præteribo, quę magis rei intima quid peculiare habent, quod mentem veritati adhærentem alligent magis. Offert se statim Fœdus, intra quinquenniũ, inter eosdem initum quod dedi *litt.* D. 2. quo Fœdere non adeò ieiunant paciscentes in nuda approbatione eorum, quæ aliàs placuerunt; quin dum de solido vno, ex illis quinque, Marchioni

a *Masc. de probat. concl. 1190. nu. 3.*
b *Masc. concl. 1195. nu. 3.*
c *cap. 35.*

Anto-

Antonio ſoluendo, pro qualibet mina Salis in Finario, diſtrahendi, non aſtruant, quam proſequor, poſſeſſionem. Cui addo alia, atque alia Fœdera inita cum Ioanne Carrettenſi, quem Finarij Marchionem, expulſo Galeotto fratre, Rempublicam noſtram feciſſe, ſuo loco diximus; quibus in Fœderibus datis Q. 3. illud prælucet veritati, quam quærimus; eorum, quæ deliquerant Finarienſes contrà Salarias leges, & commerciorum abolitionem, quam tribuere non poterat, cuius amplius iuris non erat, perendinationem, ad minimùm, triennalem ab Adminiſtratoribus S. Georgij impetraturam Rempub. in ſe recepiſſe, illamque exindè ampliaſſe per aliud triennium; quod ipſum, ſi Deo placet, in rem ſuam trahit Laguna; quo tamen euentu, infra patebit. Succedunt Decretum Pauli de Campofulgoſio Ducis contra Lambertum de Grimaldis Mentoni Dominũ ob violatas Salarias leges, quod dedi *lit.* N. 2. Edictum pariter Octauiani Campofulgoſij datum *lit.* R. 2. minarum plenum. Sed me veluti otiosè nimis inter hæc vagantem, dum curſim geſtorum apices libo ſumma Maximiliani ſenioris Auſtriaci authoritas, iniecta quaſi retrahit manu, & operæ admonet; qui dum de Salario noſtro hoc eodem iure approbaturus diſſerit, documento, quod dedi *lit.* S. 2. hæc habet.

Et in illius vſu poſſeſſione vel iam tricentis annis, & vltra fuerunt, eoſque liberè vſi ſunt, prout ex publicis eorum documentis, atque ſcripturis NOBIS CONSTITIT.

Si Imperatori omnium Maximo conſtitit, cui non conſtabit? Et ſi publicis documentis, atque ſcripturis ſibi conſtitiſſe de poſſeſſione profitetur Imperator; quis adeò incredulus, (ne ineptum dicam) qui alias, vel vlteriores exigat probationes? Si ineunte ſæculo proximè elapſo, dum dictabat hæc Maximilianus, poſſeſſio hæc procedebat Reipublicæ noſtræ, quis, quomodo, quamobrem poſt illud tempus mutauit? At Maximilianus de Finario, Saleque in Finario diſtrahendo non meminit? Dum vel ab inuitis ego extorqueam etiam de Finario ſenſiſſe illum non curo Finariũ nominatim non nuncupaſſe. Quid ni ſenſit? Liguſticum nedum Mare vniuerſum, ſed finibus etiam prolatis hinc Maſſiliam vſque, inde ad Promontorium Voliſcitanum mare omne intermedium tunc temporis pertinuiſſe ad Rempublicam Noſtram, non minus proprietatis Iure, quam poſſeſſionis, profitetur Imperator, & latius nos comprobauimus *a* quis eximat Finarium in meditu-
a cap. 47. lio Liguriæ littoralis ſitum? Et licet quæ geſta ſunt in Finario, vt ſupra retuli, quæque infra latius relaturus ſum, ſatis probent Iu-

ris

tis controuersi possessionem, cum non nisi à Domino geri potuerint; ab illis tamen absolutè non pendet possessio, sed præcipuè, & tamquam ex fonte, ex illo Iure prohibendi Salis commercium in Ligustico mari, vt probaui. *a* Vndè etiam profluit administrata in Finario, commoda Marchionum, & totius Populi Finariensis respicere, vt aliàs probasse me memini. *b* Dum igitur Imperator testatur sibi legitimis probationibus constitisse Maiores nostros fuisse in possessione Maris Ligustici, prohibendique ne Sal eorum iniussu per illud commearet, vel ad littora deportaretur, appellaretue, iam manifestissimè constat etiam de vectigali Salis in Finario sensisse Imperatorem, quod assumpseram.

a *cap. 43.*
b *cap. 36.*

Possessionem igitur, quam ex administratis cum Georgio Marchione, liquida probatione docuimus, adfuisse Reipublicæ; vltrà annum reparati humani generis 1340. continuasse eam euincitur ad tempora conditi huius à Maximiliano documenti, quod porrò contigit anno decimo tertio sæculi decimi sexti, quæ continuatio temporis intermedij nedum probatur publicis illis documentis, quæ simul dedit, sed ex Iuris præscripto, quo hæc (vniuersa Interpretum scola teste, *c*) necessariò sequitur ad probationem extremorum. Cuius inconuincibilis argumenti genere vti possem ad astruendam pariter continuationem eamdem, inter hoc idem tempus, & tempus deiectionis, ni suscepti muneris esset, pressius, certiusque aliqua de possessione huius temporis differere præsertim ad ea dedocenda, quæ Laguna contra argumenta nostra hoc idem tempus respicientia, ab anno scilicet 1530. commentus est.

c *apud Masc. concl. 1201. nu. 6. cum seqq.*

Quod vt manifestius exequar, & liquidius, confert, sciuisse Administratores Comperarum S. Georgij, (ad quos procuratio huius muneris, consequendi ex Sale emolumenti subsequutis temporibus demandatum est à Republica, & modò spectat) non vbique locorum, nec semper ijsdem vti ministerijs, vt propositũ assequantur. Quandoque enim Institores certis locis preponunt, qui Salem Comperarum bono, condigna recepta mercede, publicè diuendant; Non rarò hoc ipsum Ius Redemptoribus locant, qui certis legibus, & loco pensionis, promissa certa Salis distrahendi quantitate, & numero sibi id ipsum curant. Sæpissimè verò vtrunque munus Institoris, & conductoris ità permiscent, pactisque coercent, & vtrunque ministerium in vno, eodemque, quem Stapulerium (voce omnino nostra) vocant, agnoscas, sed neutrum verè dicere possis. Sed in tanta ministerij inconstantia, & pactorum multiplicitate, ac varietate, quæ pro temporum

locorum, ac rerum vsu, vel extorquet necessitas, vel vtilitas exposcit; duo perpetuò, ac religiosissimè ab Administratoribus Comperarum custodiuntur; Alterum, vt Sal vbilibet distrahendus ex horreis publicis comparetur; Alterum verò, ne pluris, minorisue vendatur, quam ab Administratoribus ipsis statutum fuerit; & his duobus veluti polis vniuersum Salarium vectigal, seù verius emolumentum innititur, eiusdemque circumuoluitur administratio, vt nemini propterea mirum videri possit, seuerissimis legibus, & grauissimarum interminatione pænarum, etiam capitis, vtrumque sanciri.

Vt igitur ad institutum sermonem redeamus, & iam contestatam continuationem possessionis Reipub. iuris controuersi ad tẽpus, quo deiecta fuit, ab anno trigesimo sæculi proximè elapsi ex integro ordiamur, & pressius probemus, vt sum policitus, do publicum documentum *litt.* Z. 3. demandatæ institoria ab ipso anno 1530. ad annum 1553. & ab hoc ad 1558. Simeoni, & Andreæ, Patri, & filio Garbarinis ab Administratoribus Sancti Georgij vendendi Salis in Finario, inter cuius leges institoribus præscriptas illæ duæ præcipuè eminent, quas mox commemorabam, de Sale alio non distrahendo, quam transmisso ex horreis Ciuitatis, illoque, nec pluris, nec minoris librarum sex, & solidorum quindecim qualibet mina. Vt autem huiusce temporis triginta propè annorum cotinuationem in tuto locem, & extra omnem iactum telorum Lagunianorum ex ignorantiæ pharetra, quæ illi perquam familiaris est, desumptorum, aliud profero documentum *litt.* R. 4. quo documento liquidissime constat per totum hoc idem tempus a Marchione Ioanne primùm, à Tutoribus exindè, Curatoribusque Alphonsi eius filij deinceps, ab Alphõso denique ipso exactos fuisse solidos quattuor pro qualibet mina Salis venditi in Finario per Administratores Comperarum, vi scilicet Fœderum sæpius initorum quę dedi C. 2. D. 2. L. 3. Q. 3. Et hæc est illa eadem præstatio, quam a Senatu nostro datis litteris S. 4. exigebat Cæsareus Finariensium rerum Administrator anno 1599. denegata tamen iure optimo ex deffectu mandati Marchionis Alphonsi, vt in responsione easdem ad litteras T. 4. Deus bone! quid certius, quid firmius, ad astruendam nedum possessionem, quam quærimus, sed cum possessione Marchionum patientiam, possessionisque causam? sed propius rem vrgeamus.

Contumacia Alphonsi Marchionis obstitit, ne vltrà annum 1558. res Salaria in eodem statu perseueraret in Finario; Armis namque Reipublicæ pulsus, vt cap. 4. sum prosequutus, licet ex

legibus

legibus deditionis Castri Gouoni, Marchionatus ipsius possessio, veluti fiduciaria, apud Auriam sequestrem fuerit; quod ad rem Salariam attinet, probat eam apud Rempublicam perseuerasse retentio Castelfranchi ijsdem legibus eidem pacta, apud quod Castrum Salaria horrea erant constituta, vt ex Lagunianis obiectis mox refellendis apparebit. Sed per illud octennium, ab anno 1558. ad annum 1566. quod intercessit ab expulso ad restitutum Alphonsum vt cap. 8. sum prosequutus, possessionem hanc perseuerasse apud Nostros, vt ipsa Castelfranchi Arx à Republica conseruata loqui quodammodo videtur, probat edictum de mandato Præfecti eiusdem Arcis eadem de re Salaria publicatũ de anno 1563., quod do *litt.* N. 4. cuincit locatio iuris eiusdem facta per Administratores S. Georgij per septennium in publica subhastatione Baptistæ Bado documento, quod do *litt.* A. 4. nec negabit Laguna qui tanto festo exultat, dum *a* recenset eundem Baldum professum se venditioni Salis in Finario ab Officialibus Comperarum præpositum, iussum fuisse ab Alberto Carrettensi ab iniuncto absistere ministerio. *N. 4.* *A. 4.* *a cap. 2. nu. 68.*

Sed nec diutius, quàm par erat, valuit Alberti Carrettensis impotentia apud Finarium, sed nouis exortis turbis, quas recensui *b* quibus vigentibus nec decorum, nec tutum fortasse erat Administratoribus S. Georgij prospicere commodis Finariẽsium; immisso, ac retento de more Salario Institutore, seu conductore: magno incolẽtium incommodo Sal petendum erat ex contterminis Salarijs horreis. Quo pressi incommodo Finarienses, summis precibus, pro magno habuerunt obtinere, anno 1568. ab Administratoribus Comperarum, vt horreum Salarium in Finario de more constituerent, præposito Io: Vincentio Achano Finariensi, Institore, vt ex documento *litt.* B. 4. qui Achanus iterum anno 1571., iterumque anno 1578., vt ex publicis documentis C. 4. D. 4. ad idem munus perficitur, quod quidem munus eodem retento Achano, in aliud haud absimile, conductoris scilicet, per nouennium mutauerunt, anno 1590., vt ex documento *litt.* E. 4. *b cap. 9.* *B. 4.* *C. 4.* *D. 4.* *E. 4.*

Cui tamen oneri conductionis succumbens Achanus, & longè infra cõstitutum numerum, nõ vltra minas 3260. Salis toto biennio recipiens, vt documentum docet F. 4. necessitatem imposuit eisdem Administratoribus eidem rei præficiendi die 10. Aprilis 1592. Blasium Bonorinum, vt ex documento *litt.* G. 4. & exindè alium, anno scilicet 1594. Octauium Casatroiam, vt documento H. 4. Ex quo documento etiam obiter licet colligere numerum minarum salis 2465. quas à die præpositura huius vsque ad annũ *F. 4.* *G. 4.* *H. 4.*

 1602.

1602., quo desijt, recepit ab horreis publicis Genuæ, Octauianus & vendidit in Finario. Quo demum tempore potiente rerum Finariensium Catholico Rege Hispaniarum, reiecto per Administratores S. Georgij ministerio Institorum, reditum est ad locationes, quæ factæ fuerunt, anno 1603. per quadriennium Io: Baptistæ Carcasio, indè anno 1609. Carolo Blancardo per triennium, post cuius lapsum anno 1612. Lazaro Seuizano per quadriennium, qua locatione vigente contigit deiectio, Qui conductores ab anno 1603. ad annum 1616. habuerunt ab horreis publicis S. Georgij, distraxeruntque in Finario minas salis 24802.
I. 4. K. 4. L. 4. vt docent documenta, quæ proferuntur *litt.* I. 4. K. 4. L. 4.

Quæ omnia in tanta rerum Finariensium conuersione; quæ sæpius inter Carrettenses, & populum tumultuantem, interque Rempublicam nostram, Cæsarem, & Hispaniarum Regē fluctuarunt in eodem, vel parum absimili, (eiusdem certè ponderis) statu perseuerasse, magnum haud dubiè apta sunt probationi nostræ pondus addere. Quæ contestatior etiam fit, & vltra dubitationem omnem collocantur ex Inspectoribus, qui de laudabili more pro Imperio ab Administratoribus Comperarum ablegantur in vtramque Liguisticam Oram; recognituri in re præsenti: an rei Salariæ Præpositi demandatum ministerium ex fide obeant, quod munus sæpius eos exercuisse in Finario de annis scilicet 1530. 1588. 1595. 1597. publicum euincit documentum, quod do
O. 4. *litt.* O. 4. Quod ipsum, studio nobis contradicendi, agnoscit ingratijs Laguna: dum litteras diei 14. Maij 1605. datas ab administratore rerum Finariensium ad Fontanum Comitem, Mediolani Gubernatorem producit, *a* quibus apud illum iactat impe-
a fol. 344. diuisse se eiusdem muneris executionem, quod se inscio expletum anno proximè elapso excusat approbante Gubernatore. Tanta igitur hæc sunt, & ad probandam possessionem, quam prosequor exuberant adeò, vt plura, quæ adijcere poteram, tamquam diutius & abs re remoratura sermonem meum prudens omittam. Solum ad vitilitigatorum ora obturanda, qui eorum, quæ recentiora sunt, nec ætatem nostram excedeunt probationem per publica documenta cauillari aliquando solent, ni iuratorum testium dictis confirmentur; do plurium integræ fidei testium dicta, tum
P. 4. Q. 4. Genuæ P. 4. tùm ad Oppidum Petram Q. 4. per publicos Tabelliones recepta; qui tanquam de re haud dubia conformia deponentes, omnem remouent ab hac probatione scrupulum.

Tamen pro corollario omnium ad hanc eandem rem adductorum placet adnectere eiusdem rei adeò contestatæ professionem

ipsorum

ipsorum Finariensium coram Rodulpho Imperatore enixè factã; qui in illa lamentabili conquestione de Tyrannide Alphonsi, eiusque satellitis Alberti Carrettensis, vulgo edita, & inscripta *Diffesa de Finaresi* ad quam sæpius prouocat Laguna, inter grauiora enumerant; eiectionem Institoris venditioni Salis à Ianuensibus Finario impositi, his verbis, quibus, nedum proprietatem rei, de qua hic non agitur, sed diutinam, continuatamque possessionem ad rem nostram extollunt. *a*

a fol. 136. nu. 9.

Et di più il detto Sig. Gio: Alberto fece dalla Marina di detto Stato leuar via la Gabella del Sale, quale iui antichissimamente, e per conuentioni fatte trà l'Illustrissima Signoria di Genoua, ò sia l'Vfficio di S. Georgio teneuano gli Agenti di detta Signoria, ò sia Vfficio in grandissimo danno del Finarese, quale per questo priuo del concorso &c.

Quæ ne gratis asseruisse arguerentur, productis testibus *b* comprobauerunt.

b super 9. partic. fol. 143. fol. 158. & fol. 163.

Argumenta ex Inuestituris Imperatorũ, Fœderibusq; desumpta, non obesse possessioni Reipublicæ Cap. LXV.

Hanc igitur Reipub. Gen. de re Salaria possessionem in Finario in veritatis Arce collocatam, tot propugnaculis munitam, tot aggeribus fossisque inaccessam, tot copijs tutam; securam non sinunt Lagunæ conatus, qui pluribus argumentorum cateruis, pacem illam, qua sola possessio victitat, & in quam proprietatis radices (quatenus egeat) agit, nedum sollicitat, sed funditus subuertendam duobus illis integris capitibus sibi proponit. Quo successu aliorum erit Iudicium; Eas tantum mihi partes deposco, explicatam Lagunianam aciem seruato eodem ordine, & vnicuique Legioni loco, ab Imperatore præscripto, diligentius lustrandi &, genere militum, armorumque vi, militaribusque conatibus candidè exploratis, eos dedocere, qui militum numero, auro thoracibus illitis, signorum fulgore, clangoreque tubarum, ac inconditis clamoribus, ac minis, exercituum vires metiuntur.

Prima se explicat legio *c* veterana prorsus. Quid ni? Tota quanta est publicis constat documentis antiquitate venerandis. Primam frõtem occupat, ætatis prerogatiua, Caroli huius nominis Quarti Inuestitura de Finarij Marchionatu Carrettensibus concessa; latera cingunt, hinc (vbi virium robur, &, spes vnica Partium) Maximiliani senioris ad Alphonsum, pariter, seniorem; de eodem Marchionatu Inuestitura alia; indè Inuestituræ plures, vnico tamen sub signo (infrequentia militum factum censeo, qui metu dedecoris ad nomen non responderunt) attributę, de eodem pariter Marchionatu à successoribus Maximiliani Genitis ab Alphonso. In subsidijs collocatæ visuntur *d*

c cap. 2. in princip.

d cap. 2. nu. 11.

copiæ

copiæ auxiliares lectæ ex Fœderis legibus, quibus Ioannes Carrettensis Finarij Marchio nobiscum conuenit. Papè! quàm splendida hæc acies, vndique fulgentibus Imperatorijs Aquilis, quis non formidet Aues victoriarum auspices in se conuersas? Hinc etiam subit consilium suspicere Lagunæ, qui in hac acie explicanda cohortem ex fœdere cum Marchione Ioanne scriptam in subsidijs collocauerit, tum quia ijsdem Aquilis destituta parum proficiebat ad speciem, in qua spes omnes collocauerat, tum etiam quia, vt ancipiti milite (ex nostris scilicet lecto) parum fortassè fidebat; sequutus Annibalem Imperatorem in instruenda maximè acie summum, qui supremo illo certamine in terra Africa cum Scipione, quo de Imperio Orbis terrarum decretum est, Italis, quos secum aduexerat subsidia firmauit, hinc laudem meritus, tanquam vltimum virtutis opus edidisset, teste Liuio [a] his planè verbis.

[a] lib. 30. fol. 610.

Italicos interuallo quoque diremptos incertos socij, an hostes essent in postremam aciem summotos. Hoc edito, velut vltimo virtutis opere.

Bellè igitur omnia, appositè omnia, ad splendorem conciliandum, ad incutiendum terrorem. Sed si placet postquam ex assuetudine oculorum aciem nec splendida diutius morantur, nec horrida longius repellunt; introspiciamus attentius huius veteranæ legionis vires. Nonne illa Caroli Inuestitura est illa met cohors, quam tanquam fanaticis armis instructam, nullius pœnitus roboris sola commemoratione temporum, & personarum, quibus nitebantur latè deieci? [b] Quid? Maximiliani Inuestituram eadem non ne tanquam clandestinum commentum, vt fraus fieret Reipublicæ nostræ in nullo prorsus pretio propterea habendum, manifestius, quam non inficiari possit, aperui? [c] eodemque loco reliquas Inuestituras, quæ illius fulcro innitebâtur, habendas esse? Fœdera verò, quæ cum Marchione Ioanne percussimus, inter signa nostra paulò ante [d] recensebam, Veritatique iuramento dicto nobis gnauiter militare? Qua igitur audacia victa arma resumere; qua spe victricia nostra arma in nos conuertere? Audio monitorem: Victoriam adhuc sub Iudice esse, & quatenus Partibus nostris faueret, non sine exemplo partem victam resumptis armis victricem alio prælio felicissimè superasse, proinde nihil esse debere impedimento, quominus hæc documenta eadem, quæ in proprietatis causa superata essent, reintegrato prælio, in possessorio iudicio, ad victoriam aspirent; supplantatorem autem esse me, qui Fœdera Marchionis Ioannis in meam rem traham, quæ suæ fauere peierat Laguna.

[b] cap. 38.
[c] cap. 58.
[d] cap. ab hoc 1.

Expe-

Experiamur igitur arma Faxo: intelligent omnes; me (ignosce quæso Lector verbo, ex confidentia elatiori) ideò à nouo certamine cum hisce documentis abhorruisse, ne ex geminata victoria minueretur prioris certaminis decus.

Iam verò quos nam ictus ex his documentis Cæsareis explodit contra arcem, in qua possessionem nostram muniuimus Laguna. Obijcit: ex eis manifestè deprehendi, Marchionibus Carrettensibus mentem non fuisse seruare ea, quæ nobiscum toties de re Salaria conuenerant. Euge!

Continere me non possum, quin candidè hic referam, quæ à Nicolao Spinula I. C. nostro, genere, & litteris nobilissimo dicacitatis verò facetissimæ lepidissimo sanè sæpius adolescens audiui dicentem in eos, qui magno apparatu, plurimisque verborum faleris, sed nullius sanguinis argumenta in Academico puluere vrgebant. *Pianta bombarde, e tira mele cotte.*

Quod ipsum, ne de hoc argumento pronunciem veneratio erga Auctorem prohibet, quam ostinatissimam, iuratamque contuli ad hunc sermonem. Certè quid conferat ad possessoriam causam, excludendamque Rempub. Genuæ ab ea, quam per tot sæcula de re Salaria illa habuit in Finario Marchionum abhorrens, animus, nec ego video, nec Laguna totus in animo inuestigando aperit, nec vllus, qui salua velit elementa ipsa Iurisprudentiæ vnquam dicet. Quod quod nec fides constat in narratis ab eo, ex quibus contra Fœdera toties iurata extra causam hariolatur. Dicit Marchionem Georgium post icta nobiscum Fœdera, anno 1340. nobis infensum ob caueam, qua inclusus fuerat, ad Carolum accessisse, sibique, ac Emanueli, & Aleramo ex fratre nepotibus, (qui exindè ratam habuerunt) totius Marchionatus inuestituram obtinuisse. Omitto ea, quæ respiciunt vim argumenti (cum inter Fœdera illa, & hanc inuestituram interuenerint alia Fœdera anno 1345. quibus maleuolentiam omnem Georgij abstersam dicendum est) moneo & quidem quam lenissimis, & simplicissimis verbis: Marchionem Georgium nunquam accessisse ad Carolum, & qui accessisse proponitur Aleramus pro duabus tantum partibus Marchionatus postulasse, nomine quidem patrui Georgij, & etiam Emanuelis fratris, sed nusquam de horum ratihabitione apparuisse, quinimò, ex gestis aliquibus post annis Adurniano in laudo: totum contrarium. Quid dicet ad hæc Laguna? negabit? prouoco ad documentum eiusdem inuestituræ, quod dedi *lit.* X. 2. Agnoscet? Agnoscat etiam necesse est hæc, quæ de animo Marchionum commentus est, non minus extranea esse à causa, quam à veritate.

Sed audio inculcantem Lagunam, & Cornelia Lege me postulantem, qui perhibeam prolata per eum in hac Legione documẽta trahi non posse ad causam possessionis, cum tamen à nu. 17. ad 23. seriosa etiam Interpretum Iuris allata nomenclatura, præscriptione & quidem centenaria nitatur, quæ non nisi possessione, & illa quidem continuata nitatur. a

a totis tit. de vsucap.

Ego verò nulla contumacia, nulla dilatione, nulla perendinatione abusus, illicò me iudicio sisto reorum more, nec pœnam deprecor si deliqui, hoc solum mihi permittat Laguna, (quod nulli vnquam reo non permissum) ne vestem mutem: ex confidentia, vel arrogantia responsiones aperient.

Accusationi respondeo: quò certius est vsucapionem sine possessione stare non posse, eò vaniores hos ictus cadere qui quantũuis ex præscriptione contorti, nullam pœnitus, atque iterum pœnitus continent possessionis probationem, ad eorum prorsus ictuũ instar, qui sulphureo quidem puluere confiati, sed nulla inserta glande intorquentur qui propterea excepto bombo, & splendore nihil detrimenti inferant præter fætorem. Mentior, nec pœnam etiam præuaricationis in additamentũ eorum, quorum causam dico, recuso, si ne actum quidem vllum (tantum absumus à tractu perpetuo centum annorum) iactatæ libertatis Marchionũ Carretensium probauit. Sed nimius fui, dum dixi: probauit, recensuit. Sed quasi nesciat possessionem in facto consistere; nec facta præsumi nisi probentur b totum pondus probationis in præsumptionibus collocat, & ex sola mente Marchionis Georgij quam ipse conicit, (quam abs re paulò ante adnotabam), contumaciam, præscriptionem, possessionem libertatis, omnia conficit: quæ vnico duarum syllabarum verbo (nego) funditus corruunt.

b l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuers. plura Alcia. de præsumpt. in prælud. 3. p. nu. 5 Menoch. de præsumpt. lib 6. præs. 14.

His allatis responsionibus, liteque contestata expectarem securus sententiam ipsiusmet Lagunæ, a cuius Aquilis per omnia profligandis, restant ea, quæ de senioris Maximiliani sententiæ ludibrijs, in Inuestitura insertæ, ad hanc etiam possessionis causam refert. c Ait enim hàc sententià immutatam Finariensis Feudi formam, & ex antiquo nouum factum, variatis etiam legibus successionum. Esto. Non quæro, an de legibus successorijs loquatur sententia. An ex Inuestitura, qua Marchionatus Finariensis (quem ab antiquissimis temporibus, tricentis, & amplius annis à maioribus per manus traditum possidebat Alphonsus) in Feudum nobile, & auitum ei concedebatur, Feudi noui naturam sortiatur, non disputo. Quorũ vt alienissima a veritate,

c num. 23.

sinec

si nec concedere, nec dissimulare possum, certè non miror? Quid tum? Igitur possessione excidit Respublica Genuæ rei Sassriæ apud Finarium eumdem, cuius successoriæ leges sunt immutatæ, cuius Feudi natura nouata est? nugæ.

Prostrata prima veteranæ legionis acie, spes reliqua est in subsidijs, quæ ex Ligustica Gente, Ioanne scilicet Marchione, formasse Lagunam obseruabam. Sed mihi videre videor Marchionem Ioannem militarem hominem, multarumque imaginum, irasci, indignari, & contra Lagunam furere, qui ausus sit eum proditionis, tanquam perfugam insimulare; cumque militiæ nostræ ascriptus, & ad astruendam hanc Reipub. possessionem præclaram nauasset cum alijs operam, vt supra admonebam, quique in his ipsis Fœderibus, ex quibus eiaculatur in nos Laguna, hæc sanctè pollicitus sit.

Quod erit bonus, & fidelis Feudatarius, facietque, & obseruabit debitas fidelitates eidem Illustrissimo Domino Locumtenenti, & Communi Ianuæ ad ipsorum simplicem petitionem, & beneplacitum sub illis modis, & formis, & conditionibus, sub quibus facta fuisse inueniuntur à spectatis Marchionibus Finarij.

Haud pati nomini suo tantam maculam inuri. Quid? inquiet, forsan quia semel atque iterum arma indui contra Rempublicam Genuæ, & hostiliter cum ea egi, putas Laguna mihi imponi facilè posse proditoris, & perfugæ turpissima stygmata? Erras Laguna, vehementer erras; arma illa, vel causâ probantur, quibus possessa à Maioribus ego repetebam, cui Galeotti fratris scelus, quo, iure ceciderat, obesse non poterat; Vel necessitate excusatur, cui in communi totius Gentis dissensione succubui, & succubuisse laudabile fuit, si Græcum nobilem Legislatorem audimus. Hæc verò, quibus, conspiratione facta cum Aquilis illis, belle deplumatis, impugnare me facies, ea, quæ sacro iureiurandi vinculo seruaturum me obstrinxi; quæq; Populis ditioni meæ subiectis valdè conducibilia sunt, & , quæ religiosè adeò custodiui, vt aliquando in rerum omnium perturbatione violasse serio pœnituerit, iniusta sunt, inhonesta, turpia, exuo proinde, proijcio, & detestor. Te verò ego

Sed ne inclementioribus verbis à præferoci viro atrociniuria prouocato aceptus Laguna mihi irascatur, & modestiæ meæ imputet, quæ iustissimo dolori nobilissimi Viri danda essent, satius erit apologiâ pro Marchione quam paucissimis texere, qua & existimationem nobilissimi viri ad eius iram leniendam tueamur, & (duplicato fructu victoriæ,) hanc posteriorem aciem reddam ho-

sti addeamus, sed iungamus nobis.

Ex quanam tandem huius Fœderis cum Ioanne initi lege aciē contra nos instituit Laguna, profugij in simulato Marchione? Ex illa nimirum eadem lege a qua possessionem hanc nostram eisdē Ioannis Marchionis temporibus instruximus, quā lege interstitiū trium annorum ei conceditur, ne interim ab Administratoribus Comperarum S. Georgij inquiri contra eum posset de admissis in Finario, secus ac Salarijs legibus, & Commerciorum sancitum erat: quod triennium ad aliud triennium ampliatum fuerat, nunquam exinde cōstito subsequutis temporibus, lapsisque triennijs eo de crimine Marchionem reum factum. Hinc conficit Laguna b Salaria Fœdera vsu recepta non fuisse, & rursum c cum Fiscus habeat pro se libertatis præsumptionem, nulla vlteriori possessionis probatione egere, præter quam se Dominum esse Marchionatus Finariensis.

Lector fidem tuam. Nonne dum Marchio Ioannes sollicitus est, ne ipsi crimini detur quidpiam, quod admissum diceretur contra Salaria, & Commerciorum iura in Finario, iura aliqua adesse profitetur? Si verò profitetur, & agnoscit, sanè quę promittit, eodem Fœdere, in posterum permissurum, quā de re est sollicitus? Quæris? Ne factum arguatur belli temporibus, quod infectum optasset, ne pœna in pace reposcatur. Quidnam tandem? Adhuc quæris? Excors planè sit, & ferè dixerim stipes, & cautes, qui cautionibus in istis non intelligat, Marchionem Ioannem, qui ante belli tempora patiebatur vltrò Salarias, & Commerciorum leges in Finario; rebus bello turbatis, vel violasse, vel violatas dici præsentiens. Hinc veritus, ne pacis tempore quo tempore iura valent, quæ armis imputauerat, siuè indulserat, aliquo piaculo luenda sibi essent, quando criminis abolitionem obtinere non poterat à Republica, cuius iuris non erat, (vt factum docuimus Marchionis Georgij Fœderibus) cognitionem saltem eiusdem auctoritate distulit, dilatam ampliauit, & sex annorum longa & diuturna mora fortè discussit. Cum igitur nedum ad actuum probationem, quibus iurisdictio exercetur, Iurisdictio ipsa probetur. d Sed vel ex muta erectione feralium illorum pegmatum, in quibus facinorosi homines capite plectuntur, e quamuis nullus in eis plexus fuerit f præsertim eo cōsentiēte qui prohibendi ius haberet, g Certè cum videamus Marchionem Ioannem infortunium sibi timere ab Administratoribus S. Georgij ob violatas leges Commerciorum, & Salis, quod non nisi a legitimo Iudice timere poterat (h Iam hac Fœderis lege ipsa,

a cap. 10. nu. 11. cum seqq.

b num. 13.

c num. 14.

d Scand. post Bart. & alios de feud. part. 5. cap. 2. nu. 25.

e Bald. cap. 1. Quid sit inuestit. post alios Mascar. cōcl. 947. nu. 10.

f Mascard. vbi supra nu. 11.

g Masca. concl. 649. nu. 52.

h Auth. qua in prouincia cū tot. tit. C. vbi de crim. agi opor.

ipsa, probatam cum Iurisdictionis possessione, fidem habemus erga Rempublicam nostram Marchionis Ioannis, & propterea eadem sententia, & , absolutum eum ab intentato profugij crimine pronunciare meritò possumus, & hanc postremam aciem veteranæ Legionis nobis militare; ad illam possessionem rei Salariæ, & , Commerciorum in Finario Reipublicæ Genuæ confirmandam, quam paulò ante *a* asserebamus.

Possessio ex Institorijs Garbarinorum deducta ab anno 1530. ad annum 1558. propugnatur. Cap. LXVI

Disiecta, ac deleta prima veterana acie, & quidem antequā illa in Arcis nostræ conspectum se daret, non deserit se Laguna, sed loco tuto (Regis scilicet Catholici potentia) fixis castris, militares aggeres sinuosis de more spiris ad Arcē ducere ex arte parat.

a cap. 46.

Et primo quidem speculatus inter Ioanæum, & Garbarinçum propugnacula, plurium annorum spatium intercesse, nulla munitione cinctum, tanta cum cupido cæpit, illac in arcem irrumpere, vt spretis nedum legibus militiæ nostræ, quibus in certamine possessorio restitutionis, nullius temporis habetur ratio, præterquam eius, quo deiectio contigit, *b* sed immemor eorum, quæ ipse sibi præscripserat, dum prolatis litteris Regijs diei 2. Ianuarij 1621. huius possessionis probationem ad annum 1571. (quo demum anno arma Regia intrauere Finarium) protraxerat; nec contentus nos ad maiorem securitatem ad annum 1530. continuasse, id ipsum nobis vitio dat *c* vlterius non produxisse.

b Mascard. de probat. concl. 1327. num. 5. cum seqq. Menoch. in prælud. recup. num. 1.

Sed conatus iste à calonibus ipsis sibilorum & inconditarum gesticulationum tripudijs exceptus est ex duplici deformitate. Non aduerterat Laguna (an ex hebetiori oculorum acie, cum vetulus esset, an quia propiùs accedere præ timore non sit ausus, incertùm) non aduertit, inquam, vetustiora illa propugnacula Iacobiaeum, Georgiaeum, Ioanniaeum excitata, quidem, ad latius propugnandam hanc nostram possessionem, sed ad arcem ipsam non pertinere, quam tātummodo ab anno 1530. ad 1616. perpetua munitione pluribus alijs excitatis interioribus propugnaculis cinximus. Alterum verò, in quo inexcusabilius peccauit, illud est, quod non aduertit profundissimi aluei fluuium vorticibus pluribus vado imperuium, quo munitiones nostræ omnes parte illa tegebantur; & quidem munitissimis ripis, hinc Fœderibus Marchionis Ioannis, indè præpositionibus Garbarinorum, quibus constitutis, medij temporis possessio in alta pace, ac securitate quiescit. *d*

c num. 18.

Petulantia calonum Lixarumque irritatus Laguna, obstinato in oppugnatione animo plures contra Garbarinçū propugnaculū

d Mascar. plenè cócl. 1201. a nu. 6. cum seqq.

ageres agit; quod ex duabus institorijs viginti octo annorum, ab anno scilicet 1530. ad annum 1558. struximus in ipso Arcis ore, illudque insana prorsus, & hactenus inaudita, sed impenetrabili argenti lorica tunicauimus, quod argentum illis ijsdem temporibus Marchio ipse Ioannes, & post Tutores Alphonsi, Alphonsus ipse ab Administratoribus S. Georgij, ad hanc eandem nostram possessionem roborandam habuerunt.

Sed hic etiã manifestissimè cõtra nostram militarem disciplinã peccauit Laguna, qui non animaduertit obstare conatibus suis triplicem munitionem propugnaculo illo, castrisque interpositam cuius vi omninò ineluctabili aggeres illi omnes sui eludebantur. Quæ quidem munitio huius generis est. Licet ad quærendam rerum possessionem actus ipsius corporis, necessarij sint, ita vt manibus ipsis, pedibusque aprehendatur, ingrediaturue possessio. *a* & quidem non sine animo acquisitioni propenso. *b* Hæc tamen frustrà exigas in eis possidendis, quæ corpore prædita nõ sunt; neque enim per Naturam possumus, ea manibus prensare quæ sensus omnes fugiunt. Sed cum horum pleraque (prout sũt Iura de quibus noster est sermo) non ideò minus possideri, seù quasi possideri possint, tria ad summum conspirare in vnum debent, ad hoc vt probatam dicere possimus hanc, quam dicimus quasi possessionem iurium, quæ corpore carent, de quibus consito, vlterius quærendum de possessione non est.

Primò exigitur factum aliquod, seù facti vsus *c* videlicet (in re, de qua agimus,) gerendo actus Iurisdictionales. *d* Etiam si actus ille vnicus sit. *e*

Secundum, quod exigitur, est, vt qui actus illos gerit, iure suo gerat. *f* Non autem, vel ex facultate *g* vel ex gratia, siue facilitate permittentis. *h* Tunc verò quis gessisse iure suo haud dubiè dicitur, vel ex titulo, seù causa, quæ præcessit, vel quando actus ille eius generis est, qui generi non soleat, nisi à veris possessoribus. *i*

Tertium denique, quod conspirare debet, est patientia eius, contra quem possessio quæritur, *l* quod tamen cessat in eo, qui habet titulum, seù causam possidendi, cui simul cum causa traditio facta intelligitur. *m* Experiamur modò quonam ex tot aggeribus contra Garbarinæum propugnaculum editum supra *litt.* Z. 3. promotis, à nu. 29. superare possit Laguna trigonalem hãc munitionem.

Primus ager ex coducitur *n* vt dicat Laguna illas Garbarinorum Institorias factas non fuisse animo iuris vsurpandi. Sed hic

a l. natur. §. 1 ff. de acq. rer. domin. l. 1. §. si iusserim ff. de acq. poss.
b l. 3. §. qui Iure l. gener. l. quemad. ff. de acq. poss.
c l. si part. §. 1. ff. quemad. seru. amitt. l. arborib. §. de illo ff. de vsu fr. & quẽ ad.
d DD. l. Imperiũ ff. de Iurisd. omn. Iudic. Rebuff. in præf. ad tract de mat. posses nu. 154.
e Rebuff. vbi sup. nu. 156.
f l. fin. ff. quẽ ad. seru. amit. l. 1. §. aristo. ff. de acqu. quæ. & æst.
g l. fluu. §. fin. l. procul. ff. de damn. infect.
h l. qui Iure ff. de acq. poss. c. bonæ. de post. prælat.
i c. cõsult. de Iure patr. c. cũ Eccles. de caus. possess. Rebuff. vbi sup. nu. 188.
l l. pen. ff. de seru. l. 3. § de re ff. de vsufr l. 1. ff. de seru inst. præd. l. 2 C. de seru. & acqu.
m l. si ego ff de pub. l. 3. §. dare ff. de vsufr. l. seru ff. de seru. Cep de seru. vrb. præd. cap. 20 vers. secund. sollic.
n num. 32.

hic agger secundo trigonalis machinæ nostræ latere excluditur, Tum quia præponere Institorem in ditione aliena ad Salem certo pretio distrahendum, quod inter iura regalia repositum est, non est ex ijs, quæ ex facilitate permittuntur, nec gerantur ex facultate. a Cùm etiam quia præcedente causa, seù titulo, quã tumuis inualido, b ei omnino, nulla autem ratione facilitati facultatiuæ ascribenda sunt. a Mascard. de probat. concl. 1083. nu. 13 & cõc. 1195 num. 13.

Secundus indè ducitur c Quod professi non fuerint Administratores Comperarum se dictas præpositiones facere eo consilio, vt concesso Fœderibus iure vterentur. Sed hic agger tantum abest à propugnaculo impetendo, vt nec munitionem intermediam attingat, neque enim vllo iure cautum, vt non dicatur dominus vti iure suo, nisi id expressè profiteatur. b Masc. concl. 1199. num. 23. 24. 25. c num. 34.

Tertium promouet d ex ignoratione Marchionum, de quorũ potissimum re agebatur, sed in ipso operis molimine fulgor ex argenteo illo thorace, quem propugnaculo indidimus quod à Marchionum scientia seiungi non potest, adeò perstrinxit oculorum acies molientium, vt nulla ratione promoueri potuerit, nec vsui fuerit tertium, & postremum nostræ machinæ latus, quod ex traditione Fœderibus compræhensa compegimus. d num. 37.

Sed spectare amplius libet vanitatem conaminis ad cognoscẽda potius, quam ad euersa iam consilia vlterins prostruenda. Constat enim magnam illam verborum comportatorum ad opus molem e non è terra ad id apta, fœcundo veritatis humore tenaci firmatam esse, quæ obsistere ingruenti vi posset; sed totam ex sterili, ac sitienti arena fluidam, quæ nulla sui parte sibi adhærens suo pondere subsederat. Exploremus acuratius rei vitiũ, si placet. Inde potissimum f ignorationem Marchionum colligit, quod in occulto hæc gesta fuerint. In occulto Laguna, quæ & à Magistratu pro Imperio condicuntur; quæ à publico Tabellione acersitis testibus recipiuntur, quæ in medio Populi Finariensis per totos viginti octo annos gesta sunt, & quidem circa rem Salariam, qua omnes & singuli ad vsus vitę necessarios continuo vtuntur? Si hæc tanta ità gesta sunt, quæ ad Marchionum notitiam peruenire non potuerint, interroga Interpretes quænã palam fieri dicantur, vt innotescant. g Lectores namque meos spero contentos fore duobus Vlpiani verbulis tradentis h *Palã est coram pluribus*. Quos etiam exoratos velim, ne dedignentur, & culpent nimiùm me illorum ingenio diffidere videri, dum ea, quæ palam sunt, palam esse probo, sed necissitati defensionis imputent. Vrget Alberti Carrettensis facto, qui nedum Badum, e à num. 37. ad 42. f num. 38. g Cl. & Bar. C. de his qui ex public. rat. mut. pet. accepi. lib. 10. Bal. consl. 46. col. 4. vol. 1. h l. 33. ff. de verb. signi

Insti-

Institorem, sed & Ceresium venditione Salis prohibet, indeque colligit venditionem Salis in Finario omnibus passim permissam: eodem argumento (si Deo placet) quo ex inscientia arguit, & quo, tanquam ex Regalibus Dominanti debitis, id munus Alphõso Marchioni nedum reposuerat, sed ideò prohibuerat, vt seponeret. Quid ni etiam sterilissimam hanc, & sine calce arenam per se subsidentem dicam, dum lego inter argumenta ignorationis
a eiusdem poni a lapsum centum nonaginta annorum à datis Fœ-
num. 32. deribus ad hanc Garbarinorum institoriam, quod tempus cum eædem institoriæ excludant, quas ex inscientia oppugnat, quis non videt aera inaniter verberari? Sed parum dixi, dum inania; contraria, & inuicem auersantia deprehendet, qui statim eumdẽ
b legat b ea ipsa referentem, quæ ex hac eadem Salarij iuris Ia-
num. 40. nuensium in Finario possessione, tam Marchiones ipsi, quam Populus Finariensis vniuersus commoda percipiebat, pugnantia haud dubiè cum ignoratione illa, quam assumpserat.

Quartus agger vix Castris promotus, nedum Arci, sed neć etiam munitioni intermediæ in conspectum se dedit, constititque otiosus materiei penuria, licet se è longiquo aspicantibus ingentis
c tis struis speciem referat c propius intuenti tota ex frondibus
à num. 42. ad est, ad meridiandum potius sub vmbra, & omnia alia agendum
num. 53. apta, quam ad pugnandum sub Sole. Obijcit enim Garbarinis his institoribus non fuisse mandatum, vt commoda Marchionum procurarent, quæ eis ex Fœderibus ijsdem debebantur, eaque per summum otium recenset, & ne sine eruditione diuertat feriosam
d adducit d plurium interpretum Nomenclaturam, vt pro-
num. 4. bet, qui ex contractu agit (transactionis præsertim) eum præstare opportere ea pariter, quibus eiusdem contractus vinculis obstrictus est. Hoc non ne est sub vmbra otiari, aliaque omnia agere? Institoris munus in simplici ministerio, cui præponitur, versatur, alia verò, alijque generis, quæ fortè præponentibus incumbunt, nulla, nec iuris, nec facti necessitas cogit per eos præstari. Neque enim hic agimus de exigendis ab inuito, vel tergiuersante conuentis, vt de præstatione exactoris ex iuris præscripto agendum sit. Sed de probanda possessione eorum, quæ corpore carent, ex tribus illis assequimur, quibus trigonalem munitionem nostram ereximus.

e Quintus agger e mente potius conceptus, quam opere pro-
à numer. 53. ductus, ne arenam quidem calcat, in qua pugnemus. Ex libertate nimirum illa, Naturà rebus omnibus ingenita, infert ante omnem omnium memoriam Salaria conuenta in desuetudinem

abijsse,

abijsse; hinc ius Cæsareis inuestituris roboratum eadē prorsus excutiendi Marchionibus quæsitum autumat. Sed dum pede colato pugnandum est, & euertenda probationum propugnacula, quæ longè perita mente cōijcimus, inania, & nihil penitus facienda sunt, *a* vt superfluum sit diligentius refellere.

Sextus *b* tantum abest à labefactando vlla ex parte hoc Garbarinęo propugnaculo, vt oculis vix lustratum tantummodo Laguna culpet in eo, quod Lorica argentea, qua illud tunicauimus, solidis illis ab Administratoribus vi Salarij Fęderis Marchionibus persolutis, non eiusdem illa vbique ponderis appareat, cum alibi de duobus tantum solidis, de quinque alibi, tum etiam de tribus, de quattuor legat in publicis monumentis fieri mentionem. Sed cum non ideò minus impenetrabile sit hoc muniminis genus, quibuscumque tandem solidis constet; cum in id præcipuè, & solummodò tendat, vt aperiat Institoriam hanc non ex facultate, seù facilitate inscientibus Marchionibus, sed iure Fœderum, illis, & scientibus, & non sine emolumento patientibus ab Administratoribus Sancti Georgij in Finario fuisse impositam, nil penitus refert, quot tandem solidis constiterit, vt operæ omninò perditæ ducam, causas acuratius referre (quod esset in promptu) variationis solidorum illorum ad Fœderum diuersa genera circa eadem Salaria Iura, quæ fusius suprà sub loco recensui.

Septimum demum, & vltimū aggerem (cum vis aperta parum proficeret) totum dolis constructum *c* molitur. Quid ni dolis? Assumis *d* nos possessionem nostram tueri institoria Andreæ Garbarini ab anno 1558. citrà, sed falsò, vim enim illius vltra dictum annum coniecimus, vt in ore ipsius propugnaculi impressum legitur. Subdit discordijs anno eodē intercedentibus inter Rempub. nostram, & Marchiones, eorumdemq; subditos, recusantes illius pati imperia, & duras Fœderum leges, ventum fuisse ad arma. Sed nihil magis à veritate alienum. Discordiæ verè exarserunt anno illo, sed inter Marchiones, & Finarienses subditos, vt fusius, redditis earum causis prosequutus sum, *e* Et verè itum ad arma; quæ tamen Respublica induit, vt domaret Alphonsi Marchionis contumaciam, at auxilio esset Finariensibus implorantibus; exuit autem, eo ad sanitatem redacto, his reddita securitate, vt pluribus. *f* His structis infeliciter dolis Laguna, successu haudquaquam absimili conficit: non posse Rempublicam nostram possessione hac initi tanquam spolij infamia aspersa; Quæ consequutio vltra quam quod palam iam factis mendacijs, quibus innititur, elumbis cadit, tempusque posterius respicit; quod Garbarini

insti-

a Menoch. de præsumpt. de lib. 1. qu. 31.
b num. 57.
c à numer. 63.
d num. 61.
e cap. 3.
f cap. 4.

institoria non protegit, extranea prorsùs est à re, de qua agimus. Estò: iniustis armis (vt crimini dat Maioribus nostris Laguna) anno 1558. occupatum fuisse Finarium, credamusque Senatoribus Aulicis Ferdinandi Senioris, qui vt spoliarent Rempublicam Finariensi Iure, Alphonsum Marchionatu spoliatum edixerunt. Quid tum? Ergo Salario Iure, (de quo nostra est instituta quæstio) spoliauit Respublica? quem? quomodo? quam ob rem? Respublica, quæ ministerio Garbarini Institoris volentibus Marchionibus Ius Salarij vectigalis possidebat in Finario, iure, vel iniuria, non curo, spoliauerit Marchionatu Alphonsum, certè hoc spolio inuolui Salarium hoc Ius nulla ratio suadet, nulla non prohibet. Nisi spolijs adeò gaudere Rempublicam Genuæ fingamus, vt se ipsam spoliauerit, renouato illo Poetæ Martialis in Furacem festiuissimo ioco. a

a Lib. 8. Epigr. 56.

Si nihil inuasit, puerum tunc arte dolosa
Circuit, & soleas surripit ipse suas.

Ingenti conatu frustratus Laguna, cum ne vidisset quidem propius tot excitatis aggeribus Garbarinæum Propugnaculum, consilium, viresque omnes contulit ad illud proximius, quod conductis operis à Baptista Bado ereximus per septennium. *Lit.* A. 4. Spes hominis alliciebat, vltrà aliam, & longè diuersam munimenti ex conductione formam b ab institoria Garbarinorum, quam inexpugnabilem expertus erat; angustum septennij ambitum, quem nec totum cinxerat Badus, ab Alberto Carrettensi prohibitus, qui anno 1566. dum ex condicto inter Imperatorem Ferdinandum, & Rempublicam nostram, de quo fusius cap. 8. Alphonsi nomine Marchionatus possessionem recepit, vetuerat Badum locatas nouare operas, præfatus (sunt eius verba)

Ea diluuntur, quæ contra Badi institoriam ab anno 1564. ad annũ 1566. allata fuere. C. LXVII.

b num. 66. 67.

Sciens inter regalia, in quorum possessione erat Illustriss. D. prædictus tempore spolij, de quo supra, & de quibus in inuestituris Cæsareis esse Gabellas; & maximè Gabellam Salis. Ideò volens possessionem dicti vectigalis, &c.

Facilè igitur putauit Laguna angustum, nouæque formæ munimentum, & longè angustius destinatis, vt vix duorum annorum tempus complecteretur, se euersurum; accersitis præsertim ab Archiuo nescio quo Finariensi supetijs, quod auxiliorum genus (in Castris Regijs militare haudquaquam assuetum) tanquã sui ipsius fidem sequutum, nunc primum in aciem ducere gloriatur, & ante pugnam triumphat. c

c nu. 68. 69.

Dum verò hæ copiæ ex Finariensi Archiuo depromptæ explicantur à Laguna, speculemur, si placet, quibus nam instructæ

sint

sint armis. Dicit gestorum ab Alberto Carrettensi seriem; dum is, Alphonsi Marchionis nomine, possessionem Marchionatus recepit, excerpsisse se ex codice, nescio quo, in cubiculo quodam, Mediolanensis Arcis, custodito, vnà cum publicis documentis alijs, ad iura Marchionatus Finariensis pertinentibus; & ne nominato quidem Tabellione, à quo condita fuerint, tanquã de re contestata loquitur. At non ea facilitate nobiscum egit in hac controuersia Laguna, qui ausus est fidem denegare Panesio nostro à secretis; nec ea fide, quem sæpius contra annalium, & publicorum documentorum testimonia loquutum deprehẽdimus, vt tanta ei credamus.

Sed Africani maioris inuitatu, qui dũ iniquissimè ferret Legatos suos à Chartaginensibus violatos, illorum Carthaginem Roma redeuntes, in potestate nactus, liberalissimè remisit [a] à nostris potius moribus, quam ab alienis documenta petamus. Credamus Lagunæ verosimilia narrãti de Alberti Carrettensis iniuria. Cur saltem integram gestorum illorum seriem non protulit? probè namque sciebat: (qui nobis agentibus coram Ferdinando satis abs re, crimini hoc ipsum dederat) [b] ad fidem conciliandã publicis documentis, eorum productionem, aliqua tantummodo ex parte, non conferre. Sed demus & hoc homini susceptarum partium addictissimo, qui non casu, nec per incuriam, sed data opera ab integra omnium editione abstinuerit, in quibus plura haud dubiè continentur, quæ in illa rerum mutatione Reipublicæ nostræ Iura illæsa conseruent, nedum Salaria iura, & Commerciorum respicientia, quæ in manu eiusdem perseuerabãt sed ipsam dominationem Marchionatus, quæ lucem aspicere, nõ conducebant ad susceptam per eum Prouinciam conficiendam. Neque enim vlla ratione credendum est: Auriam Sequestrem Gouoni Arce, ac Finario ipso: Commissarium, Reipublicæ Castelfranco, tacitos, & mutos Carrettensi cessisse; nec Rempub. nostram; quæ omnia tentauit, ne decreto Imperatoris succumberet, & postquam, pro bono pacis, succumbuit, non nisi certis legibus id fecit, & inter præcipuas, vt salua, & integrã essent iura sua in Marchionatu ipso, quem breui repetiturum iure sperabat, vt fusius sum prosequutus [c] quod etiam solemni editaj quam dedi *litt.* C. obnunciatione testata est, non est, (inquam) credendum, eã vlla ratione commisisse; vt dum, optatum Marchionatum è manibus quodammodo suis, ad tempus, dimittebat in Carrettensem inermem, eædem obnunciationes à recessuris, in ipsa permissione (quod eis omni iure licebat) omitteretur.

[a] *Liu. lib.*

[b] *cap. 4.*

[c] *cap. 8.*

Sed quicquid sit de consilio Lagunæ in gestis istis Finariensibus, potius occultatis, quam editis; dum pro certo habemus, nihil sinceri adfuisse: experiamur tandem, quidnam ex eis contra nostrum propugnaculum eliciat, quas copias immittat.

a num. 70. Primò coarguit a Badum ipsum, qui munus sibi commissum non impleuerit diuendito Sale toto, quod habebat in horreis Ceresio cuidam, qui profitebatur sibi licère eundem vendere cui libuisset. Quid tum? Igitur Doctor Laguna optimo vt quisquam iure non est in possessione huius dignitatis, quia dum de iure disputat æquum omne bonumque peruertit? nequaquam, nec ipse ferret, nec ego affirmo; sed dicis causa. Vt ipsemet intelligat, & fateatur (nam de lectoribus non exigo talia) quantumuis peccasset conductor contra conductionis leges, non ideò minus côductoris ministerio locatorem rei locatæ possessionem conseruare. Præterquam quod nec Badum contra leges illas peccasse, satis ostendunt leges ipsæ quas dedi *litt.* A. 4.

Secundę impressionis ad idem propugnaculum ductorem facit Ceresium ipsum, tanquam eum, qui nec Badi conductoris minister esset, sed profiteatur Salem in horreo existentem suum esse, eumque distrahere se posse in quemcumque libuisset, si per Albertum licuisset. Indè conficit, Logicorum omnium acutissimus. ☞ Ceresium agnouisse Gabellam Salis non ad Rempublicam, sed ad Carrettensem pertinere; Et liberum fuisse vnicuique Salem in Finario vendere; Ne autem temere loquutum credas, super verbo illo (totum) à Ceresio ad Salem, quem habebat in horreo, relato, omnem vim facit (an verius vim adhibuerit aliorum sit Iudicium) quasi alium, &c. aliundè importatum ibi Salem habuerit Ceresius, &c. ab eo diuersum, quem à Bado comparauerat.

Ego verò coherentiam doctrinę in Laguna amplius non exigo, &c. quem sæpius deprehendi contraria, & inuicem pugnantia loquutum, hic non culpauero, quod eodem prorsus argumento, quo astruere conatur, Albertum Carrettensem à Salis vectigali, Badum deiecisse, tanquam vsurpatorem Regalium, ex Sale Marchionibus debitorum, ausus sit affirmare: liberum fuisse ad cuiusque libitum, commercium Salis in Finario, & dum ex Ceresij verbis elicit: Salis vectigal esse penes ipsum Albertum, non erubuit profiteri, nullum huiusmodi vectigal tunc temporis viguisse. Sed omissa inconstantia Lagunæ, à qua rei veritas non pendet, vtrunque caput consequutionis illius singillatim perpendamus. Profitetur Ceresius, qui nec minister erat Salarij côductoris,

Salem

Salem totum, quem emptum habebat à Bado si per Albertum liceret, distracturum pro libito. Igitur (conficit Laguna) fatetur Ceresius Salis vectigalem esse penes Albertum. Ita ne? Prohibitus à latrone viator, susceptum iter prosequi, interfatus, si per illum liceret, vtique se prosequuturum, fatetur viator latronem in Regione illa Imperium habere? O misera Dominantium conditio? O potentissima leuissimi capitis, nulliusque potestatis paucula verba? O me nimis otiosum si talia pluribus conuellam! At cum veritas in contrarijs Castris pugnare sit nescia, in altero tandem eam militantem inuestigemus: præstò est Laguna, qui digito quodammodo eam nobis indicat sub amplissimo tentorio degentem verbi (totius) quod verbum, vt omninò indeclinabile innuat, spreto Prisciano cum suis, aduerbium vocat, & ad omnes abstergendas mendacij suspiciones, plurimis adductis grauissimis testibus *a* probat: generale illud esse, & vniuersa complecti, & propterea nedum Salem, quem emptum à Bado profitebatur in horreo habere Ceresius, sed alium omnem. Inde tota vis neruosæ Lagunianæ consequuutionis huius: Aliundè igitur, quam ab horreis Genuensibus Salem habuit Ceresius. Quid ni igitur iterum exclamem o potentissima Ceresij verba apud Lagunam, quæ nedũ leges dominationis inter Dominantes imponant, vt paulò ante, sed ipsi rerum Naturæ vim quodammodo faciant, & bisyllabi verbuli sono, Salem vniuersum in horreo Finariensi includant. Audio monitorem: Me haudquaquam bona fide agere cum Laguna, eiusdemque verba potius cauillari, quã sequi; qui non omnem vndique Salem in horreo Cere siano inclusum velit, sed alium præter emptum à Bado, nec ad eius consequtionem astruendam Salem vniuersum exigi, sed leuiorem aliquam partem sufficere. Agnosco mentem; sed verba perpendo eius, qui totam argumenti vim in verbis collocat. Nonne, quia (totum) verbum generale est, alium præter emptum à Bado includit Laguna in horreo Ceresiano? retineat igitur assumptum necesse est de generalitate verbi, ni ludificari in æquiuoco, non autem seriò argumentari se deprehendi vult Laguna; cuius mens sicut alienissima est, vt intelligat dixisse Ceresium vniuersum vndique Salem in suo illo horreo condidisse; non secus (si ei vlla religio menti verba conformare) ab ea remouere debebat verba, & illa quidem non casu, & ex nimia contentione fortuito lapsa, sed summo nisu contorta, quorum verborũ vim, si tueri, & retinere velit mentem illam suam peruertat, necesse est. Vel igitur intelligendus est Ceresius de toto Sale loquutus, de illis minis

a nu. 70. lit. A

nonaginta duabus quas paulò ante dixerat à Bado comparasse, & de quib. sermo inter illos erat, prout recti sermonis ratio dictat. Vel quatenus mordicus retineat assumptum, de vi verbi (totius) fateatur necesse est se nedum contra veritatem, sed contra mentem propriam loquutum, & candidè me, non vt astruerem insanam adeò mentem; sed vt vim argumenti totam in verbis positã eliderem manifestius, nil aptius duxisse, quam demonstrare: adeò a mente proferentis abhorrere, vt non minus abhorreant à mente eius, qui eis innititur. Nec illatione hac, quam reicci, ex professione Ceresij contentus Làguna, aliam ex ea elicit quam simillimam; Igitur inquit liberum erat in Finario Salis Commerciũ. Cur ita? Fac Ceresium dixisse habere se in horreo, vltrà emptum à Bado, aliam Salis quantitatem; demus id verum, & nefas esse Ceresio asserenti fidem negare; quæ nec dixit, nec dicenti temerè credendum. Quid tum? Omitto pugnare hæc cum Badi munere, quem huic rei præpositum ab Administratoribus Sancti Georgij profitentem agnoscit; dissimulo stare non posse cum Carrettensis professione, qui ea solum ratione prohibuerit Badum munus demandatum exequi, quod in eo de regalibus Marchioni debitis ageretur: Illationem peto, hanc solum vrgeo. Habuit Ceresius in horreo Salem alium, præter comparatum à Bado; Igitur liberum in Finario Salis Commercium. Quænam illationis vis? vnde? Nonne potuit habuisse ab eodem, sed alio tẽpore? Nonne a vicinioribus horreis, siuè Petræ, siue Nauli? Nonne si aliundè habuit, clam habuisse, & periculo suo potuit? Quæ si vera esse potuerunt, quinimò necesse fuisset ad conciliãda ea, quæ in cõtrarium vrgebant; Videat Laguna ipse qua ratione, (posita dicta Salis portione vltrà comparatam à Bado) deducere possit libertatem cõmercij Salis cõtrarium eius, quod hac locatione Badi ab Administratoribus Sãcti Georgij propugnamus.

Tertiam verò impressionem maiori spe, Ductore scilicet impigro viro, ac nobis iufensissimo Io: Alberto Carrettensi, facit Laguna, [a] qui demum se hoc Badæum propugnaculum deiecisse gloriosissimè iactat? Quid ni iactet? cum nedum ipse, ex gestis ex Archiuo Finariẽsi depromptis, testetur; prohibuisse Albertum ne Badus susceptum Salarium munus in Finario exequeretur; sed maiori fide, idipsum lamentantur, coram Ferdinando Cæsare, Finarienses. *Diffesa de Finaresi.*

[a] num. 72.

Sed Impressio hæc non vltrà clamores inconditos processit, qui in propugnaculum illati, propulsatique eius inofensa soliditate, per aera inanes disperguntur, Quæro primò ex Laguna: quid

quid sentiat de spoliationis vitio, quid de spoliatione? Nec longius petenda est ipsius responsio; nihil enim grauius, nihil verius decerni poterat, quam sit à Laguna decretum, dum superius capite ab hoc proximo, (sed omninò abs re,) nobis obijcit: armis illis, quibus anno 1588. Finarium recepimus, spoliasse nosmet ipsos Salario vectigali, quod per Garbarinum Institorem possidebamus, cuius vitij infamiam adeò propagauit, vt nedum pronunciet: nullo in loco habendum esse, id, quod spoliando consequuti fuissemus, sed (ingenio tamen suo) ad tempus vniuersum Garbarineæ institoriæ extendat. Quæ si vera sunt, peto quid statuendum sit de hoc Alberti facinore. Quæris? Optimo, vt cuiquam, Iure ei licuisse, Iure scilicet illo à Cæsare Marchionibus inter regalia concesso vsurpante. Iterum scilicet ad Aquilas, quas in prima acie latè profligauimus. Memineris ò bone: disputationem hanc nostram de possessione institutam esse, cuius argumenti ideò non est proprietatis assumptum, vt qui ea fretus, possessionem apud alium existentem inuadit, vt sibi iungat, nedum nihil agat & eadem possessione priuandus sit Theodosij, & Valentiniani celebri rescripto illo *a* quod exornat, de more, Menochius noster, *b* sed proprietate ipsa mulctandus veniat, cæterum quam parùm etiam præsidij in his Aquilis sit, pete superius. *c*

a *l. si quis in tātū C. vnd. vi*
b *recuper. remed. 9.*
c *capit.*

Quæro deinde ex te Laguna, an ex animo, & ex tua legali scientia, verum putes: ad prohibitionem vsus rei locatæ, statim spoliari locatorem absentem, & ignarum, possessione? Si negas Reddenda tibi vlterior ratio est, cur affirmare potueris, prohibente Alberto Badum ius Salarium exercere in Finario, spoliatos fuisse iure illo Sancti Georgij Administratores. Quod si affirmes. Caue ne tu tantus Senator, & qui Senatorias Infulas à Iuris peritia es consequutus, vel ab ipsis in hac arte tyronibus temet ipsum exsibilandum exponas.

Quæro demum, vt ex animi tui sententia exponas nobis Laguna quem putes ex hac iniuria Alberti Carrettensis potissimum læsum? Si permittis. Aperiam tibi viam, & funiculi capita quædam in manus tradam, quibus facilius ex huius quæstionis nexibus explices te; neque enim obuia est adeo responsio, vt extemporaneo omnino ocurre quasi Ædipus possis. Certè à querelis læsum cognoscimus Naturà Indice. Administratores autem Sancti Georgij inconsulto hoc Carrettensis facto vnquam quæstos nec Laguna dicet, nec vnquam auditum. Finarienses quidem quæsti sunt, & de hoc magno incommodo coram Ferdinando Imperatore

tore

tore lamentati. Igitur Finarienses læsi, non Administratores S. Georgij. Rursus læsus haud dubiè ille dicendus est, qui sedulò exposcit, vt ea adhibeantur remedia, quibus modus imponatur querelis, nulla autem ratione ille, qui precibus exoratus ipsa remedia adhibet. Læsi igitur Finarienses, qui summis precibus petierunt ab Administratoribus S. Georgij, vt Salaria illorum horrea restituerentur Finario, non læsi Administratores, qui intra biennium exorari se sunt passi, & per Achanum restituerunt. Si igitur Finarienses læsi, non Administratores S. Georgij; illi verè, non hi spoliati fuerunt ab Alberto. Cuius rei veritas vt certius cognoscatur. Recolendum est, Salarium, hoc vectigal radices positas habere in Imperio illo maris Ligustici, quod penes Rempublicam nostram esse superius probaui, *a* ex quo fluit legitima illa potestas prohibendi, ne Sal alibi in tota Liguria, præterquam Genuam importetur. *b* Horrea verò, quæ iussu Administratorum S. Georgij collocantur in Finario, vt in eis Sal exponatur venalis, commoda Finariensium respicere, quia aliàs necesse haberent à Petra, vel Naulo conterminis non sine detrimento comparare, vt fusius alibi. *c* Hinc iustissimæ quærelæ Finariensium de iniuria Alberti Carrettensis in summa quiete Reipub. nostræ, quas paulò ante commemorabam. Hinc expectauerunt Administratores S. Georgij preces Finariensium, & summis exorati precibus concesserunt id, quod nobis ablatum pro magno imputat Laguna. Hinc demum, plura nouante Finariensium rerum Administratore post adeptam anno 1602. Hispaniarum Regis nomine Finarij possessionem, quies Reipublicæ nostræ; cuius querelæ tum demum exortæ, dum Gallicum Actuarium, tum demum anno 1616. Salem in Finariensi littore exposuit. *d* Vt facilè detur intelligi operas institorum, & conductorum præpositorum rei Salariæ in Finario, plenam haud dubiè, & ab omni dubitatione securam ferre probationem possessionis Salarij vectigalis, sed non ab illis adeò pendere, vt ad illarum defectum quacumque tandem ratione, vel impulsu defecisse dicantur, possessionem ipsam defecisse dicendum sit; cum saluo Imperio Maris Ligustici, eiusdemque possessione salua, sarta, & tecta possessio etiam Salarij vectigalis dicenda sit. His discussis planior erit huius postremæ quæstionis solutio. Finarienses læsos, Finarienses spoliatos nihil ad Ius Administratorum S. Georgij pertinuisse Carrettensis iniuriam; si pertinuisset nihil læsisse vt ex 2. quæst. si læsisset, frustrà læsisse, vt in priori; si denique pertineret, læderet, & legitimè læderet, omnia in pristinum restituta

a cap. 40.
b vt cap. 43.
c cap. 36.
d vt cap. 11

ſtituta per Achami nouam inſtitoriam precibus Finarienſium datam intra biennium; neque enim ambigui Iuris eſt: deiectum naturali poſſeſsione, ciuilem non interrumpere, ſed ſolo animo retinere, a eidemque licere naturalem eandem deiecto etiam per vim occupatore, propria auctoritate repetere. b Quanto certius habendum eſt Adminiſtratores S. Georgij, licet ſpoliatos ab Alberto diceremus, à Finarienſibus precibus inuitatos, & quaſi manu iniecta potuiſse Salarium vectigal in Finario à nemine tunc temporis occupatum legitimè ingredi, & quamlibet læſionem reficere, ſi quæ inheſiſset Alberti vitio.

a l. ſi quod in fine ff. de acq. poſſeſſ.

b l. clam poſſidere §. ad nundinas ff. de acq. poſſ.

Expediuiſsem me ab hac Albertiniana impreſsione, ni remoraretur adhuc magna verborum congeries, pluribus Iurium fulcris innixa, vt aliundè nimirum mendicata auctoritate ſpeciem aliquam placitis conciliaret; quibus in refellendis, ſi ceſsarem omninò, periculum eſset, ne, cum tota quanta eſt inani clamore nitatur impreſsio hæc, id, quod ego, vt tædio Lectoris conſulerē, ſilentio preterirem; aduocatis in commilitum calumnijs obſtreperet Laguna, vel Lagunæ aliquis olim ſucceſsor; auctoritati me tot Patrum contra ire non auſum, cauſæ ſuccubuiſse; Exequamur igitur quampauciſsimis. Docet c ingreſsu, egreſsuque per oſtia domus, eiuſdemque clauium traditione, poſseſsionem acquiri. Nemo negat, ſed nec Laguna dicit egreſsum, vel ingreſsū Io: Albertum in horrea, nec claues nactum, & ſi diceret nec poſſeſsionem tradidiſset Badus, quam non habebat ijſdem iuribus. Addit d maioris roboris haud dubiè eſse, ſi Iudicis auctoritate prædicta fiant; Nihil certius; Vbi tamen, in vniuerſa hac ex Finarienſi Archiuo deprompta narratione, mentio, ne quidem minima, Iudicis, ne dum in hac violenta Io: Alberti iuſsione, quam proſequimur? Inſtat e per expulſionem inquilini, ſeù coloni poſseſsionem acquiri. Si auctoritate Iudicis fiat, agnoſco, ijſdem iuribus; ſi priuata auctoritate, pernego. f Sed nec Albertus aliqua Iudiciali auctoritate vſus Badum prohibuit, nec prohibuiſse ſufficeret ad poſſeſionem ſibi quærendam, niſi ipſe ingreſsus eſset, quod ne illum tentaſse quidem nec Laguna aſserit, ne geſta illa demonſtant. Et ſanè licet ſatis notos habeam quos Lagunæ animos in hac attulerit cōtrouerſia, diutius adhuc incertus animi inter æſtus plurium cogitationum ſubſiſti, qua fronte potuerit, quo conſilio voluerit Laguna: in hoc argumento, quod proſequor toties ad Iudicem, geſtorumque Iudicialium vim, ſe conferre auctoritatemque ſententiæ, à qua per adminiſtratores S. Georgij non fuiſſet appellatum; orationem & orationis

c dicto nu. 72. litt. B.

d litt. C.

e litt. D.

f l. clam poſſidere §. qui ad nūdinas ff. de acq. poſſ.

nis vim conuertere: cum, vt admonui, nulla in his gestis Finariensibus omnibus, per eum datis, Iudicis appareat mentio facta, nulla auctoritas. Tandem, peruolutis omnibus, à Laguna in hisce suis lucubrationibus congestis, reperij inter publica documenta ab eo edita a illud recenseri (suppresso tamen nomine Tabellionis in cuius acta redactum sit) quo idem Io: Albertus, Marchionis Alphonsi nomine, postulat se à Cæsareis Delegatis in possessionem restitui, eorum, quibus spoliatus fuerat, & inter præcipua Gabellæ Salis in Finario; ad quam quidem postulationem Delegati decernunt: se promptos, paratosque esse parere Cæsareis mandatis.

a fol. 203.

Quod documentum, ex eodem Archiuo Finariensi depromptum cum prolatum viderim, & in eo de restitutione possessionis ad vectigal Salis coram Iudice per Io: Albertum Marchionis nomine agi, Delegatumque Cæsareum decresse appareat: dubitaui: an fortè Laguna, qui vniuerso in reliquo sermone, nunquam eo vsus est; ad illud respexerit, dum de Iudicialibus in hoc Io: Alberti Carrettensis facto nobis insultat. Vt affirmem suadent ea, quæ retuli, cum etiam aliàs inutilis esset huius documenti productio. Vt verò negem, facit Lagunę ipsius abstinentia, sanè non ex incu ia, non ex nihilo profecta: hoc namque documentum legitur conditum anno 1567. coram Cæsareis Delegatis post secundas turbas Finarienses, de quibus agimus b &c. ex consequenti, in eo agitur de spoliatione, quam Finarienses contra Marchionem ausi fuerant, quæ referre ad ea, quæ ante annum, suo marte, gesserat Io: Albertus, vt à Republica nostra vi Cæsarei decreti iura Marchionalia consequeretur impudentiæ esset. non ferendæ, quo eum pudendo crimine nec insimularem si possem. Vtcumque tamen res se habeat, quam in medio Lectoribus dijudicandam relinquo, & quòquò se vertat Laguna; ei redenda ratio est, cur tantã vim auctoritati Iudiciali tribuerit, dum contra Badæum hoc propugnaculum insultat his gestis Finariensibus, in quibus nulla ne mentio quidem Iudicis facta legitur; vel inuidia subeunda: extranea omninò se oblique comentum, vt fucum faceret veritati. Nam quod ad me attinet satis præstitisse videri possum quod pollicitus sum, hanc Ductore Io: Alberto Carrettense contra propugnaculum à Bado excitatum, impressionem totam inconditis vocibus constare, illasque, soliditate propugnaculi illisas per aera dispergi.

b cap. 9.

Obiecta contra Achami duplicem Institoriam ab anno 1568. ad annum 1571. diluitur C. LXVIII.

Conatibus hisce frustrà cadentibus non deserit se Laguna, sed expertus quantùm non esset virium inconditæ ex Finario multitudinis

tudinis, propugnaculum (angustiori licet, duorum scilicet vix annorum ambitu) arduum tamen, &, firmo opere tutum, manu superare, speculatusque illi proximum à Io: Vincentio Achano constructum longè laxiori, viginti quattuor scilicet annorum circuitu complexum, tribus scilicet institorijs, & vnica locatione, ab anno scilicet sexagesimo octauo ad nonagesimum secundũ sæculi vigesimi sexti compactum, ad illud euertendum consilia omnia, viresque direxit; & iam vsu doctior, & cautior experimentis; maioribus ante omnia muralibus machinis diuerberare propugnaculum statuit, dataque ingenti de more mina aditum sibi ad Arcis interiora aperire. Ea non ex nihilo animatus spe facilè posse, fulminum Deorum terrestrium sæpius repetito impetu, euerti informe, vt videbatur, opus instabili fixũ loco; cum per illa tempora, modò apud tumultuantes Finarienses, modò apud Hispanica arma, modò apud Cæsareos delegatos, non rarò apud plures ex eis Res Finariensis esset. Excitatis igitur tribus, firmatisque ex militari disciplina altioribus, ex comportato aggere, suggestis, pluribusque singulis impositis maioribus machinis diuerberare cæpit, *a* eas propugnaculi partes, quæ vel magis expositæ, vel minus roboris introrsum habere videbantur. Inspiciamus (si placet) quo successu. *a à num. 74. ad finem cap. 2. & à princip. capitis 3. ad num. 36.*

Ex primo igitur suggestu contra angulum illum propugnaculi eiaculatur ex priori Institoria erectum, *litt.* B. 4. precibus Finariensium data. Obijcit *b* eam non ex Fœderum legibus cum Carrettensibus institutam, sed rogatu Finariensium permissam, & quidem leuioribus conditionibus, quàm quibus cum Bado cõuentum fuerat; Hinc conficit *c* id nulla alia ratione factum ab Adminstratoribus S. Georgij, nisi vt, lactatis Finariesibus, experirentur, an illis volentibus, permittentibusque Gabellam Salis in Finario, longè alio, ac diuerso titulo, seù causa, consequi possent, non autem vt tanquam iure olim ex Fœderibus quæsito vterentur: conficiens. *d* Adminiatratores prædictos nedum his tentamentis aliquid perfecisse, aut consequutos, quinimò per hæc eos recessisse ab eis, quæ ex Iustitorijs Badi, & Garbarinorum quæsiuissent. *b num. 76. c num. 81. d num. 85.*

Sed tota eiaculatio, ex hoc priori suggestu, magnis licet editis ingenti fragore bombis, fumo tandem disperso reperta est inanis prorsus, & innocua propugnaculo incidisse, quod periti rerũ militarium ideò factum cognouerunt, quia glandes tubis bombardarum inditæ, harum laxitati magnitudine non respondebãt. Id enim, quod asserit Laguna: de nouo Iure hac institoria quærẽdo

in Finario per Administratores Sancti Georgij; non gestis per eos conuenit, non menti.

Triti nimirùm sunt tramites, & omnibus obuij, quibus ad rerũ dominia peruenitur, & silere iussis præscriptionum odiosis nominibus, nullus præter contractuum, ac successionum, eo addito qui in occupatione corũ, quæ sine domino sunt, ad illud ducit *a*. Extra igitur omnem semitam, noui Iuris quærendi in Finario Administratores S. Georgij gradiuntur, dum precibus Finariensium exorati Salarium horreum apud eos collocant, & dum collocant eo animo ex Iuris præscripto collocasse dicendi sunt, vt iure iam diù Fœderibus quæsito vtantur. *b* Quæ mens vt certior appareat, legatur datum documentum in eã sui parte, in qua ij nuncupatim nominantur, qui precibus Finariensium indulgent, inter quos præter eos, qui publica auctoritate Administratores totius rei Salariæ sunt constituti, illi etiam recensentur, qui nullũ aliud Ius, præter quam temporaneæ conductionis in re Salaria (vulgò Apaltatores) habebant; & quibus, ex consequenti, vt nulla cõueniebat præterquam priuati, intra paucos annos, emolumenti ergo, procuratio; nulla pariter competebat facultas, aut vrgebat sollicitudo Iura Comperarum Santi Georgij ad nouas acquisitiones promouendi. Quæ certiora ex laxioribus legibus impositis Institori per illa verba.

Licet Stapulerij dictorum suprascripti Officij, & Apaltatorum in locis vtriusque Ripariæ sint obligati, & soleant se obligare pro certa summa expeditionis Salis.

Manifestius deprehenduntur, cum ex eis innotescat hac institoria nihil aliud quæri, nihil de nouo fieri, sed ea seruanda in Finario ordinari circa Salis distractionem, quæ in alijs Ditionis Ligusticæ locis constituta erant, eo solum laxamento Finariensi Institori tributo, vt ad certum modum Salis distrahendum non obstringeretur, vt cæteri, in quorum institutione, cum nec Laguna diceret nouum quæri Ius Salarium Administratoribus S. Georgij, sed quæsitum olim vsurpari; idipsum necesse habet fateri, de hoc Finariensi, ad illorum instar collatum. Nec ad nouam dominij causam producendam (quam Nostri Titulum vocant) impositio Institoris sufficit ad preces Finariensium, sed (vt ipsemet Laguna superius *c* liberiori stilo prosequutus est.) vsurpatio exigitur, quæ longissima sit, omnemque excedat memoriam, quæ pro causa legitima quæsitorum habetur. *d* Et sanè vt exactius appareat quam malè conueniant hæ glandes his tubis, quibus vsus est Laguna ex hoc suggestu contra propugnaculum nostrũ,

dum

a *totis tit. de acquir. rer. dom.*

b *quædam mulier ff. de rei vendic. l. 2. C. de acq. poss. & ibi DD. communiter l. qui iure ff. eod.*

c *num. 22.*

d *l. si quis & ibi gl. C. de posit. l. fin. C. de stat. defūc.*

dum agit de viribus precum Finarienſium quibus exoratur Inſtitor cum horreo in Finario, eis tribuit vim nouæ cauſæ quęrendi iuris Salarij, quę antiquiorem excludat, dum eiuſdem cauſę vires explorat inefficacem pronunciat. Si hæ preces Finarienſium o bone! legitimam cauſam poſſeſſionis, ſeù mauis, titulum, de nouo noſtris in Finario tribuunt Salarij vectigalis, te ipſum tuo gladio iugulas, dum concedis id, quod impugnas. Si verò ad id non valuerunt, non eſt cur ad nouam cauſam recurras, quæ vt inefficax nullum titulum gignit. *a* Sed cum vſum reſpiciant, antiquiori cauſæ, Fœderibus ſcilicet Carrettenſium ſunt aſcribenda. *b* Quid ni igitur quæ de nouo Titulo iactas, tanquam laxiori argumento complexa, nullaque propterea vi cōtorta, inoffenſo ceciderint propugnaculo?

Sed perquiramus an ex ſecundo ſuggeſtu validiores ictus, & propugnaculo infeſtiores eiaculentur. Et verè dum aſſumit Laguna *c* Burlum, & Seuizanum neſcio quos, qui Rerum Capita erant inter Finarienſes tumultuantes, nullo expectato, nulloq; accedente Cæſaris iuſſu, eiuſue Delegatorum; vſurpatis per ſummam audaciam Dominationis viribus Marchioni debitis, quę iura eis attrectare nephas erat, hęc ab Adminiſtratoribus S. Georgij impetrauiſſe, tum verò bombardis ex ære omnibus, veritate nimirùm nixus, exitium propugnaculo noſtro minari videbatur. Verum &, hic apparuit quod ſæpius contigit, & Nos experti ſumus anno 1625. in recuperatione Gauij è manibus Caroli Emanuelis Allobrogum Ducis, cum quo viginti duo maioris formæ baliſtas ex ære omnes, vltrà aliam armorum magnam vim recepimus, & in Ciuitatem noſtram in modum triumphi duximus; apparuit, inquam, vt magnum machinamenta hæc afferant ad victoriam adiumentum, opus tamen ingenio, viribuſque eſſe, ne potius oneri ſint, vndè factum, vt ſuo prorſus nomine impedimenta dicantur. Videamus igitur quo demum ingenio, quibus viribus, inflexibili adeò vtatur machina Laguna. Infert à nullâ præditis auctoritate nullum ius quæri potuiſſe Adminiſtratoribus Sancti Georgij in cauſa Salaria; Quod ſi concederem, prout vltrò concedo; iam vides, amice Lector, quam longè ab oppugnato propugnaculo hæc fulmina feriant. Vt enim ſæpius diximus, & natura totius huius noſtræ munitionis demonſtrat, hoc ereximus propugnaculum, vt poſſeſſionem tueamur de proprietate parum ſolliciti, cuius ſi extra propoſitam quæſtionem ſolliciti eſſemus, eam non à largitionibus noſtris precibus Finarienſium datis, ſed à Fœderibus cum Marchionibus initis, vt

a l. ſi certis annis C. de pact.

b d. l. qui iure ff. de acq. poſſ. l. 2. C. eod. l. quædam mulier ff. de re iudic.

c à nummer. 86.

sæpè aliàs, prestò haberemus. Nec auctoritatis abusus, quam nullam habebant Burlus, & Seuizanus, qui haud dubiè officere posset causæ, si ea niteremur, obest possessioni. Quandoquidē, vltra quam quod, vt sæpius diximus, licet possessio iuris, de quo agimus, quæ optimè his institorijs, & locationibus de Vectigali Salis in Finario optimè probatur, non tamen in eis sita est, adhuc ad has angustias redacta, cum per prohibitionem Bado iniunctā, ad summum, naturali possessione spoliatam fuisse Rempublicam ab Io: Alberto diceremus; poterat ipsa, quæ ciuilem animo retinuerat, nedum inuitatu ipsorum Finariensium quantumuis tumultuantium, sed etiam auctoritate propria eiecto quocumque occupatore ad suam ciuilem redire. *a* Quinimò cum nullus esset, qui tunc temporis Salarium vectigal exerceret in Finario, vt preces ipsæ Finariensium demonstrant, licuisset Reipublicæ quacunque etiam possessione destitutæ; vi proprietatis antiquitus quæsitæ, propria auctoritate vacuam possessionem adipisci, aperto iure suffragante. *b* Esto igitur non potuisse Administratores S. Georgij auctoritate Finariensium, quæ nulla erat, ius aliquod quærere in Finario, benè tamen potuit quæsitum alias, & nunquam deperditum conseruare, & conseruare probatur hac Io: Vincentij Achami institoria, Lagunianis hisce illæsa conatibus.

a *l. clam possidere §. qui ad nundinas, & ibi DD. omnes ff. de acq. poss.*

b *Bart. l. cum solus in fin. ff de vsucap. Bal. in l. vlt. & ibi post alios Zucard. in repet. nu. 418 C. de edict. D. Adr. toll. Menoch. recup. rem. 3. num. 25.*

Tertius reliquus est suggestus, opportunior, vt credebatur ad cladem inferendam propugnaculo nostro, vti propinquior, & pluribus instructus bombardis ex armamentario omnibus Potentissimi Regis Hispaniarum depromptis, Beltramo della Queua moderatore, suo non minus ingenio feroce, quam auspicijs Ducis Alburquerchij Gentilis sui Mediolani Gubernatoris, auspicijs claro; Et ex hoc quidem suggestu tot explosionibus alijsque militaribus operibus in nostrum propugnaculum pugnatum est; vt satis constare possit ex duobus prioribus id solum quæsitū vt ad plura munia distraherentur, defatigarenturque propugnatores, in hoc verò postremo omnes expugnationis spes collocatas. Sed conatibus hostium obuiemus. Dolis res geri cæpta. *c* & vt secundam institoriam eiusdē Achami, quam dedi *litt.* C. 4. destinatis ictibus facilius obruat, narrationem præmittit eorum, quæ Beltramus de la Queua, Ducis Alburquerchij iussu administrauit, dum Marchionatū Finarij sub Cæsareis Delegatis, quiescentem, Hispanicis armis occupauit, quæ ego ex fide recensui *d* Quam quidem occupationem cohonestat (quod in homine Hispano ferendum est) specioso illo velamento cauendià Gallis sed quod mirùm est eum vnquam ausum, nec facilè credendum ausū

c *numer. 94.*

d *cap. 10.*

esse,

esse, nisi repertum legeretur *a* affirmat: solam Gouoni Arcem, & eam quidem Cæsaris nomine, à præsidiarijs Alphonsi Marchionis receptam, dimissa in reliquis Marchionatus administratione Delegatis Cæsareis. Quam narrationem vt refellam satis habeo partem conuêtorum referre, hac eadem de re, Mediolani initorum inter Cæsareos Delegatos, & Aymontium Marchionem, successorem Alburquerchij, ex præscripto Decreti Cæsarei quæ beneficio Lagunæ habeo. *b* *a* nu. 102. 103. *b* par. 2. f. 243.

Lo primero el dicho Señor Marques de Aymonte dixo, que en quanto a la entregua del Castillo de Gouon, y estado del Final estáua pronto, y prometia d'entreguar el dicho Castillo con l'artelleria, munitiones, y las demas cosas, que se hallasse, y constasse hauerse tomado al tiempo della occupation del, sin que faltasse cosa, conforme à los dichos capitulos del Decreto Cesareo, y que en lo de mas del dicho estado, y Burgo del Final era tambien pronta a restituir todo lo, que del se huuiera occupado por la Magestad Cattolica, sin que en ninguna parte del quedasse soldado, ni cosa, que pudiesse estornar la verdadera, y real entregua à los dichos Señores Commissarios en nombre de la Magestad Cesarea.

Et ne tam clara vsurpationis confessio æmulationi successoris imputetur, ipsas litteras Alburquerchij, quas ab eodem vt habeo ita produco *litt.* V. 4. ad Finarienses scriptas, quæ licet subdolis verbis compositæ hominis cuncta sibi arrogantis, ne mentione quidem vlla Cæsaris facta, testes sunt. Hac autem tam aperta contra veritatem narratione fit, vt tanquam inconsultè omissum præterire non possim id, quod dum illam prosequitur, tacet: inter leges, scilicet, dictæ restitutionis, Decreto Cæsareo comprehêsas, ac Rescripto Catholici Philippi Secundi Hispaniarum Regis approbatas, præcipuam illam omittere Lagunam, qua præsidium omne Arci Gouoni imponendum, & Præfectus ipse fidem iureiurando obstringere debere ipsi Imperatori, eiusque Dignitatis eiusdem successoribus, sanctèque promittere inde se, quocumque accepto Cæsaris iussu, recessuros. Quæ omnia in candoris Laguniani testimonium fusius legenda propono ex ipso tantæ rei publico documento *litt.* X. 4. quod eiusdem beneficio sum consequutus. *V. 4.* *X. 4.*

Sed audio iterum amicissimum mihi, aurem velicantem, monentemque: debuisse me negligentius percurrere ea, quæ homo ad alia intentus, vt inuidiam, ne dicam detestationes, ab administratis per Gentis suæ homines amoliretur, vel præterisset, vel pauculis additis, vel detractis moliuisset, præcipuè cum ad rem, de qua instituta est quæstio, parum proficerent. Non potui, quia

veritas

veritas apud me omnia est, & super omnia. Non debui, quia
a cap. 10. cum aliter factum ego narrauissem superius a periculum erat, ne præterito quælibet pro confessione narratis contraria acciperetur. Non meruit; qui non studio suorum, sed odio nostri peccauit. Sibi etenim conscius aliena omninò se à veritate narrauisse; vt tamen Lectori incurioso imponeret, nobisque fucum
b à num. 102. ad num. 115. faceret, longam plurium documentorum seriem b produxit, sed confusè adeò, nulloque ex eis probationi certè alicuius rei adicto, vt satis constet ad obruendum potius, quam ad instruendum Lectorem produxisse. Verum ne dum ego alium malæ fidei
c d. cap. 10. reum ago, in eodem crimine deprehendar, qui dixerim c decretum de componendis inter Cæsarem, & Hispaniarum Regem de re Finariensi controuersijs à Maximiliano conditum fuisse, idque Rodulphum excusasse apud Rempublicam nostram, qui tamen Rodulphus auctor illius legitur in ipso documento, quod proximè edi, Moneo, licet pugnare illa inuicem videantur, facilè tamen conciliari, si dicamus Maximilianum auctorem fuisse Decreti; Rodulphum verò eius auctoritatem sequutum sanctum habuisse, quod ne gratis dictum appareat, aliud Rodulphi eiusdem decretum produco Y. 4 quo decreto id expressis verbis
Y. 4. profitetur.

Sed cognoscamus tandem quo consilio Laguna veritatem corruperit, & an meruerit tanta hæc à me dissimulari.

d num. 96. Appellatis d Regijs litteris diei 22. Ianuarij 1621. obijcit Rempublicam non probasse id, quod ex illorum præscripto iniunctum erat: possessionem scilicet Salarij vectigalis in Finario, vnà cum titulo, vt ipse loquitur, ante annum 1571. in illis verbis [antes del] cuius lepidæ animaduersionis ne eum pœnituisse putemus, perpendit inferius e id monitu factum Feriani Guber-
e numer. 119. natoris; Cuius enim Respublica obtinuisset litteris 31. Maij 1619. tempus dictæ possessionis præfigi ab eodem anno 1571. id immutatum in posterioribus, quibus vltrà etiam illud ipsum annum
f num. 99. 1571. reiecti fuerimus. Indè conficit ratiocinator acerrimus f Regium Fiscum non teneri ea diluere, quæ de nostra possessione Salarij vectigalis in Finario post eundem annum 1571. adducuntur, sed quasi eum pœniteat tam neruosæ argumentationis (certè
g numer. 115. dum hæc lego g vix crederem dictari potuisse nisi legerem, & neminem, quantumuis fauentem rebus nostris, futurum fuisse, vt credere posset dictatum fuisse, arbitror, nisi codicem ipsum Lagunianum post hæc mea imprimi curassem) easdem litteras, diei 22. Ianuarij, quas totius huius controuersiæ cardinem facit,

vt

vt vidimus supra, *a* quas vt priorum derogatorias in hoc argumento assumit præcipuas; has, inquam, easdem litteras, nullas obnunciat, ad falsam scilicet narrationem à nobis insinuatam datas, quam indè arguit, quod in eis affirmetur eodem anno 1571. Hispanorum arma occupauisse Finarium, quod nusquam verum contendit, quia omnibus naturà datum est vim vi repellere, & ad sui, suarumque rerum deffensionem bella gerere; quæ sanè defensio in hostibus etiam præueniendis Iure versatur. *a* cap. 17.

Satisne igitur perspectum habes candidissime Lector Lagunæ consilium narrationibus comentijs veritatem sequutorum corrũpentis? Satin emendationis meæ necessitatẽ? Mihi certè nondum satis; Seu verius muneri defensionis à me susceptæ illud restat, vt quò acrius prouocor, eò acuratius intrà modestiæ meæ cancellos inclusus quàm paucissimis, & simplicissimis verbis respondeam. Verissima esse quæ de occupatione Finariensis Marchionatus Alburquerchio auctore in litteris Regijs diei 22. Ianuarij 1621. agnoscuntur, quæque litteræ ipsiusmet Alburquerchij, Decreta Cæsarea, Rescripta Philippi (huius nominis secundi, sed prudentia primi) & restitutio ipsa, quam Cæsareis Delegatis promittebat Aymontius, narrationi nostræ *b* conformia palam loquuntur; nec minus vera essent quamuis in illis litteris non continerentur, quas cum nos non impetrauerimus, nec eis vtamur, viderit Laguna quò tendat earumdem ex nullitate reiectio, qui in illis ipsis statum totius huiusce controuersiæ collocare ausus est, me recusante. *c* Sed illis ipsis, siuè aliquibus, siuè nullis, siuè audiendis, siuè non, solis illis quidem, siuè vnà cum alijs nobis præscribi, Tituli (vt vocat) vna cum possessione probationem, dubium adhuc sit dum prouocat ad ipsas litteras, quas dedi, *d* in quibus nulla penitus de causa, siue titulo mentio; certius ad Lagunam ipsum Lectorem remisero, qui in ipsa totius operis prolusione, dum statum controuersiæ nobis exponit, eamdemque, sedari, ijsdem litteris statuit, Iudicium possessorium, & quidem summarijssimum nobis proponit. Sed his vtcumque transmissis, vel obiter notatis, quæ statim se ipsa pandunt, vel oscitanter intuenti. Quid dicamus de temporum supputatione Laguniana; quid de vi? dum reiecisse Regem probationem nostræ possessionis vltrà annum 1571. autumat, nec ea attendenda esse, curandaue, quæ citra id tempus facta fuissẽt. Nec irascaris ad hæc quæso te Lector, cum ego patienter feram & satis habeam respondere Lagunæ quam pacatissimè. Regem de possessione probanda, qua Respub. nostra se anno 1616. deie-

b cap. 10.

c cap. 17.

d cap. 17.

deiectam conquerebatur, loquutum, eumque ad annum 1571. reijcientem, de anno illo intelligendum, tanquam de extremo, seu limite temporis, a quo exordiri probatio debeat; tantum igitur abesse à Regia iussione, probationem non esse attendendam, quæ citrà illum annum caderet, quod immò illa ipsa est, quam petunt Regiæ litteræ, nisi contra sensum ipsum dicere vellemus: in altero extremorum vniuersum tempus intermedium includi. Addo vim manifestam verbis illis Regiarum litterarũ (antes del) fieri, nec per eas aliquid corrigi, quod in prioribus contineretur; Feriani autem monita, quæ finguntur, vigilantium somnia esse, cum ex eiusdem litteris, hac de re datis, quas superius a fideliter reddidi, nihil tale monuisse eum appareat, sed omninò longè diuersa, in eo solum obluctatum Regijs iussis, quod ea præhabuerit de iure proprietatis referendo ad Regem, quæ posthabenda, restituta possessione, Rex iusserat. Vt autem probem vim verbis inferri; idemque tempus absque vlla emendatione designari, ipsarum litterarum hac de re verba reddere satis habeam.

a sup. 12.

In eis, nostris precibus datis sub die 31. Maij 1619. quæ emẽdatæ dicuntur, sic legitur.

Quando en mi nombre la tomò la primera vez el Marques de Aymõte (per errorem posterioribus correctum, cum intelligat de Duce Alburquerquio, qui verè recepit) *siendo Gobernador d'este Stado.*

In eis verò datis 22. Ianuarij anni 1621. quibus vis corrigendi tribuitur, ità scriptum apparet.

Antes del año 1571. que fue al tiempo, que de hecho se entrò en el dicho estado.

Quis non videt litteras has ad factum potiùs respicere, quam ad tempus, quinimò tempus illud ideò expressum, vt factum notet, nullamque inesse his litteris contrarietatem, ex qua correctionis suspicio quantumuis leuis argui possit. Sed amplius dico, & verum probabo, ad tempus illud, (seù verius) factum, reijci, per Regias litteras probationes nostras, non vt duriores nobis imponerentur leges ad restitutionem obtinendã, ad quam ex Iuris præscripto satis fuisset si probatum esset tempore deiectionis, vt superius probaui, sed (ea est Catholici Regis benignitas, ea Regij Senatus Iustitia) vt optimæ causæ faueret, ad ea scilicet reijcienda, quæ interim ab occupatione prædicta per Regios Administros esset innouata, quæque adduci posset cõtra nostram possessionem. Mentior, ni totidem planè verbis, mentem hanc, Iuri omninò conformem aperiunt eædem litteræ Regiæ diei 31. Maij 1619. illis verbis, quæ superius allatis statim subduntur.

Sin

Sin Embargo de qualquier acto, que en contrario se haia hecho despues à cà.

Noluit igitur Rex Potentissimus ad restitutionem per nos postulatam obesse nedum nouata per Administratorem rerum Finariensium anno 1616. sed quæcumque alia, quæ a quopiam suorum ab occupato Finario contigissent. Quid ni igitur prorogationem hanc temporis ad annum 1571. optimæ causæ datam dicamus, & ad sartam, tectamque conseruandam possessionem nostram, nedum à nouationibus Administratoris Finariẽsis, de quibus conquerebatur Respub. sed etiam à quibuscunq; alijs quouis modo, & tempore, quibus ab aliquo Regio Administro, possessio rei Salariæ, & Commerciorum Reipublicæ debibita violata fuisset, vel deterior facta. Quæ verò de bello defensiuo iactat in proposito, & probat, vtriusque Scholæ laudatis magistris, *a* Laguna, alius viderit, interim ego, ne salutatis quidem Auctoribus illis: Lectores meos pro certo habituros esse scio: omnia nedum pacis, sed Regnorum, & amicitiæ iura peruerti, si prætextu præcauendi sibi ab eis quiescentibus, quos hostes quis verbo faciat, ei permittamus inuadere possessa ab amicis, nil tale suspicantibus.

a *nu. 116. litt. AB, & alibi.*

Nec desistit Laguna ex hoc eodẽ suggestu contra idem Achamæum propugnaculum eiaculari. Nobis vitio dat *b* qui possessionis probationem ad dictum annum 1571. redegerimus, obliquè, scilicet, perstringentes arma Regia, quæ eodem illo anno spoliassent Marchionem Alphonsum vectigali Salis; cum tamen nullum tempus nobis magis auersum, tum ob Badi eiectionem passam anno 1564. tum ob liberalitatem, qua vsi fuimus erga Finarienses, ex vltronea illa, & meræ facultatis præpositione Achami anno 1568. tum etiam propter hanc eiusdem Achami institoriam hoc ipso anno 1571. ordinatam, quæ cum priori innitatur, quæ nullius ponderis sit, eodem laboret morbo, qui morbus eo deterior hoc anno, quia eodem eiectis quibuscunque Marchionum procuratoribus, sed omnia obtinentibus Cæsareis Delegatis, nemo aderat, in quem nostrorum dirigi posset possessio: Claudens hæc omnia *c* frustrà nos insistere hac institoria Achami anni 1571. ad astruendam nostram possessionem, cum certius, veriusque sit, eundem Achamum à Finariensibus ipsis vectigalem Salis in Finario conduxisse, quam conductionem Delegati Cæsarei ratam habuerunt, mercede recepta, nedum pro eodem anno 1571. sed per totum annum 1577.

b *nu. 118. 119*

c *nu. 120.*

Respondeo quam mitissimis verbis: Nos nec adixisse vnquã,

nec postulasse vt addiceretur vlli certo tempori probatio nostræ possessionis ad restitutionem obtinendam, quibus, vt sæpius diximus, satis fuisset probauisse tempore deiectionis *a* Quinimò nec vllam temporis certam designationem necessariam fuisse, iura determinant. *b* Vt autem præfigeremus anno 1571. litteræ Regiæ fuerunt, quas mox commemorabam: vt ad annum 1530. extenderemus, causæ bonitas; vt denique vltrà annum 1530. vltraque omnem hominum memoriam auspicarèmur, securitas rerum nostrarum suasit. Nec vnquam modestiæ nostræ, nũquam venerationis Regiæ Maiestati debitę adeò obliti sumus, vt aliquam, quantumuis leuẽ, inurere maculam, ex spoliato Marchione Regio Nomini cogitauerimus, nihilque magis alienum iuribus nostris fingere poteramus, quam spoliasse Hispanorum arma Marchionem Alphonsum illa possessione Salarij vectigalis, quam nunquam eum habuisse, sed semper apud Rempublicam perseuerasse, tota hac postrema Sectione contendimus. Si verò ipsum annum 1571. attentius consideremus, de nullo certius constare potest hanc possessionem penes Rempublicam nostram fuisse. Nam (præterquam quod obiecta à Laguna de Io: Alberti prohibitione in aliud tempus, in annum scilicet 1564. cadunt, quæ verò de institoria anni 1568. ipsius Achami obloquitur, satis refutauimus paulò superiùs) hæc eadem institoria anni 1571. eiusdem Achami, nedum volentibus, fauentibusque Finariensibus fuit ordinata, sed à Cęsareis Delegatis, Laguna teste, approbata, & ab armis Hispanis, quæ subsequuta fuere, vt exitus docet, tolerata. Ex quibus inter se toto Cælo diuersis caussis, sed in vnum conspirantibus; certius datur intelligi: haud dubiam fuisse illam possessionem, & iuris haudquaquam controuersi, quam cuperent tumultuantes: Administratores legitimi comprobassent, nouique hospites, qui omnia in armis haberent reposita, tolerauerunt. Quæ manifestissima ex eis, quæ hactenus prosequuti sumus, labefactari nequeunt, vt tentat Laguna, ex absentia Marchionis, & Administratorum eiusdem; quæ præsentia nisi ad illos possessorios actus, quibus intendimus præscribere proprietatem, exigitur. *c* Quod quidem quærendæ proprietatis (non sine iniquitate aliqua præsidium) Imperium nostrum in Mari Ligustico, & Fœdera toties cum Marchionibus inita respuunt, & dedignantur. Quæ demum iactat Laguna de locatione eidem Io: Vincẽtio Achamo hoc eodem anno de vectigali Salis Finarij ex qua locatione insinuat, Gabellam igitur fuisse in dominio Finariensium, qui eam locant, quibus finem impo-

a latè Menoch. recup. remed. primo n 430.
b per Mascard. concl. 1327. per totum.
c totis tit. de vsucapien. & præscrip.

imponit tertio suarum lucubrationum capiti; cum semina contineant noui certaminis per eum instaurandi capite ab illo proximo. Nos etiam integra ad caput infra proximum reseruamus.

Locationes Finariens s, & alia in Finario circa rem Salariã gesta ab anno 1571. ad annũ 1616. ad possessionem nostrã trahuntur. Cap. LXIX.

Hactenus Laguna militares omnes artes, vt Arcem nostram euerteret frustrà expertus, desistere tamen pudore irriti conatus, cui impar erat, à semel ceptis non poterat. Impetus hominem cepit perpetua munione (opes namque inexaustæ Hispaniarum Regis animos dabant) opera nostra omnia cingere, &, quod vi desperabat, mora tandem obtinere, sed satis citò insanam hanc molitionem abiecit, animo reputans Veritatem, quæ cælesti tantummodo rore pascitur, nisi Cęlo intercluso obsideri non posse. Ad alias igitur artes, hoc tertio capite, se conuertit; & eatenus oppugnationi insistens, vt eam turpiter deseruisse, redargui non posset; eadem tamen opera, quæ aduersus superiora propugnacula, omnibus adhibitis ingenij viribus moliebatur, contra reliqua, quæ succedebant, non conuertit, excitata, scilicet ab eodem Achamo, & deinceps à Blasio Bonorino, Octauio Casatroia, Io: Baptista Carcasio, Carolo Blancardo, & à Lazaro Scuizauo, quibus ingenti circuitu quadraginta quinque annorum à 1571. scilicet ad 1616. quo Respublica deiecta fuit, vniuersus Arcis ambitus vsque ad Garbarineum pertinens claudebatur a Sed leuibus excursionibus identidem militibus suis, per occasiones permissis, quæ potius quietem nostram interturbarent, quam metum aliquem incuterent; neruos omnes intendit, vt ad æmulationem nostræ, nouam ipse Arcem statueret, vbi, si qua ratione posset, possessionem eiusdem Salarij vectigalis in Finario penes Marchiones illos extitisse approbaret, & altari contra altare statuto, quam apud Rempublicam stantem subuertere possessionem non potuerat, apud suos, mutuatis a Nobis, si non ijsdem rebus, ijsdem saltem rerum vocabulis, instituere, imponereque legentibus. Ego verò neglectis in vniuersum furtiuis illis excursionibus, à quibus satis caui per ea, quæ tribus proximis capitibus latius opposui, per summum otiũ vanitatem conaminis legentium oculis subijciam quam manifestissimè, &, facilè ostendam id, quod vniuerso hoc tertio capite tanta diligentia struxit Laguna, non altare esse, in quo thura Veritati adoleantur, vt apud Nos; sed triste, & malè ominatum Bidental, fuco tristissimum; ab omnibus propterea euitandum, abominandumque.

a cap. 64.

Spectemus igitur structuræ speciem. Exorditur eodem cap. 3. Cæsareos Delegatos eodẽ anno 1571. quã locationẽ Vectigalis

Salis in Finario fecerant Seuizanus, & Burlus Institori eidem nostro Io: Vincentio Achamo ratam habuisse, & illam quidem per totum annũ 1577. quo anno Bernardus Lolius ærarius Quæstor eiusdem Marchionatus, in publica licitatione sub hasta, eamdem iterauit Alexandro Bonorino, per quinquennium, eoque completo, eadem seruata forma, per Quæstrores alios, alijs conductoribus; nimirum anno 1581. eidem Achamo per annos octo; anno 1592. Blasio Bonorino; anno 1603. Io: Baptistę Carcasio; anno 1609. Iacobo Blancardo, & demùm anno 1612. per quadriennium Lazaro Seuizano, cuius conductio pertinuit ad annum 1616. quo Respublica deiecta fuit, eidemque Seuizano renouata locatio.

Et ne huic ex locationibus structuræ sua deessent ex persolutis pensionibus stabilimenta, ex ipsis Quæstorijs rationum libris Finariensibus, summam hac eadem de re exactorum collegit, & simul edidit. Et munitionibus omnibus circumuallatis edictis pluribus ab anno 1603. ad annum 1616. iussu Administratorum Regiorum publicatis in Finario contra eos, qui ausu temerario præter locatores à se constitutos, Salem habere venalem, ausi essent; vigiles superaddidit duodecim numero locorum peritissimos, Finarienses scilicet omnes, qui iureiurando à Io: Baptista Vilodro Iuridicundo in Finario Prætore adacti anno 1619. testātur *a* conformia omnia, & ampliora ijs, quæ ex locationibus illis exposita sunt. His summa cura, ac diligentia concinnatis, Laguna parum sollicitus eorum, quæ contra iura nostra tanto fastu, & iurium apparatu sæpius iactauit: de libertate Commerciorum, viarumque, ac maris, & præcipuè de libero, & vnicuique permisso Salis Commercio in Finario: Hanc arcem erigit suæ possessionis de Salario vectigali in Finario, penes dominantes receptaculum; Reiectisque, ac dilutis leuioribus quibusdam obijcibus nostris, Trophæum non sine magna statuit exultatione. Friderici nomine secundi, sed impietate ante omnes, Imperatoris ad exemplum: qui Parmæ desperata expugnatione, & cum Parma Partium meliorum, quæ vnà obsidebantur, profligandarum exoptato successu; Ciuitatẽ aliam (Victoriæ specioso nomine indito) illius ferè portis imposuit, quã tamẽ malè ominatam Victoriam solo æquatam, à Pontificijs victus, & Castris exclusus; ideò miles gloriosius non vidit, quia turpi, ac deformi fuga in alias terras se recipere, copijs omnibus exutum, Diuina coegit vltio. Videamus igitur an compar infortunium expectandũ sit à Laguna; qui eo æquius putet, Nos manus dare his probationum

a fol. 327.

num generibus, ad astruendam hãc Salarij vectigalis possessioné; quo enixius hactenus vsi fuimus ad nostram propugnandam.

Ex specula igitur, si placet, & per otium contemplemur structuræ Lagunianæ genus, materiem, partes, formam, vt certius indè consilium capere possimus, quo hostiles conatus eludamus, & absque vllo rerum Nostrarum periculo, ne detrimentum dicã, (quod est præclarissimum victoriæ genus, & Fabianum prorsus) hanc Arcem ideò funditus non euertamus, quia cum spectrum quoddam tantummodo sit, oculis legentium impositum, nihil in se habet, quod demoliri queat. Age igitur.

Contemplemur primò quo probationum genere has locationes astruat. Negas? Nequaquam. Ne irascaris ò bone! Quinimo agnosco libens, & ideo contemplandas propono. Et certè cum Laguna profiteatur non semel; has locationes semper factas; Et Archiuum Finariense vniuersum in sua habuerit potestate, & per summum otium documenta omnia in Arcem Mediolani translata, inspicere potuerit, plura ac plura diuersorum temporum (si non omnia) publica documenta dabit, & inspicienda proponet, ex quibus intelligere possimus quidnam, quãdo, & à quo locatum fuerit. Nihil minus. Nam primò nullam penitus locationem profert, nec factam proponit ante annum 1568. postquam turbæ Finarienses secundò exarserant. Dicet, se probationem ex præscripto Regiarum litterarum solum exorsum esse ante annum 1571. Audio, sed adhuc contemplor ante illud tempus vigentibus Marchionibus nunquam auditum. Iterum cum ab hoc tempore ad tẽpus, quo deiecti fuimus, quadraginta octo fluxerint anni, de locationibus hisce per publica documenta docetur ad summum de anno vno vltra viginti, videlicet de illa, quam ipso anno 1568. fecerunt Burlus, & Senizanus Achamo per nouennium, ratãque habuisse Cæsareos Delegatos profitetur Laguna; de illa pariter, quam ijdem Delegati anno 1577. condixerunt per annos quinque Alexandro Bonorino; de alia, & tertiò, quam anno 1588. in refectionem damnorum indulxerunt Delegati ijdem Io: Vincentio Achamo per quadriennium; de illa denique triennali Baptistæ Carcasio permissa anno 1603. post adeptam Marchionatus possessionem per Regios Administros. Obijciet, iniurium me, qui sæpius in rem meam traxerim: probationem possessionis extremorum secum trahere continuationem temporis intermedij, quod eò iniquius vitio dem Lagunæ, quo probabilius, is per testium dicta, pensionũque solutiones eadem de continuatione docuisse videatur,

Ego

Ego verò, quæ ſemel placuerunt, non muto; ſed contemplor adhuc. Simul, & tertiò illa ipſa quattuor documenta locationum, quæ mox referebam, quæ vt cõmodius cẽtẽplari poſſint, Lagunæ beneficio conſequutus propono *lit* Y. 4. vt certius appareat, cuius nam rei vſus, vt natura fert locationis (vt latius expoſui in tractatu meo de Cambijs diſputatione 1. quæſt. 8.) conceſſus per ea fuerit conductoribus illis. Nec dicatur: ipſius vectigalis Salarij in Finario vſum concedi, vt rotundis verbis in eis legitur. Nam cum quæſtio noſtra ſit: nomen ne ſolùm, an cum nomine res ipſa in locatione venerit? parum ſatisfacit ſolius nominis probatio. Et ne ſcrupoloſior hæc mea inueſtigatio arguatur; Contemplemur quartò, nullum præſcribi locum in vniuerſis illis documentis, vndè Sal habendus ſit, nullum ſtatui pretium, quo pretio diſtrahi debeat in Finario, quibus duobus, veluti polis, (poſtremo præſertim) quæſtuoſiſſimum hoc Salarij vectigalis, ſeù veriùs monopolij genus inniti, probaui ſuperius, & apud Gentes omnes experientia manifeſtiſſimum eſt. Contemplemur denique documenta illa eadem; exemplata illa quidẽ à publico Tabellione videri, atteſtante ſe, ad verbum ea extraxiſse ex protocollis alienis; nec exigamus exactius, quænam propterea fides eis adhibenda ex Iuris præſcripto *a* præſertim cum ſermo ſit de Tabellionibus Finarienſibus; ſed requiro cur: quandocumque argumentum poſtulat, & in eis agatur de promiſſionibus factis à locatoribus ex natura illius contractus, ex quibus facilè deſumere poſſemus id, quod quærimus, cuiuſnam ſcilicet rei vſus permittatur, numquam dictæ promiſſiones exarentur; ſed tamquam ageretur de verborum aliqua ſolemni formula, ex Tabellionum vſu inſerenda, ſub illa retinentiæ nota [& cætera] inuoluantur? Nam in priori illa locatione facta per Burlum, & Seuizanum, hæc habentur.

a *Bart. in Auth. ſi quis in aliquo nu. 9. C. de eden. Maſcard. plene concl. 712*

Cedentes in ipſum Io: Vincentium emptorem præſentem, & acceptãtem omnia, & ſingula Iura, & cætera.

Hæc enim ſunt illa ipſa Iura, quorum vſus permittitur emptori: cur igitur nõ aperiuntur? Rurſus in poſteriori facta Bonorino.

Locauit, & locat, & concedit D. Alexandro Bonorino q. D. Io: Baptiſtæ ibi præſenti, & conducenti Gabellam Salis huius Status Finarienſis; cum omnibus, & ſingulis, & cætera.

Certè ſcrupuloſior videri non debeo; dum quæro, quænam ſint iſta Iura, & dum conqueror de Tabellione, ſeù verius de Laguna, qui voluerint ea, effugio haudquam permittẽdo, reticere, dum proferunt, & in eis tantam vim conſtituunt.

Denique

Deniq; in postremo inter Regium Ærarij Quæstorem, & Carcasium (nàm in tertio frustrà hæc requirerem, cum solius prorogationis antecedentis locationis Ius tribuat) eadem reticentia vbique regnat.

Ad habendum, tenendum per annos tres proximè venturos, cum honoribus, & oneribus, & emolumentis dictæ stapulæ, seù Gabellæ spectantibus, & cætera.

Rursus

Promittens dictus M. D. Thesaurarius, & cætera.

Denique

Et versa vice dictus D. Carcasius conductor, & cætera.

Vt summo studio semper id actum videatur; siuè à Tabellione, qui documenta illa condidit, seù (vt verius puto) ab eo, qui excerpsit consilio Lagunæ, vt in ipsa professione locationũ factarum idipsum tegeretur, quod locatum fuisse dicitur.

Sed experiamur, an tãdem vel Laguna repugnante, Nos, qui nullam copiam habemus huiusmodi Archiui Finariensis, in hac rerum caligine, quam ille offundere studuit, lumen aliquod, quod veritati præluceat, afferre valeamus, & sicut hactenus ex eis, quæ nobis denegantur suspicionem excitauimus, bona nequaquam fide, in astruendis his locationibus, Nobiscum agi, aliquid modò habeamus, quo certius doceamur quid tandem his locationibus vtendum, fruendumque concessum fuisse locatoribus illis cognoscamus.

Aio, vel nihil aliud concessum fuisse, præterquam emolumenta illa eadem, quæ ex Fœderum legibus Marchionibus debebantur; per quæ nedum non peruertuntur, sed efficacissimè confirmantur quæ de possessione penes Rempublicam nostram disputaui *a* Vel ideo pretio permissum ab Administratoribus illis; vt in partem aliquam reciperent compendij eius, quod Institores & Conductores nostri sibi solis quæsitũ ex suscepto munere voluissent; Certe ab eis vectigal ipsum nunquam permissum. Sed parum proficiat assertio, nisi probatio, & quidem euidentissima subsequatur.

Primò illud suadet: quia quandocumque inter probationes versamur, quæ sibi inuicem aduersantur, & pugnant, illa interpretatio est assumenda, quæ vtique parti faueat, & alteram alteri conciliet: *b* etiam si verba ipsa in sensu minus germano intelligenda essent, *c* vel etiam supplenda. *d* Cum igitur institoriæ venditionis Salis ab Administratoribus S. Georgij ordinatæ in Finario, earumdemque locationes, de quibus fusius supra

a cap. 64.

b C. inter dilectas §. cæterũ de fide instru. l. nõ ad ea ff. de cond. & Demon. plene Alex. l. quia ff. ne quis eũ, & cons. 141. nu. 5. vol. 2. Dec. cons. 391. nu. 6. & cons. 337. cap. 2.

c late Crot. de testib. par. 7. nu. 337. Petr. de Fideicom. qu. 12. nu. 045. Menoch. de præsũ. lib. 5. præsum: 23. nu. 11.

d arg. C. cum tu & ibi Cann. omnes ext. de testib. Petr. vbi sup. nu. 1042. 1066. 1081.

pra *a*) pugnare videantur cum locationibus istis, quæ proponuntur eodem tempore factæ, & eadem de re, ab ijs, qui rerum potiebantur in Finario, quis prohibet, seù veriusquis non admittet: vtramque probationem procedere? Nostram quidem de ipso Salis vectigali; Lagunianam verò de emolumentis illis, quæ ex eodem vectigali Marchiones antiquitus, vi Fœderum cum Republica nostra initorum, consequi debebant. Certè & Marchionibus competijsse solidos illos, quandoque duos, quandoque quinque, & demum quattuor pro qualibet mina Salis, quæ in Marchionatu venderetur sæpius diximus. Et nihil impedit, hanc eandem esse illam præstantionem, quæ locabatur; Cum nec verba locationum resistant, & Ius faueat *b* illud in dubio in contractu deductum intelligi, quod distrahenti competebat: Huc illa tendunt, quæ non edita, non expressa, sed consilio omissa superius notabam, & inter cætera: nullum in allatis locationibus legi certum definitum conductoribus pretium, quo Salem vendere deberent, quod nullus nunquam vectigalis Dominus non fecit, nunquam non faciet; nullamque locationem à Marchionibus ipsis factam proponi, dum illi rerum Finariensiũ compotes fuerunt, sed tunc fieri ceptum, cum extorres facti, res Finariensis ad tumultuantes deuenit, qui cum emolumenta illa Marchionibus persolui solita, *vt litt.* R. 4. ab Administratoribus S. Georgij exigere non possent, deficiente illorum mandato, vt candidè excusat Senatus noster apud Delegatum Cæsareum litteris, quas dedi *litt.* T. 4. alia via, ministerio scilicet harum locationum consequi studuerunt. Non igitur prædictæ locationes probationem nostræ possessionis lædunt, sed confirmant, veluti Filiæ Matrem.

a *cap. 64.*

b *Gl. in l. 3. ff. de superfi. Bart. in l. 1. eod. & in l. Patron. §. Sempron. ff. de l. 3 ex in l. semper in stipulationib. nu. 1. ff. de reg. iur. post alios Card. Mant. de tacit; & ambi; lib. 4. tit. 11. nu. 8.*

Secundò, & validius: nulla ex editis locationibus plenius loquitur ad rem, de qua agimus, priori illa à tumultuantibus facta Io: Vincentio Achamo anno 1571. die vigesima quinta Iulij, his verbis.

Vendiderunt Ioanni Vicentio Achano q. Nicolai etiam Burgensi Finarij ibidem præsenti, ementi, & stipulanti, & acceptanti pro se, & hæredibus suis Gabellam Salis obtenti in præsenti loco Finarij ab Illustrissima Dominatione Genuensi.

Non est igitur vlterius quærendum, cuiusnam rei vsus concedatur hac locatione à Finariensibus, cum id concedatur, quod obtentum fuit; quid autem sit illud, quod fuit obtentum, patet ex documentis superius datis *litt.* B. 4. Institoriam scilicet Salis exercendam per eumdem Achamum in eodem Finarij Marchionatu,

natu, qui iam legibus illius Institoriæ obstrictus erat, etiam datis pignoribus, & fideiussionibus præstitis ad formam suæ ordinationis ab Admistratoribus factæ sub die sexta Octobris 1568. & renouatæ eodem anno 1571. & eodem mense Iulij die quarta, inter quas illæ duæ eminent: de minis centum decem cum dimidia accepto ferendis mensuræ communis, quæ dicitur de Gabella, pro centum minis mensuræ horreorum, & de Sale ipso non distrahendo, pluris, nec minoris librarum sex, & solidorum decem nouem qualibet mina. Cum igitur Finarienses eius rei vsũ vendant, seù verius locent, quem à nobis summis precibus obtinuerant, eundemque conducat illemet ipse, qui iam concessionis illius legibus quam validissimè constrictus erat; Quis non fateatur locationes has Finarienses, quæ à nostris Institorijs vires sumunt, & ab eis oriuntur, tantum abesse, vt possessionem nostram in dubium reuocare possint, quin immo eam manifestissimè confirment?

Nec recurret Laguna, vel quispiam fortassè alius Lagunæ sectator ad impotentiam tumultuantium, qui auctoritatem nullam haberent distrahendi ea, quæ ad Iura Marchionatus pertinent. Nam; vt ego in promptu habeo repetere: nos nihil noui Iuris, facto tumultuantium quæsitum in Finario proponere, sed continuationem solam nostræ legitimæ possessionis, quæ solo facto innititur, & per has Finarienses locationes mirificè comprobatur. Sed, si ad rem faceret, illud etiam hoc effgium præcluderet, factum Bartolomei Beccariæ Præsidis substituti in Marchionatu Finarij, qui anno 1588. die 14. Nouembris tunc maxime vigente demãdata ab Administratoribus S. Georgij Achamo institoria, mandauit eidem Achamo prorogari per quadriẽnium Finariensem Locationem, illo addito prorogationis impulsu.

A contemplatione anche de Signori Genouesi.

Ex quibus datur intelligi, nedum tumultuantes, sed Cæsareũ Præsidem eadem nedum rata habuisse, sed iam ordinato à nobis Institori in Finario, quò possesionem Salarij vectigalis tuemur, obuentiones etiam Marchionales locauisse, & dum has locabat, quæ à nostro Iure proficiscebantur, nostrum pariter Ius cõprobauisse. a Et ad maiorem corroborationem, nemini prorsus has Finarienses Locationes factas proponi, qui prius idem, vel ab ipsis Administratoribus S. Georgij, vẽdendi Salis in Finario, siuè ministerio Institoriæ, siuè Locationis non habuisent, vel cum eiusdem Societatem, eadem de re, non iniuisent. Et quidem ab

a *l. ad legatum l. ad rem mobil. ff. de procur. l. illud ff. de acqu. hered. l. 2. & ibi omnes ff. de Iurisd. omn. Iudic.*

Ll anno

anno 1568. ad annum 1592., quo tempore iussu Administratorum S. Georgij, munus prædictum perdurauit apud Io: Vincentium Achamum, ex iam relatis perspicuum, eidem semper factas fuisse has Finarienses locationes, illa excepta, quæ per quinquennium facta fuit Alexandro Bonorino anno 1577. die 29. Ianuarij, qui tamen societatem ante initam hac eadem de re habebat cum Achamo eodem, quem etiam participem intra mensem fecit huiusmet locationis, vt infra latius. A quo quidem anno 1592. ad 1602. quo tempore nos imposueramus Institores Blasium Bonorinum eodem anno 1602. die decima Aprilis, *vt litt.* G. 4. & Octauium Casatroiam anno 1594. die 23. Septembris, *vt litt.* H. 4. nullum nobis Laguna Archiui Finariensis perscrutator diligentissimus, designat Finariensem conductorem. Et ab anno 1503. quo per Regios Administros Locationem factã probat, (prolato documento) Io: Baptistæ Blancardo, & deinceps alias (quorum documenta adeò nobis inuidit, vt cum ipsamet, quę rem faciunt exploratam *a* producere posset, maluerit ab eodem Tabellione assertiones proferre *b* quæ licet fides vulgo dicantur, vt nullius fidei sunt *c* ità valdè conferunt ad rei seriem inuoluendam, quam non exponunt) anno scilicet 1606. Io: Baptistæ Carcasio per triennium; anno 1609. Io: Carolo Blancardo pariter per triennium, anno 1612. Lazaro Seuizano per quadriennium, & demum anno 1616. eidem Lazaro per aliud quadriennium; iisdem planè temporibus ex documẽtis datis *litt.* I. 4. K. 4. L. 4. perspicuum est, iisdem Carcasio, Blancardo, ac Seuizano Administratores S. Georgij vsos fuisse, & seuerissimis ex condicto legibus obstrictos eos habuisse, ad ea procuranda, quæ ad Salarium vectigal sunt ingenita; videlicet, ne vllo alio Sale vterentur, præter aduecto ex horreis Genuensibus, nec pluris, minoriue venderent pretio ab Administratoribus S. Georgij statuto, vndè omni certitudine certius fit, has Finarienses Locationes, quid omninò extraneum continere ab vsu iuris illius, de quò quærimus, & cuius possessionem apud eosdem Administratores probant manifestissimè.

a *l. cũ præcib. & ibi omnes C. de probat.*
b *fol. 272.*
c *Farinac. qu. 80. nu. 321. vbi dicit quatuor pati defectus, DD. in auth. si quis in aliquo C. de eden. Pap. decis. 191.*

Illo etiam non omisso, ex pretij quantitate facilè deprehendi posse ex iuris præscripto quid, quale, & quantum in locatione, seù venditione comprehensum intelligatur. *d* Quæ si vera sunt, prout verissima, quis credat vectigal Salis in toto Marchionatu Finarij cum iure, & facultate Salem ipsum transmittendi ad interiora conterminarum Prouinciarum Pedemontanæ, & Montisferratensis Regionis, quandoq; ad Ducatos octuaginta annuos, vel

d *Glos. in l. 3. ff de superf. Bart. l. 1. ff. eod. & l. semper in stipul. ff. de reg. iur. Bald. cons. 109. n. 1. lib. 4. & l. 1. n. 5 C. qui testam. fac. poss.*

vel paulò amplius, certè nunquam vltrà scut. 225. locatum fuisse? Cum tamen ex litteris Regijs diei 22. Ianuarij 1621. superius editis *a* habeamus, Regi nō minus iniuriosè in Nos propositum fuisse annuum reditum scut. 2000. si absolutum Salariū vectigal in Finario constituere vellet, quam ab eo constantissimè spretum, & habeamus ex epistola ab eodem Laguna producta *b* Sebastiani Rotundi ad Alphonsum Marchionem, quæ subductis rationibus, ei probat: Ex Salario vectigali in Finario, Sale aliundè, quam ex horreis nostris importato, eum superlucraturum longè vltrà centum aureos in cētenas quasque Salis Ebusiani minas, & multò pluris ex aduecto ex vicinioribus Insulis Prouinciæ adiacentibus. Quibus argumentis manu quodammodo tangimus; Finarienses has locationes, à Salario vectigali, de quo agimus, alienissimas esse.

a *cap.* 25.

b *fol.* 346.

Denique tentemus, si Solis radijs, splendoris aliquid addere possimus, eamdemque veritatem facere contestatiorem. Vigente Achami Institoria, Alexādrum Bonorinum die 29. Ianuarij 1577. conduxisse à Cæsareis Delegatis vectigal Salis Finariēse per quinquennium, agnouimus paulò superius; monuimusque eosdem Achamum, & Bonorinum, quæ, ille ab Administratoribus S. Georgij, hic verò à Delegatis Cæsareis habuerant, contracta eiusdem rei societate, inuicem communicasse; cuius quidem rei testem locupletissimum, publicum documentum do A. 5. *A.* 5. inspiciamus (si placet) quænam sint illa, quæ sibi inuicem communicant, & Achamus in Bonorinum, & hic in Achamum, ex eiusdem rei societatis nexu conferant. Neque enim in mentem cuiusquam sani capitis cadere poterit: alterum alteri, vel quidpiam tribuisse, quod non haberet, vel sibi reseruasse præcipuū socio conniuente, contra certissimas sociales leges *c* Et quidē ex documento illo nihil certius intelligere possumus, quam inter eos, etiam ex ante condicto, communicata fuisse omnia, tam obligationes, & onera ab vnoquoque eorum Salarij vectigalis intuitu suscepta; quam etiam commoda, & emolumenta percipienda, & illa quidem legibus illis obstricta, quæ in documento leguntur. Quid verò tandem communicatum sit, aliundè eruendum erit, nec certius, quam ex illis ipsis documentis quibus vtrique Salaria munera tribuuntur à suis. Nec ego patiar parsimoniam Lagunæ in editione locationis Bonorino factæ, quam supra notaui, veritati obesse, cum ex eis, quæ ex institoria Achami, quam supra dedi *litt.* B. 4. abunde suppleri possint; tanta enim, & illius generis ea sunt, quæ Achamus communicauit

c *l. Societas cōtrahitur, in princ. l. cum duobus §. cū duo argentar. l. duo Societatem contraxerūt ff. pro soc. plene Bald. cons. 120. nu. 1. lib. 1.*

uit Bonorino, & vt communicare posset, habuerat ab Administratoribus Sancti Georg j, in quibus rei cardo versatur, vt omnino excludant, vel Bonorinum habere potuisse à Delegatis Cęsareis, vt Achamo communicaret, vel Achamum opera Bonorini eguisse, vt ab eisdem Delegatis obtineret.

Communicauit igitur Achamus Bonorino Institoriam illam Salariam, quam summis precibus obtinuisse Finarienses ab Administratoribus S. Georgij sæpiùs diximus anno 1568. quam pluribus ampliationibus durauisse, dum hæc contigit societas, est in confessis, &c., cum ea simul communicauit inter cætera.

Vt pignore locorum 25. Comperarum prædibusque in summam librarum 1500. caueret Administratoribus.

Vt Sal distrahendum in Finario ex horreis Genuensibus acciperet pretio librarum sex, &c., solidorum decem nouem qualibet mina.

Vt eodem prorsus pretio, non pluris, minorisue distrahere, sub graui interminatione pænarum, teneretur.

Vt denique (omissis leuioribus alijs id ipsum respicientibus) mercede solidorum septem, &c., denariorum trium pro qualibet mina distrahenda contentus esset.

Si hæc Achamus scienti, volentique Bonorino communicauit, aliundè igitur Bonorinus habuit quam ex locatione Finariensi, & à Nobis habuit, & cum in his potissimum situm sit Salarium vectigal; quinimò hoc saluo cætera Nos non curemus, iam liquidò constat, has Finarienses locationes eatenus Salarium vectigal respicere, quatenus à possessione nostra huiusce vectigalis in Finario profluunt, indeque verissime à me dictum: locationes hasce Finarienses tantum abesse, vt lædant, quin immò iura possessionis nostræ confirment euidentissimè.

In id ipsum conspirant testium Finariensium dicta, & Regiorum Administratorum Edicta, quæ ad suam possessionem astruendam afferebat Laguna; Liberum enim fuit testibus exordio à Dorimbergo rerum Finariensium Administratore Cæsareo, sumpto perhibere vidisse se semper Salarium vectigal in Finario sub hasta exponi venale, adijcique maius pretium, melioremue conditionem offerenti, & addicti pretia in ærarium inferri, neminemque institorem huius rei præpositum Genua missum vnquam vidisse, quæ verissima agnoscimus, & ab eodem tempore omnes Finarienses fuisse, qui hæc curarent, & Finarij habitatores. Sed hæc, & alia huius generis, vt locationibus illis, quas agnouimus conformes, earumdem naturam in eo assumunt; vt
non

non secus ac illæ adeò non lædant, vt possessionem nostram, cui innituntur, manifestè confirment. Cuius etiam generis proclamata illa sunt, iussu Regiorum Administratorum edita in Finario, vetantia aliundè importari Sal, importatumue ab alijs vendi, quam ministerio Io: Baptistæ Carcasii, Caroli Blancardi, & Lazari Seuizani, qui in eis nominatim nuncupantur, & excipiuntur, qui Carcasius, Blancardus, & Seuizanus obstricti erant documentis iàm editis *litt.* I. 4. K. 4. L. 4. alio Sale non vti, quam sumpto ex horreis Genuensibus, alio pretio non vendere, quam statuto ab Administratoribus Sancti Georgij. Et vt non eam inficias, huiusmodi Edicta eò direxisse Regios in Finario rerum Administratores, simul cum prohibitione illa Inspectorum, quos de more mitti solitos fuisse in Finario supra docebam, & aliahis non leuiora, vt tentata patientia Administratorum S. Georgij, aliquid sibi Iuris in re quærerent aliena; ità certum est hæc omnia nihil ad rei caput offecisse, quod duobus illis polis circumuoluitur: ne aliundè, quàm Genua, ne alio quam à Nostris statuto pretio Sal vendatur. Quibus saluis (prout nouitates hæc intacta sinunt) cætera dabantur reuerentiæ Potentissimo Regi ab Amicissima Ciuitate debitæ; cuius querelæ tunc demum insonuere Regis auribus, cum Nostrorum illa patientia, quæ benignius accepta mollire poterat Finariensis Administratoris animos in experimentum assumpta, ad longè maiora euexit, & caput ipsum rei, Gallico Actuario Sale onusto ex Gallia Finarium importato, perculit simul, & docuit: *Frustrà patientiam obtendi iniuriam inferendi certo, nec leuia illa esse posse, aut dici, quæ ad maiora viam sternunt, & muniunt.* Vtcunque sit, certum est: edicta hæc: Inspectores prohibitos; ministros alios minores, & nautas carceribus per summam iniuriã mancipatos, & alia huiusmodi, quæ contra Administratores S. Georgij ausus est Finariensium rerum Regius Administrator, vel aliorum iussu perpetrauit; vt pertineant ad Salarium vectigal in Finario, id salua possessione nostri Iuris, quam tutiori loco sitam esse probaui *a* contigisse non modò, sed ad eiusdem firmissimã corroborationem trahi meritò posse. Non expugnata igitur cum Parmensibus, & solo æquata Victoria, quam in illorum æmulationem impius construxerat Imperator; sed meliori successu, illis & Locationibus, & Edictis Finariensibus, quibus Laguna nostræ longè diuersam, repugnantemque, possessionem illam suam tentabat astruere, nostram manifestissimè comprobauimus.

a *cap.* 40. 43.

Non

Non contentus Laguna eorum, quæ hactenus speciatim contra argumenta nostra, quibus possessionem, de qua est quæstio, propugnamus, opposuit, rem de integro exorditur, *a* & generatim tum contra Institorias, & Locationes nostras, tum cótra ea, quæ pro imperio aduersus Institores ipsos, & Locatores egimus; tum etiam contra prohibitionem illam nostram de nullo Sale alio importando Finarium, tum denique aduersus ea, quæ ex nostris testibus desumpsimus, multa obloquitur, quæ licet prætererire potuissem satis reiecta, vel facilè reijcienda ex adductis superius, ne quid tamen intactum sinam, summa libans percurram; notata obiter vanitate conaminis.

Reiectis ijs, quæ generalius contra nostræ possessionis Salariæ in Finario argumenta obij. ciuntur, concluditur in tota causa. Cap. LXX.

a à numer. 68. cap. 3.

Ex eo reijcit *b* Garbarinorum Institorias, asseres: gesta ab Administratoribus S. Georgij clam Marchionibus his fraudi esse non debere; neque enim, vt subdit *c* quæ Dominus præscribit ad propriam vtilitatem, & commodum Institori mercibus distrahendis præposito in ditione aliena, vnquam auditum, illo iussa exequẽte, Ius aliquod dominationis in ditione illa quæsiuisse: Eo addito *d* pretij illam taxationem non omnibus factam, sed post Commissarios Cæsareos subsequutos eodem tantummodò pretio distraxisse ex pacto, quo emissent. Absonum enim existimat dicere *e* ex taxatione illa vllum Ius quæsitum contra Marchiones, & multò minus contra Cæsarem, & Catholicam Maiestatem, qui Marchiones parum de illa solliciti essent, cum eodem pretio distraheretur Sal in locis conterminis, è quibus facilis erat comparatio, si grauius impositum fuisset in Finario.

b num. 88.
c num. 91.
d num. 93.
e num. 94.

Sed verbis malè reijcies, quæ veritate nixa eò altius extollis, quo magis impellis. Vis Institoriæ non in iussu solum, sed in vsu etiam sita est. Neque enim Mediolani Gubernator dum iussa, Madritto discessurus, à Rege accipit; sed dum Mediolani exequitur, Iurisdictionem exercet, quæ iussa exequutos esse Garbarinos in Finario per annos viginti octo inscijs Marchionibus, nec crederet sibi ipsi Luguna, & si credere vellet, nequiret, ruborem reuocante documento, quod dedi *litt.* R. 4. quo illi ipsi Marchioner, quibus inscijs tanta contigisse affirmat, pretium recipiunt patientiæ. Institorias autem salarias eiusdem generis non esse cum alijs mercium aliarum, satis patet ex eis, quæ fusius cap. 43. & quæ vsus vniuersi Christiani Orbis admittit: vt nemini, præterquam Imperio præditis hæc permittãtur, à quo etiam docemur quanti facienda sit pretij taxatio ab eodem fonte promanans, quam eamdem fuisse cæteris etiam à Carcasio districtius

iniun-

iniunctam, illamet verba Lagunæ docent, quibus admittit eodem pretio vendituros illos in se recepisse, quo ab Administratoribus accepissent: effectu scilicet eodem, sed modo alio, qui modus ità conueniebat locationi, prout ille prior Institoriæ. His autem actibus iurisditionalibus quæsiuisse Ius Administratores S. Georgij contra Catholicam Maiestatem, ad quam tum temporis Res Finariensis non pertinebat, & si pertinuisset, contra illum, Marchionesque, , vel Cæsarem; res est, quæ vt propositæ quæstionis cancellos egreditur, ità obuia esset responsio: Iura Reipublicæ nostræ altiores egisse radices *a* quam vt necesse habeant sola possessione inniti. *a vt cap. 40.*

Contra Inspectores verò ad recognoscenda Institorum gesta pro Imperio Finarium Genuà missos, quo nihil firmius dici, vel excogitari potest ad vsum Iurisdictionis demonstrãdum vt obloquatur. Dicit *b* in nulla consideratione habendum quod gessit Inspector Spinula anno 1588. cum cadat post annum 1571. vltra quod tẽpus reijcitur per Regias litteras possessionis nostræ probatio, & postea quam Marchiones eiecti fuerant à Marchionatu, qui cum administraretur per Cæsareum Delegatum, nullus aderat, contra quem huiusmodi actus dirigi possent. Præterquam quod *c* gesta hæc inter Achamum, quem nec constat fuisse præsentem, & Spinulam inuicem colludentes, Inspectoresque alios, obesse non poterant Cæsareis Administris rerum omnium, quæ gerebantur, ignaris. In cuius clandestinitatis argumentum assumit *d* anno 1605. carceribus mancipatum fuisse Io: Antonium de Ponte in idipsum ab Administratoribus Finarium missum, quem non nisi precibus exoratus, Comes Fontium Mediolani Gubernator dimitti iussit. Quibus addit *e* nec vniformiter exactas ab Inspectoribus rationes, nec eadem mercede Institores locasse operas; idque sedulò curasse S. Georgij Administratores monitu etiam Inspectorum: vt institutis Salarijs officinis Nauli, ac Petræ, optimoque Sale instructis, Salarium vectigal in Finario minueretur.

b num. 100. *c num. 102.* *d num. 106.* *e à nu. 108.*

Respondetur nihil firmius, nihil validius afferri posse ad vsum iurisdictionis demonstrandum inspectoribus hisce, qui exploratis in re præsenti mensuris, pretijs, cæterisque, quæ ad munus illud spectabant, rationes pro imperio excutterent, exigerentque *f* quæ tam frustrà reijciantur tempore, quam frustrà appellantur Regiæ litteræ, quorum verba, & sensus omni æquitate, & benignitate subnixa perpendimus supra *g* Nec collusisse inspectores cum institoribus credendum est asserenti Lagunæ,

f C. conquerente, C. dilect. de offic. ordin Mariam Soc. Senen. in tractat de Visitatio. nu. 14. Io: Franc. Pauin. in tract. de visit. p. 1. qu. 1. nu 8.
g cap. 12 & cap. 15.

cum

cum Iura hæc credi vetent, nisi probentur *a* Nec erat cur colluderent, cum hæc commoda Finariensium respiceret, vt fusius alibi. *b* Salariumque vectigal nostrum, in Finario, alibi radices egerit. *c* Quod ipsum vis illata Io: Antonio de Ponte Inspectore à nostris, de more, transmisso demonstrat; quem si officijs, precibusque reposcere potius, quam vi repetere sustinuimus, si non modestiæ nostræ, dabit Laguna, det imbecillitati virium nostrarum, si cum Potentissimo Rege Hispaniarum cõferantur. Certè cum ab eo tempore ad annum 1616., quo demùm eiecti fuimus, taciti quieuerimus nullo amplius Inspectore misso, palam fit, hæc, & huiusmodi alia eius generis esse, quæ vt exercita vsum, possessionemque Iuris nostri manifestè demonstrant, non tamen prohibita, vel neglecta, vlla possunt ratione peruertere. Ad rem denique possessoriam non facere, quæ de præsentia, vel scientia Marchionum, Cæsarianorumque malè arguuntur, minusque ea, quæ, tum ab Inspectoribus, tum in institoribus, seù conductoribus variata fuere, euidentius est, quã vt responsione egeat; quinimò quo pluries, & in pluribus variatum fuisse ostendetur, eò certius ex actuum multiformitate constabit de illa possessione, quam quærimus. *d*

Contra verò prohibitionem nostram Institoribus omnibus, & Conductoribus solemnem, ne ij alio Sale vti possent in Finario, præterquam aduecto ex horreis Genuensibus ea obijcit, *e* quæ nisi seriò restanti ponderis ageretur, absque risu excipi non possent. Non negat. quì enim negare posset, cum ex documentis omnibus eadem de re datis nihil sanctius actum, nihil religiosius exactum appareat? Retorquet contra Rempublicam. Audiamus subtilissimi Logici Porphirianam redargutionem. *Quia (inquit) si conuentiones essent in viridi obseruantia, & ad Officium S. Georgij Ius illud pertineret, minimè necessarium esset prædictos institores speciali vinculo ligare ad illud, quod ad Officium proprio Iure competebat.* Igitur si Lagunam audiamus quæ sunt in viridi obseruãtia, vsu percipienda non sunt, quæque nobis optimo spectant iure, & consequi per alios volumus, illis nõ sunt iniungenda, quibus vtimur, vt consequamur. Ego verò quid illi respondeam? nihil, præter Plautianum illud: Bellè, bellissimè narrat.

Ad reliqua festinemus. Testium nostrorum dicta exagitat *f* eo iacto fundamento *g* licet probassemus ab anno 1571. nullũ Salis, præterquam nostri in Finario Commercium fuisse, fraudi haud esse debere Regio Fisco, cum id à fœderibus profectum fuisse probatum non appareat; indè *h* testes ipsos, quos dedi

a Paris. cons. 110. in fin. lib. post quem Mascard. & alios, Menoc. lib. 5. præsũp 26. nu. 3.

b cap. 36.

c cap. 40.

d Bart. in l. mo re nu. 5. ff. de iurisd. omn. Iudic. sequit. Menoch. lib. 2. præs. 17. n. 35. latissime Masc. de probat. concl. 947. per totum.

e num. 111.

f à nu. 124.

g num. 127.

h à nu. 128.

litt. Q. 4. septuagenarijs maiores omnes, affirmantes vidisse sẽper se Sal omne Finarium Genuà importari, ibidemque iussu Administratorum S. Georgij vendi, non alio solidiori argumento redarguit, quam simul eos non docere id factum fuisse vi Fœderum. Quasi verò cum de probanda possessione agimus, probationes illæ non suffragentur, quæ simul adiuctam non habent, causæ (quam Nostri titulum vocant) probationem, qua re etiam in Iudicijs illis quibus de proprietate agitur, nil magis alienũ. *a*

Sed postremum tandem demus vniuersæ fabulæ actum; in scænam producto Salario ministro illo, quem horreis imponere solent Administratores S. Georgij, siuè Alexandriæ ad Tanarum, siuè Ticini quandocumque Curatores Mediolanenses, certis à nobis conditionibus Sal ad vsum totius Prouinciæ accipiunt, vt non rarò contingere alibi admonui. *b* Hic verò Laguna de more triumphat, & nominato quodam Ioanne Baptista Valerio, quem huic rei præpositum constat anno 1633. editisque forensi more iussis illis, quibus instructus Valerius ministerio fuerit addictus, exclamat; eodem iure censendos esse illos, quos Finario impositos tanti nos facimus, arguens: vt nullus alicuius frontis dicere auderet ordinatione illius ministerii Ticini, vel Alexandriæ imperium in re Salaria exercere nos, haud dispari fructu de Finario censendum esse Institoribus illis, & Conductoribus, quibus bona ex parte fabulam contexuimus. Ex qua quidem optata catastrophe, vt lætiores Laguna plausus capret, professionẽ scripto editam Honorati Principis Monachi simul protulit, qua sæpius se ad Mentonum suę ditionis in Liguria maritimum Oppidum, Sal aliundè, quam Genua aduectum, nulla à Nobis, nec petita, nec impetrata venia exponi iussit, suæ nedum ad vsum ditionis, sed alienæ etiam, Oneliæ præsertim, & Marri Marchionatus, qui Allobrogum, Duci paret imperio, additis Ducalibus litteris, testibusque productis, quibus hæc omnia contestatiora redduntur.

a *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. possess.*

b *cap. 43.*

Verum si Lagunæ conferantur in aliquo pretio habendi sunt Poetæ illi, qui ex machina, vel Deo aliquo conuersiones suas auspicantur, cum ea, quæ hic adducuntur, ad Epitasim potius, quam ad Catastrophem; ad confirmationem scilicet expositorum, quam ad conuersionẽ in contrarium eorum, quæ hactenus disputauimus, referenda sint, vt propterea cuius generis plausus à spectatoribus suis, si assequutus fuero vt demonstrem, expectare possit Laguna, nemo non videat. Spectemus igitur illum ipsum Valerium; intueamur cuinam tandem rei Ticini præ-

positus. Neque enim Lagunæ diligentia, qui Commentarium ipsum per illum curandarum rerum produxit a errare permittet. Percurramus singula.

a Fol. 321.

Migrandum primò ei quamprimum Ticinum, receptisque à Salarijs Conductoribus horreorum clauibus diuersæ formæ ab illis, quas Conductores sibi haberent, summa diligentia cauendum, ne quidpiam Salis horreis in illis se inscio inferatur, vel efferatur.

Item adesse cum sedulò debere recipiendo Sale, qui ex Cerioli Castro, vel alio viciniori loco, ex horreis Magistratus transportatus fuerit, recepta numeri tessera ab eo, cui id oneri erit quam tesseram, sed generis diuersi recipere debere à Præposito Conductorum, eius scilicet numeri, qui intra dies quindecim peruenisse quò fuerat destinatus, interdicta tesserarum harum post illos dies receptione.

Tertiò eius curæ demandatur, ad pondus, siuè ad mensurã, Sal in rationes referre, tam illatum, quam elatum suo præfixo vnicuique illationi, & elationi die.

Quartò ei iniungitur, vt adsit cuicumque distributioni, seù traditioni Salis iussu Conductorum faciendæ, referendique in rationes prædictas cui nam, & quò; seriò etiam admonito: non licere Conductoribus, ne micam quidem eius distrahere, nisi Ticinum transuecti; modico numero excepto pro vsu Derthonæ, & Alexandriæ.

Quinto super omnia curanda ea, quæ proximè iniungebãtur, & si quidpiam secus factum intelligat, denunciandum illicò Magistratui.

Sexto vt decrementa quæcumque, exceptis leuioribus, quæ temporum iniuria in Salis transuectione contingerent, in rationes pariter inferat.

Septimò, nullum Salis numerum referendum in rationes, nisi post receptum in horreis, nec alio prorsus die.

Octauo, quolibet mense conficere debere commentariolum de rationibus illis, cumque collatum cum alio consimili à collega conficiendum transmittere intra octo dies Magistratui.

Nono, iteratò admonitum volunt, non licere Conductoribus Salem transmittere, nec citra, nec vltra Padum in aliquem locum Prouinciæ Montisferrati, &c., propterea ei maximè cauendum ne aliter fiat, ob enorme damnum, quod si secus contingeret, Magistratui obueniret.

Decimo iubebatur, non per alium quempiam, sed per se ipsum munus demandatum exercere. Vnde-

Vndecimo, certior fit: mercedē laborum huic ministerio statutam, non nisi lapso quolibet trimestri eum expectare debere.

Postremò (si muneris tantum leges respiciamus) non adeò negligendas tesseras illas, quæ post dies quindecim traderentur, de quibus in secundo capite, vt earum certa mentio in rationibus facienda non esset, eò respiciens, vt scirent Conductores ad Salis numerum de quo in eis, sibi pœnæ nomine soluendum esse Malpagum (seuerius scilicet pretij genus, quo Conductores luere ex condicto tenentur quemcunque Salis numerum, quem præter receptum Genua ab horreis Magistratus Ticinum non inuexissent) qua voce, omninò nostra, nihil frequentius in Salarijs Conuentionibus, quæ pro vsu exterarum Regionum condicuntur.

Ex his muneris huiusce legibus, quas etiam vt Laguna protulit, easdem do *lit.* B. 5. haud dubito spectatores omnes cogn ituros de alia omninò re agi in hoc Ticinensi ministerio, & diuersa ab institorijs, & locationibus Finariensibus. Neque enim fidei Ministri huius committitur, seu permittitur, vt certo pretio Salem ab Administratoribus S. Georgij receptum Ticini vendat, qua in re situm esse Salarium hoc vectigal sæpius diximus & vsus totius Orbis Christiani demonstrat; sed quid toto cælo diuersum (ne contrarium dicam) Salem scilicet a Conductoribus Mediolanensibus emptum illum quidem ab ijsdem Administratoribus Genuæ, sed leuissimo pretio, & ab eisdem Ticini recipiendum, insimul cum eis custodire debere, cauereque diligenter, ne emptores illi, quantumuis ex empto Domini, præter, vel contra conuenta eo abutantur in fraudem Administratorum S. Georgij, distracto scilicet alibi, quam in Prouincia Mediolanensi Sale illo, Periculum enim præsentissimum est, ne Curatores hi Mediolanenses, dum Salem, quem emptum habent, Genuā Ticinum versus transuehi curant ex itinere longè maiori compendio, illum, vel in Ditione Reipublicæ nostræ, in qua multò carius venit, vel in conterminis Regionibus, Montisferrati præsertim distrahant. Ad quæ incommoda auertenda antiquitus constitutum est, vt pro locorum distantia, certis collocatis in via horreis periter vniuersum Genua Ticinum adigantur emptores quicumque, vel quocumque nomine censeantur Curatores, qui Salem ad vsum Mediolanensis Prouinciæ ab Administratoribus S. Georgij comparant, in statis illis horreis illū recipere sub custodia etiam Ministrorum horum, quos Stapulerios vocamus, nihilque inferri, vel afferri ijs inscijs licere, ne B. 5.

fraus scilicet aliqua committi possit contra pacta conuenta de certo numero, certo pretio, in certum locum transuehendo, certiusque cognosci possit omnia ex fide administrata.

Cui quidem nudo ministerio, cum ea nulla ratione conueniāt, quæ in Finariensibus Institorijs, locationibusque abundare ex iuris præscripto docuimus aliàs *a* nemini quantumuis Laguniano ingenio mirum videri meritò potest, nec idem ius tribui, nec vllum propterea Nos in re Salaria Ticini quæsiuisse contendere, vltrò agnoscentes id merè facultatiuum fuisse, quod vt euidentius demonstrem, vnà cum discrimine, quo ab institorijs illis se iungitur, publicum documentum do *lit.* C. 5. conuentionum inter Administratores S. Georgij, & Mediolanenses Curatores, quarum vi expresse cauetur de Stapulerio hoc (ignosce quæso Lector nouitati nominis) Ticini collocando, non ad effectum exercendi Salarij vectigalis, sed curandi ea, quæ liberalius fortè quam oportuerat, sum prosequutus.

a *cap.* 66.

C. 5.

Sed nec te diutius morabor amice Lector insulso hoc meo, quamtumuis de re Salaria dicendi genere; Omnia claudam Honorati Monachi Domini testato edita professione, qua, & sibi licere ad Mentonum, suæ Ditionis Oppidum ad littora Liguriæ situm, Sal vndecunque mari aduehere, indèque ad libitum in Ditiones alias, Allobrogum præsertim Duci subiectas distrahere, qua de re Nobis obiecisse Lagunam paulò ante memineră. Cui quid respondeam? Negabo ne vnquam factum? Non ea sum fronte, vt possim; non eos animos gero, vt velim. Dico iure fieri minimè debuisse, si vera sunt quæ de maris Imperio Genuensis Reipublicæ in tota littorali Liguria disserui *b* si firma quæ Maximilianus Cæsar comprobauit, *c* si seruanda quæ Galeatius Maria Vicecomes tunc temporis Mentoni Dominus simul, & Reipublicæ nostræ Princeps hac eadem de re sanciuit *d* Neque enim dum de iure disputamus, trahenda in exemplum sunt adulteria, furta, homicidia, & alia huiuscemodi, quæ non minus certum est detestanda esse, quam passim committi. His addo arduum admodum (ne impossibile dicam) esse hominem arce valida inter inacessos scopulos tutum, præsidio, non minus & vexillo, quam auctoritate Potentissimi Regis, suffultum prohibere, ne mare aperto abusus ea audeat, quæ plena emolumenti assequi non desperat impune. Quibus, exemplo semper grauius nociturις, quam re, obuiam itum à Nostris pro viribus, vt satis innotesceret Monachi Dominis, eorumdemque dominationi subiectis: haud quaquam ea iure permitti, quæ omnindò

b *cap.* 40.
c *tota sectione quinta.*
d *vt ex littera* M. 2.

nino prohiberi non poterant, nec peccati impunitate vsurpata peccandi licentiam concessam. Multis igitur pœnis contra absentes, eorumdemque nauigia ex lege actum, quibus licet parum incommodi vt plurimum sontibus allaturis; remedium certè potentissimum violatæ iurisdictioni afferebatur *a* quarum quidem condemnationum apud acta Magistratus huic rei præpositi exaratarum volumen integrum edere possem, quod non faciam, contentus edicto, quod protuli *b* contra Lambertum ipsum de Grimaldis Mentoni Dominum, addita commemoratione recentissimi facti contra eundem Honoratum eadem tentantem, anno proximo 1638. Augustino Pallauicino dignitate non minus tunc temporis quam consilio Reipublicæ nostræ Duce, quo auctore, cum allatum esset, Nauim è Belgio Salem exoneraturam ad Mentonum appulisse; immissus cum duabus triremibus Ioannes Antonius Saulius Constantissimus Vir, & de Republica, belli potissimum tempore, (quo rei tormentariæ Summus Præfectus ex incendio casu exorto in Pignæ deditione ferè conflagrauerat) optimè meritus, cum mandatis, vt si Nauarco persuadere non posset Salem illum Genuam aduehere iuri spreto subsidiarijs armis subueniret. Qui commissam sibi Prouinciam gnauiter aggressus, meliori iure, quam successu, obtinere non potuit; Aphricus namque elatiores in tractu illo euoluens fluctus, quam rostratæ nostræ tolerarent Belgarum contumaciam obfirmauit; qui applicata quantum mare patiebatur Oppido naui: ne cominus oppugnari posset, nostrorum ictus, qui ex vndarum agitatione incerti eminus eiaculabantur, facilè irridebant. Quibus à Saulio perspectis, verito insuper, ne, inualescente vento, graue aliquod, importuoso in Littore detrimentum acciperet, incepto destitit, Genuamque triremes reduxit. Sed irriti conatus dolor acerbiores exigere pœnas a violatoribus iurium maritimorum adegit Senatum; Proscripta cum Nauclero, & nautis naue illa, interdictoque quocumque Commerciorum Iure Mentoniensibus omnibus cum Ligusticis ceteris, qui Reipublicæ parent Imperio.

a *l. 1. & ibi omnes ff. de iurid. cap. prætereacap. ex lit. cap. de caus. de offic. deleg. late Farin. q. 113. inspec. 10.*

b *litt: N. 4.*

Et hoc quidem siue perpetrato, siue tentato, ad asserendum in Ligustico mari Imperium, & cum Imperio Salaria iura, à Nostris facinore; quod Dux Pallauicinus, cui admirator virtutis, & consiliorum sectator in Senatu aderam, non sine meo suffragio decreuit; quod Saulius, cuius amicitia à pluribus annis, pro sua in me humanitate, familiarissimè vtor, non sine meis stimulis aggressus est; quod denique Comperarum Sancti

Georgij

Georgij Administratores non nisi communicato mecum consilio; quo plurimum in rebus arduis vtuntur, peregerunt; vniuersum hunc meum de Salario, & Commerciorum iure in Finario Patriæ meæ debito, sermonem concludo.


Ad maiorem DEI gloriam, Virginisque Matris laudem, quam vt Patronam Reipublicæ, concepto ex formula Voto, nuncupauimus, nobisque REGENDIS Prouinciam supplices detulimus, ità exoratam velim, vt ad ea propugnanda, sine quibus Genuensium Nomen stare non potest, adsit propitia sempiternò.

FINIS.

	Errata	Corrige
In proluſ. ante finē	retorſerit	detorſerit
fol.3. linea 4. ante finē	commodo	commoda
Ibi linea vltima	cęroque	cæteroſque
fol.10. lin.19.	Pontificē huius	Pontificē Paulū huius
fol.15. lin.8. ante finem	Reipublicæ	Repub.
fol.16. lin.22.	quę nec	quem nec
fol.18. lin.5.	potiſſimum	potentiſſimum
Ibi lin.4. ante finē	executionis	executioni
fol.19. lin.1.	prouincia	prouinciæ
fol.20. lin.13.	de mandato	demandato
fol.22. lin.8.	inuentore	incentore
fol.23. lin.1.	faſto	fato
fol.24. lin.6.	qui ſui	quæ ſui
fol.25. lin.20.	quamque	quæque
fol.26. lin.9. ante finē	dediciſſet	didiciſſet
fol.30. lin.16.	peragratos	peragratus
fol.31. lin.7.	quo illis	quo illos
fol.37. lin.16.	Iudicem	Indicem
fol.39. lin.1.	in eum	in eo
fol.42. lin.1.2.	quas & cę	quas. a. & cę b cum repetitione eiuſdem litteræ in margine.
fol.42. lin.28.	ſe legerit	ſelegerit
fol.43. lin.32.	vtrandique	vetandi quæ
fol.51 l 6. à fine	diſſidiarum	diſſidiorum
fol.53. lin.4.	intelliguntur	intelligunt
Ibi lin.10.	opus	opis
fol.56. lin.3.	laceſſantes	laceſſentes
fol.57. lin.15.	Occidentali	Occidentaliori
fol.63 lin.23.	adiecerit	reiecerit
fol.64. lin.34.	ab Inſulam	ad Inſulam
fol.68. lin.15.	Bonuaſallus	Bonuillanus
fol.72. lin.13.	invectigalibus	vectigalibus
Ibi lin.15.	minori ex	minori &
fol.74. lin.11.	Lauanienſeſne	Lauanienſeſque
fol.79. l 4. ante finē	per Germanorū	Germanorum
fol.83. lin.2.	attributum	attributæ
fol.88. lin.9.	etiam opus	etiam opis
Ibi lin.22.	ſummam	ſummum
fol.91. lin.16.	illaſque	illudque
fol.92. lin.20.	proceſſerant	præceſſerant
fol.102. lin.18.	inſtruere	aſtruere
fol.103. lin.30.	recenſendi	recenſendis
fol.113. lin.23	abſtruere	adſtruere
fol.122. lin.16.	quæ illius	quæ de illius
fol.123. lin.22.	aſſumunt	aſſumant
fol.125. lin.26.	fuerunt	fuerint
fol.127. lin.26.	quæ exceptio	quam exceptionē
fol.128. lin.3.	quæ contra	contra
fol.131. lin.6. ante finē	Calpam	Calpem
fol.133. lin.19.	Terentinis	Tarentinis
Ibi lin. fin.	Ignaui	Ingenui
fol.137. lin.17	pactum	partum
fol.139. lin.6. ante fin.	deflectant	deflectunt
fol.148. lin.vlt.	Imperatoribus	Imperantibus
fol.153. lin.6. ad finē	is is	ijs
fol.155. lin.21.	at	&
fol.156. lin.5.	Matthæo	Marco
fol.156. lin.10.	deuit	defuit
fol.175. lin.8. prope finē	inter	intra
fol.186. lin. finali	rata	ratam
fol.187 lin.13.17. & 21.	Gaſparinum	Georginum
fol.187. lin.28.	potentium	potentiorum
fol.190. lin.19.	pacatas	pacatos
fol.198. lin.8.	Firium	Finarium
Ibi lin.6. ante finē	exceptarum	exemptarum
fol.199. lin.vlt.	transferrei	transferre
fol.205. lin.32.	Apuo	Auo
fol.210. lin.21.	anco	anno
fol.223. lin.32.	reuerſari	verſari
fol.225. lin.9.10.	appellaretue	appuleretue
Ibidem lin.18.	dedit	dedi
fol.226. lin.15.	inſtitoria	inſtitoriæ
fol.227. lin.31.	perficitur	præficitur
fol.231. lin.23.	Quod quod	Quid quod
fol.234. lin.1.	adeamus	ademamus
fol.238. lin.32.	eos	eum
fol.239. lin.3. ad finē	initi	niti
fol.241. lin.14.	in poteſtate	in poteſtatem
Ibi lin.7. prope finē	repetitum	repetituram
fol.244 lin 5. à fine	lamentantur	lamententur
fol.245. lin.5.	1588	1558
Ibid. lin.5. ante finē	extemporaneo	extemporanea
fol.247 lin. à fine	ſubſiſti	ſubſtiti
fol.249. lin.10	mina	ruina
fol.251. lin.19.	viribus	iuribus
fol.254. lin.30.	cuius	cum
fol.262. lin.28.	retinentiæ	reticentiæ
fol.265. lin.17.	recurret	recurrat
fol.274. lin.1.	præpoſitus	præpoſitum
fol.275. lin.vlt.	afferri	eferri
fol.277. lin.5.	iuriſdictionibus	iuriſdictioni
Ibidem lin.28.	graue aliquid	graue aliquod

In Documentis

	Errata	*Corrige*
fol.11. lin.30.	Antonius	Ansaldus
fol.18. lin.13.	Tuxio	Taxio
Ibidem	Vacario	Nacaro
fol.26. lin.38.	Obibho	Obizo
Ibidem	Vercius	VVercius
Ibidem lin. 39.	Blandata	Blanduto
fol.36. lin.vlt.	Frixia	Frexia
fol.41. lin.28.	Porri	Porci
Ibidem	Leuanuptias	Lecanuptias
Ibidem lin.29.	Pineli	Pignoli
fol.54. lin.29.	Valle	Vallario
fol.132. lin.2.	Patrem	fratrem
fol.137. lin.16.	1382.	1390.
fol.139. lin.10.	foles	Ioannes
fol.141. lin.27.	12.	21.
fol.142. lin.17.	Craui	Traui
Ibidem lin 19.	Casolla	Cazella
fol.143 lin.47.	Astria	Auria
fol.153. lin 54.	138.	1387.
fol.155. lin 14.	Lazarinum	Bartolomeum
fol.161. lin.21.	Gasparino	Georgino
fol.191. lin.16.	VIII.	VII.
fol.197. lin.2.	1440	1450
fol.203. lin.2.	Brugorata	Brugnali
fol.209. lin.4.	Friderici maioris	Friderici minoris



EXCVRSVS PRIMVS.

Ex taciturnitate, ac silentio consensum probari.



PAVLVS I.C. in l. si filius familias 16. ff. ad Maced. respondit non obstare S. C. filio familias mutuum recipienti, quasi de mandato Patris, si super illa re ad Patrem litteras mittat in Prouinciam, vt eam pecuniam soluat; debet enim Pater, si actum improbat, continuò contestationem interponere contrariæ voluntatis, & ibi glos. in verb. [contrariæ voluntatis] notat, quod qui non improbat, probat, & plura iura concordantia adducit, quam glos. Bart. sequitur ibidem, & in l. si litteras. C. mandat. Bald. sub num. 5. Salic. nu. 3. & cæteri Scrib. Idem Bart. in l. filius familias §. inuitus ff. de procur. & in l. cum tabernam §. 1. ff. de pign. Alex. cons. 78. nu. 1. vol. 1. Ias. in l. admonendi nu. 138. ff. de iureiur latè Gabr. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 2. Rot. Ian. mercat. decis. 24. nu. 4. decis. 58. num. 7. decis. 125. nu. 1. decis. 138. num. 6. & decis. 163. nu. 3. Strach. de assecur. gl. 11. nu. 47.


Cui dispositioni concordat verbis expressis Ius Canonicum in clem. 1. de procur. vbi per receptionem simplicem litterarum, in quibus contineatur mandatum ad recipientem directum, intelligitur acceptasse mandatum ea expressa ratione *cum per hasce ad omnia tum præstitisse videaris consensum*.

A qua sententia licet recedere tentauerint Card. d. clem. 1. in opposit. & Rot. Ian. decis. 23. nu. 20. & Alciat. teste Zuccard. in repet. rub. C. de pact. num. 72. opinati taciturnitatem non sufficere, nisi aliundè constet de consensu, tamen superius firmata sententia verior est, & ab ea non esse recedendum testatur Zuccard. vbi supra num. 67. & 72. in fin. vbi plura in proposito adducit, & sequitur Alciat. ipse de singul. certam. num. 30. & 31. in proposito singularis certaminis, in quo per receptionem cartelli cum taciturnitate probat elici consensum recipientis contentorum in eo.

Hinc

In Documentis

	Errata	Corrige
fol. 11. lin. 30.	Antonius	Ansaldus
fol. 18. lin. 13.	Tuxio	Taxio
Ibidem	Vacario	Nacaro
fol. 26. lin. 38.	Obibho	Obizo
Ibidem	Vercius	VVercius
Ibidem lin. 39.	Blandata	Blanduto
fol. 36. lin. vlt.	Frixia	Frexia
fol. 41. lin. 28.	Porri	Porci
Ibidem	Leuanuptias	Lecanuptias
Ibidem lin. 29.	Pineli	Pignoli
fol. 54. lin. 29.	Valle	Vallario
fol. 132. lin. 2.	Patrem	fratrem
fol. 137. lin. 16.	1382.	1390.
fol. 139. lin. 10.	foles	Ioannes
fol. 141. lin. 27.	12.	21.
fol. 142. lin. 17.	Craui	Traui
Ibidem lin 19.	Casolla	Cazella
fol. 143 lin. 47.	Astria	Auria
fol. 153. lin 54.	138.	1387.
fol. 155. lin 14.	Lazarinum	Bartolomeum
fol. 161. lin. 21.	Gasparino	Georgino
fol. 191. lin. 16.	VIII.	VII.
fol. 197. lin. 2.	1440	1450
fol. 203. lin. 2.	Brugorata	Brugnali
fol. 209. lin. 4.	Friderici maioris	Friderici minoris



EXCVRSVS PRIMVS.

Ex taciturnitate, ac silentio consensum probari.



PAVLVS I. C. in l. si filius familias 16. ff. ad Maced. respondit non obstare S. C. filio familias mutuum recipienti, quasi de mandato Patris, si super illa re ad Patrem litteras mittat in Prouinciam, vt eam pecuniam soluat; debet enim Pater, si actum improbat, continuò contestationem interponere contrariæ voluntatis, & ibi glos. in verb. [contrariæ voluntatis] notat, quod qui non improbat, probat, & plura iura concordantia adducit, quam glos. Bart. sequitur ibidem, & in l. si litteras. C. mandat. Bald. sub num. 5. Salic. nu. 3. & cæteri Scrib. Idem Bart. in l. filius familias §. inuitus ff. de procur. & in l. cum tabernam §. 1. ff. de pign. Alex. cons. 78. nu. 1. vol. 1. Ias. in l. admonendi nu. 138. ff. de iureiur latè Gabr. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 2. Rot. Ian. mercat. decis. 24. nu. 4. decis. 58. num. 7. decis. 125. nu. 1. decis. 138. num. 6. & decis. 163. nu. 3. Strach. de assecur. gl. 11. nu. 47.

Cui dispositioni concordat verbis expressis Ius Canonicum in clem. 1. de procur. vbi per receptionem simplicem litterarum, in quibus contineatur mandatum ad recipientem directum, intelligitur acceptasse mandatum ea expressa ratione *cum per hasce ad omnia tum præstitiße videaris consensum*.

A qua sententia licet recedere tentauerint Card. d. clem. 1. in opposit. & Rot. Ian. decis. 23. nu. 20. & Alciat. teste Zuccard. in repet. rub. C. de pact. num. 72. opinati taciturnitatem non sufficere, nisi aliundè constet de consensu, tamen superius firmata sententia verior est, & ab ea non esse recedendum testatur Zuccard. vbi supra num. 67. & 72. in fin. vbi plura in proposito adducit, & sequitur Alciat. ipse de singul. certam. num. 30. & 31. in proposito singularis certaminis, in quo per receptionem cartelli cum taciturnitate probat elici consensum recipientis contentorum in eo.

Hinc emanauit cautela eius, qui non habens probationem de suo credito, litteras, vel codicillos mittit debitori requirentes de credito, qui si in receptione nihil dicit, intelligitur fateri, & probat creditum ex receptione litterarum cum taciturnitate. Bar. in l. quo enim ff. rem rat. hab. Rip. in l. admonendi num. 138. ff. de iureiur. Ias. in l. quæ dotis num. 92. ff. sol. matr. Mathes. Sing. 22. & ibi latè add. Cepol. caut. 9. pone quod filius in fin. Alex. cons. 171. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 430. in fin. & cons. 632. nu. 16. Paris. cons. 5. nu. 206. lib. 4. extollit Mancin. de confess. cap. 4. num. 4. Gabr. lib. 1. de præs. concl. 2.

Licet testes, qui inducuntur ad probandam hanc receptionē, debeant etiam plenè deponere de contentis in litteris: ità Dec. in cap. 2. num. 15. de fid. instrum. Ias. in l. admonendi nu. 138. ff. de iureiur. Mathes. d. Sing. 22. Mars. in rubr. C. de probat. nu. 246. & infra, Rip. in cap. cum M. nu. 132. vers. & dicunt DD. de constit. Barbat. cons. 75. col. fin. vol. 4. Anchar. in d. clem. 1. num. 4. vers. 4. nota. Cuius rei praxis est penes DD. præcitatos, Decia. cons. 63. nu. 3. lib. 5. Strach. de assecur. gl. 11. num 7. Borro. inter Consil. Zas. cons. 4. Menoch. de præs. lib. 3. præs. 65. nu. 16.

Et hanc conclusionem secutus sum ego ipse distinguendo in Tractatu meo de camb. disp. 1. quæst. 19. & disp. 2. quæst. 9. à 4. & infra, & quæst. sequenti à num. 14.

EXCVRSVS SECVNDVS.

In Iudicijs possessorijs silere debere quamcumque proprietatis quæstionem.



NIhil commune habet proprietas cum possessione, & ideò non negatur ei, interdictum vti possidetis, qui cepit rem vendicare. Vt totidem planè verbis testatur Vlpianus in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. possess. vbi DD. omnes dictum Vlpiani extollunt, & amplificant, testantes habere locum in quocumque Iudicio possessorio.

Et quidem dum agitur de adipiscenda possessione, id docent Aretin. in §. quadrupli num. 59. Inst. de action. Afflict. decis. 14. num. 4. Rolan. à Vall. cons. 1. à num. 70. vsque ad num. 73. lib. 1. post

1. post quos, & alios Menoch. adipisc. rem. 1. num. 102. qui licet sub num. 104. contrarium determinet, quando exceptio Dominij probatur incontinenti; id tamen nec tollit regulam in contrarium, nec procedit, quando possessio esset penes reum cũ vitio, vt post Bart. in l. filiam fratribus ff. ad Trebell. & Rip. in l. 1. num. 13. ff. quor. bonor. firmat idem Menoch. vbi supra num. 107.

Dum verò versamur in Iudicio retinendæ, certius est conclusionem procedere. Bart. in l. naturaliter §. nihil commune num. 2. ff. de acquir. poss. Capic. decis. 121. nu. 30. Natt. cons. 419. num. 5. lib. 3. Virgin. de inter. vti possidet. seù de manutentione cap. 5. exceptiones, quæ possunt obijci num. 2 & cap. 9. titulus an sit necessarius num. 1. & 2. vbi testatur de communi opinione Puteus dec. 29. num. 12. lib. 3. latè Menoch. retinend. rem. 3. quæst. 79. num. 671. cum seqq. & præcipuè num. 675. vbi plures refert, & inter cæteros Fabrum, qui testatur de communi, conclusionem procedere, quantumuis obijceretur probatio Dominij incontinenti. Quod certius procedit in possessore, qui amisisset naturalem possessionem retenta ciuili, vt per Aret. d. §. quadrupli num. 74. cum seqq. Inst. de action. Socin. cons. 15. Insignis Doctor num. 3. lib. 4. Menoch. retinen. rem. 3. quæst. 2. num. 22. Neque enim aduersarius, qui hoc casu occupasset naturalem, audiretur Dominium allegans Rip. d. §. nihil commune num. 98. Rub. num. 137. Fab. num. 60. Dec. nu. 42. Bero. in cap. litteris num. 86. de restit. spol. Natt. cons. 419. nu. 5. & 6. lib. 2. post alios Menoch. retin. rem. 3. num. 676. vbi reprobat contrarium sentientes. Demùm id multò fauorabilius, & plenius procedit in iudicio recuperandæ, vt docēt Bart. Abb. Aret. Bero. Dec. Paris. Gabriel. Menoch. vbi supra, etiamsi Dominij probatio offeretur incontinenti, Butr. d. cap. 1. nu. 24. de rest. spoliat. Abb. ibidem num. 5. Dec. d. cons. 84. num. 1. Boer. decis. 138. num. 2. Menoch. recuper. rem. 1. quæst. 21. nu. 239. & 243. vbi affert discrimen inter hoc Iudicium, & Iudicium adipiscendæ ex doctrina Abb. in cap. 1. de rest. spoliat. Ne scilicet detur occasio delinquendi.

EXCVRSVS TERTIVS.

In Iudicio recuperandæ possessionis duo tantum extrema sunt probanda, actorem scilicet antiquitus possedisse; Reum verò nunc possidere.



TExt. in c. cum ad sedem de rest. spol. & ibi DD. communiter, Innoc. in c. sæpè sub nu. 20. vers. Imo plus videtur, eod. tit. Menoch. in prælud. recuper. nu. 21. & remed. 15. quæst. 31. nu. 389. & seq. Rimin. Iun. cons. 30. num. 15. lib. 1. Alex. cons. 6. nu. 5. lib. 3. Grat. cons. 70. nu. 22. & seq. lib. 1. Honded. cons. 23. nu. 39. lib. 2. Afflict. decis. 327. num. 2. Mascard. latè concl. 827. nu. 1. Rot. decis. 189. nu. 1. decis. 208. nu. 1. & decis. 426. nu. 1. par. prima in recentiorib.

Ampliatur etiamsi spoliatus Actor non probet de sua iniustitia eiectione. Abb. in d. cap. ad sedem num. 13. 18. Alex. cons. 6. num. 5. lib. 3. Affl. d. decis. 327. num. 2. probata enim possessione antiquiori, recens præsumitur clandestina, & vitiosa, vt post Bald. tradit Affl. d. decis. 327. num. 2. Mascar. d. concl. 827. num. 2.

Et consequenter onus probandi contrarium transit in nouum possessorem, absque eo, quod probet ea, quæ venirent in replicationem. Oldr. cons. 729. nu. 3. Castr. cons. 89. nu. 2. lib. 2. Rui. cons. 120. num. 5. lib. 5.

Nec tenetur spoliatus actor probare possessionem de tempore spolij, sed sat est docere quod ante spolium aliquando possiderit, vt est tex. in cap. olim de rest. spol. ibi, vel prius etiam habuisset. Alciat. de communi in suo tract. de præsumpt. reg. 2. præs. 21. num. 10. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 386. Tira. latè de præscript. §. 1. glos. 5. vers. sed nunquid satis Couar. qui respondet contrarijs in cap. possessor. par. 2. relect. 4. num. 1. de reg. iur. in 6.

EXCVR.

EXCVRSVS QVARTVS.

Ineptè eum facere, qui cum Iudicio possessorio agere possit, proprietatis quæstionem admittit.




QVIA etiam spoliatus actor, si consentit reum spoliatorem excipere de Dominio impeditur restitutio, cap. 1. de rest. spol. illis verbis. *Tamen, quia euentus Diaconus ipsius Ecclesiæ, consentiente illo, constituit se legitimè probaturum dictũ dictum campum eiusdem Ecclesiæ Iuris esse: veritatem inquiret, & si hoc probatum fuerit, huic dictum est, vt a sua intentione discedat.* Et ibi Butrius notat num. 23. vers. oppono, cum glos. Abb. num. 3. vers. nota spoliatum Bero. nu. 20. Aret. Inst. de action. §. quadrupli nu. 45. vers. Quod tamen intelliges verum, Felin. cons. 37. numer. 4. Crauett. cons. 299. Antonius num. 7. vers. tertio respondeo, & cons. 302. num. 6. Natt. cons. 14. num. 12. Menoch. recuper. remed. 1. quæst. 15. num. 161. & 162.

Quod habet locum nedum in consensu expresso, sed etiam in tacito, Bart. l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. possess. sub nu. 30. Dec. cons. 84. Excellentissimi sub nu. 2. Crauet. cons. 248. nu. 3. Menoch. d. rem. 1. qu. 15. nu. 163.

Prout quando spoliatori excipienti de Dominio actor non replicat, sed patitur eum facere probationes super Dominio, nã eo ipso, quod tacet, nec contradicit, dicitur consentire Bartol. in l. si quis ad se fundum numer. secundo versicul. Pro huius euidentia. C. ad l. Iuliam. de vi public. Bald. post Iac. de Butr. in l. ordinarij numer. 14. vers. quid de hac C. de rei vendic. Afflict. decis. 193. num. 1. Capic. decis. 28. nu. 1. Paris. cons. 53. nu. 106. & 107. lib. 3. Natt. cons. 289. nu. 11. lib. 2. Neuiz. cons. 79. nu. 2. Menoch. d. remed. recup. 1. qu. 15. nu. 163. Gabr. lib. 5. tit. de rest. spol. concl. 1. limit. 4. nu. 62. & 63. vbi testatur de communi. Quinimò si opponat, & protestetur, & non appellat, si protestatione eius non obstante procedatur in cognitione de Dominio, & admittantur probationes, quod sibi præiudicet concludit idem Menoch. de rem. 1. nu. 167. & in cons. 1262. nu. 3. & Crau. d. cons. 248. nu. 4. & cons. 301 nu. 6. Cancer. var. resol. par. 1. tit. de except. cap. 18. nu. 37.

EXCVRSVS QVINTVS.

Non licere bona Imperij totaliter alienare.



Onorius Tertius S.P. in cap. Intellecto 33. extr. de Iureiur. rescribit Collocensi Archiepiscopo. Quod cum Rex Hungariæ in sui coronatione iurasset, nullas facere alienationes in præiudicium Regni sui; & tamen fecisset, interposito etiam iuramento, quod non obstante hoc posteriore iuramento, poterit alienationes factas contra anterius iuramentum reuocare.

Huius dispositionis occasione Cannonistæ ibi docēt: Imperatorem plenè alienare non posse res Imperij. Bald. ibi, quia est Sancta Sanctorum, & de communi sententia testatur Abb. ibi nu. 6. vbi excipit donationem Constantini factam Ecclesiæ ea ratione, quia S.P. saltem in habitu habebat laicalem potestatē à Deo super rebus donatis. Quod ipsum firmat Bald. in prælud. feud. vers. expedita definitione feudi nu. 32. dicens dictam Cōstantini donationem valere, quia fuit diuinitatis, non humanitatis. Melius dixeris: quia Imperium Constantini Monarchicum erat; secus Imperium nostri temporis, quod Aristocraticum est, & à Regno Germaniæ separatum quoad formalitatem. Idem Bald. in tit. de pac. const. verb. successorum suorum, & in cons. 324. nu. 1. cons. 326. in princ. & cons. 300. n. 5. vbi dicit Supremum Imperium esse indiuisibile, & in l. 1. nu. 6. ff. de off. præfect. Vrb. & in l. 1. nu. 22. C. de seruitu. idem Bald. plenè in prælud. feud. nu. 32. & in l. 1. in fin. C. de hæredit. & act. vendit. Longauillius l. Imperium nu. 256. ff. de Iurisd. omn. Iud. Moder. Paris. in consuet Paris. tit. §. 1. gl. 5. nu. 53. 54. Didac. pract. qu. cap. 4. nu. 1. in fin. Bar. in l. hostes. col. 2. ff. de captiu. & postlim. reuer. vbi habet, quod si quis diceret: Imperatorem non esse Monarcam, & Dominum totius mundi, esset hæreticus, quia diceret contra determinationem Ecclesiæ, & textum S. Euangelij, Imol. in rub. de verb. oblig. Angel. in l. si certarum in princ. ff. de testa. milit. sequitur Alex. cons. 24. nu. 23. lib. 5. Afflict. c. 1. §. item si quis feudum tit. Quib. mod. feud. amitt. nu. 16. Felin. cap. ad audientiam nu. 4. ext. de præscript. Seuerin. in l. Imperium qu. 14. ff. de Iurisd. omn. Iud. Natt. cons. 402. nu. 20. & cons. 636. nu. 52. & con. 640. nu. 43. Menoch. cons. 1. nu. 39. lib. 1. Scand. de feud. par. 4. cap. 1. nu. 33. Restaur. de Imperat.

quæst.

qu. 104. nu. 4. Et hinc est, quod facta donatione per Imperatorem etiam verbis prægnantibus, & importantibus plenum dominium, semper intelligitur reseruata superioritas, & ius supremi Dominii. Ità Alex. l. filio quem Pater nu. 15. ff. de lib. & posth. & cons. 24. Ponderatis in fin. nu. 23. lib. 5. Ias. cons. 10. nu. 4. lib. 3. Abb. cons. 3. in 26. qu. lib. 2. Angel. in l. prohibere §. 1. ff. quod vi aut clam. Natt. cons. 640. nu. 6. Angel. l. 1. §. mandatum ff. de off. eius, seq. Riminal. nu. 9. tradentes id procedere, dummodo donatio facta non fuerit Papæ, cuius dicta sequitur etiam Afflict. cap. 1. §. item si quis feudum nu. 12. tit. Quib. mod. feud. amitt. & in cap. 1. §. potestas nu. 15. tit. Quæ sunt regal. Seueri: in repet. l. primæ, nu. 15. C. de Summ. Trin. & in fortioribus Rip. l. 2. respons. cap. 7. nu. 9. Decia. cons. 19. nu. 194. vol. 3. Rol. cons. 1. nu. 135. in 2. Cephal. cons. 539. n. 7. Nouissimè Benedictus Carpzouius homo Germanus in tract. de leg. Reg. Germa. cap. 7. vbi etiam testatur nu. 16. Imperatores Germaniæ iurare se recuperaturos iura Imperij alienata.

EXCVRSVS SEXTVS.

Imperialem Dignitatem, Pontificia excepta, super omnes alias esse.



QVod Papa excedat, non est dubitandum c. quis dubitet c. duo sunt c. si Imperator 96. distinct. nec mirum, quia Papa est Petri successor, & Vicarius Iesus Christi Domini Nostri, non solius hominis vices gerens in terris, sed Dei, & omnia gerit, & disponit, & iudicat, prout sibi placet c. cuncta per mundum 1. qu. 3. & eius potestas infinita est, vt docet Abb. in sua prima quæstione, & est super omnia, Soc. cons. 154. nu. 4. in fin. cum seq. vol. 2. & Diuinæ proxima Dec. c. 1. de consuet. Felyn. c. ego de iureiur. Subsunt enim omnes Imperatores Papæ notatur in c. solite de maior. & obed. c. venerabilem de elect. Anch. cons. 373. & cons. 239. Belarm. in tract. de potest. Pont. Roman. Carrerius in tract. de potest. Sũm. Pontif. Conrad. Lancellott. in templ. omn. Iudic. lib. 1. cap. 1. §. 2. qu. 2. Azor. tom. 2. inst. moral. lib. 4. cap. 19. Stapolen. de magn. Roman. Eccles. lib. 2. Castald. in tract. de Imperat. qu. 36.

Giga.

Giga. in tract. de crim. læs. Maiest. tit. qualiter, & à quibus qu. 2. Decia. in prax. crim. lib. 7. cap. 8. nu. 1. Didac. Couar. c. alma par. 1. §. 1. nu. 4. de sent. excom. in 6. Ludouic. Rodulph. in tract. de origin. dignit. & potest. Ducum Italiæ nu. 347. latè post alios Restau. Castald. de Imperat. qu. 50. per totam, præsertim nu. 14. vbi quod Papa Maior est Imperatore etiam in temporalibus, & qu. 52. nu. 9. 12. tradens Papam etiam in temporalibus esse supra Imperatorem Put. decis. 58. nu. 8. lib. 1. Camill. Borell. de Pontif. vtriusq. glad. potest. per totum.

Quod autem post Papam alios omnes excedat Imperator in Dignitate, probant textus c. cuncta per mundum 1. qu. 3. c. proposuit de concess. præben. l. 1. in princ. ff. ad l. Iul. de ambit., ita communiter DD. Bald. Angel. Fulgos. Alex Ias. Dec. & cæteri l. 1. ff. de off. eius cui mandat: est iurisdict. & ibidem post alios moderni Taurinenses col. 5. in princ. Bal. in l. pen. in princ. C. de bon. quæ liberi & in auth. Habita C. ne fil. pro patr. & cons. 418. col. 2. lib. 1. Bart. l. 1. §. fin. ff. de rei vendic., & in proem. ff. col. 2. Felyn. post Archidiac. & Speculat. in c. qui Ecclesiarum col. 10. vers. Prima declaratio de constit. DD. omnes in l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact. latè Restaur. vbi sup. qu. 52. & 53. Cassan. in Cathal. glor. mund. part. 5. 21. sequ. Menoch. cons. 126. nu. 33. Iacob. Iacob. in suo tract. de concil. lib. 1. art. 2. Quorum sententia non in eo sensu accipienda est, quasi verò inter Imperatorem, & Reges, aliosque nullum recognoscentes Superiorem aliqua detur graduum subordinatio; sed ità vt intelligamus Imperatoriam Dignitatem esse vltrà omnem limitationem, & circumscriptionem, à qua, tanquam fonte cæteræ fluant Dignitates.

EXCVR.

EXCVRSVS SEPTIMVS.

Firmior est Regis Ius in suo Regno, quam Imperatoris Germaniæ in Imperio.



PROBAT textus l. Bene a Zenone C. de quadr. præscr. ibi *Cum omnia Principis esse intelligantur.* Licet enim Iustinianus ibi loquatur non de Rege, sed de Imperatore, aduertendum est illum intelligere de Imperatore tunc vigente, qui Monarchicam auctoritatem habebat; non de Imperatore Germanorum, qui Aristocraticam. Hinc Martin. quem ibi refert Gl. verb. omnia Principi, error, qui putauit omnia bona etiam priuatorum ad dominium Imperatoris spectare, & id quidem ad Roncalia (idest locum, in quo Germani Imperatores conuentum gerebant. Sigon. sed verior interpretatio omnia Principis esse, scilicet tam fiscalia, quam patrimonialia, vt ibi tradit Glos. sequitur Bart. in extrauag. ad reprimendum, verb. totius orbis (licet & hic malè referat ad Germanorum Imperium ignorantia Politicæ) & communiter probari hanc glos. ab Interpretibus testatur Glos. margin. ibidem litt. B.

Certè Bald. per textum prædictum in cons. 271. casus consilij talis est, lib. 1. sub num. 3. in fin. dicit Regem posse obligare Fiscum Regni sui, non tantum quod est legitimus Administrator (prout est Germaniæ Imperator) sed quia habetur loco Domini, & id non solum solita faciendo, sed etiam insolita aggrediendo. Quia Regnum magis assimilatur Dominio, quam simplici Regimini.

Expressius Isern. in cap. 1. de his qui feud. dar. poss. num. 11. vbi quod Rex est Monarca, & plus iuris habet in Regno, quam Imperator in Imperio, quod transmittit ad hæredes, quod non facit Imperator, qui est ex electione, & præest Imperio, tamquam caput Reipublicæ Aristocraticæ, sequuntur ibidem Aluarott. num. 6. Præposit. num. 2. Matth. de Afflict. numer. 37. Aluar. in cap. 1. de natur. feud. Scand. in tract. de feud. par. 4. cap. 1. num. 45. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. num. 47. Zas. in epit. feud. quæst. 5. nu. 2.

Et iuramentum, quod suscipit Imperator Germaniæ, longè differt ab eo, quod suscipiunt cæteri Reges in eorum Coronatione, quia non ideò sunt Reges, quia coronantur, sed pro-

 pterea

ptereà coronantur, quia sunt Reges, qui solum ea iurant, quæ ad officium boni Principis spectant, sed Imperator iurando, se certis legibus subijcit, posteritatique suæ certos limites ponit & solum non nisi ex pacto conscendit, nec iurat quia sceptrũ tenent, sed quia iurat ideò ad sceptrum admittitur, vt pluribus probat Benedictus Carpzouius de Leg. Reg. Germ. cap. 1. sect. 10. per tot. sed præcipuè num. 13. & 14. ex cuius iuramenti vi, dictæque legis Regiæ cæteri Proceres Germaniæ in consortium auctoritatis ab Imperatore assumuntur, Math. Stepha. de iurisd. lib. 2. par. 1. cap. 7. nu. 1. Bodin. de Repub. lib. 1. cap. 8. Carpzo. vbi supra sect. 11. Vndè certissimum est minori auctoritate præditum esse Imperatorem in Imperio, quam Reges cæteri in suo Regno; licet per hoc Dignitati eiusdem nihil derogetur, quinimò, si humanius consideretur, tendat in argumentum, vt non minus splendidè. quam verè iactasse Maximilianum primum, videri possunt, quæ dicere soleret. Regem Hispaniæ hominum: Regem Galliæ Asinorum: Regem Britanniæ Diabolorum; se verò Regem Regum esse, apud Fridericum Achill. in orat. pro Gall. pag. 211. quem imitabatur Carolus Quintus eius nepos, cum diceret se in Germania Regibus, in alijs verò Prouincijs mancipijs, & seruis imperare apud eundem Carpzo. d. cap. 1. sect. 11.

EXCVRSVS OCTAVVS.

Bartholomæi de Bosco Consilium 458.



IN Nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac Beatæ Mariæ semper Virginis gloriosæ, & totius curiæ cœlestis. Amen. Quia facta sunt optima fundamenta causarum, C. si per vim, alio. mo. l. fin. verba sunt Cy. C. de eden l. edita, in 3. quæst. idcircò in facto supponitur quod 1153. Ciuitas Sauonæ per modum subiectionis ex parte sua, iniuit certam conuentionem cum Communi Ianuæ per modum superioritatis ex parte sua, vt ex dictæ conuentionis lectione euidenter apparet. Quæ conuentio sub eisdem modis fuit refirmata, & in aliquibus reformata 1181. & iterum postea re-

firmata,

firmata, & in plurimis reformata 1202. vt ex earum lectione apparet, sub modis subiectionis, & superioritatis, de quibus suprà. Cumq; orta esset guerra inter Commune Ianuæ, & Commune Saonæ, denique Commune Ianuæ haberet exercitum apud Saonam, fuit inita alia conuentio plenior, atque largior superioribus, sub eisdem modis subiectionis, & superioritatis 1251. in qua, quatenus attinet ad propositum, continentur capitula tenoris infrascripti.

Primò quod Commune Ianuæ recipit homines de Saona, & districtu in Ciues Ianuæ, & eos tanquam Ciues tractabit, manutenebit, & defendet; & homines Saonæ tenentur iurare in manibus Sindici Communis Ianuæ ad fidem, & amicitiam perpetuò conseruandam, sequimentum Potestatis Ianuæ, & quod Potestas Saonæ antequam de Ianua accedat ad regimen dictæ Ciuitatis, teneatur corporaliter iurare in præsentia Potestatis Ianuæ attendere, & obseruare conuentionem, & attendi, & obseruari facere, & in aliquo non contrauenire, & obseruare mandata Communis Ianuæ, salua dicta conuentione, & quod Potestas Ianuæ, & Consiliarij receperunt homines de Saona, & districtu ad gratiam, & bonam voluntatem Communis Ianuæ, &c.

Item promiserunt dicti Potestas Ianuæ, & Consiliarij, quod Commune Ianuæ non destruet, nec destrui faciet, nec auferet domos, seu turres hominum Saonæ, portum, nec modulum aliquo tempore, nec muros Ciuitatis Saonę, nec foueas vsq; ad annos duos, & à duobus annis vltrà, de muris, & foueis Ciuitatis Saonæ sit in voluntate Communis Ianuæ, vt eos, & eas, si ei placuerit, possit, & valeat diruere, conuentione non obstante.

Item quod homines, & Commune Saonæ perpetuò annuatim teneantur eligere, & recipere Potestatem de Ianua, & non de alibi, & subduntur formaliter articuli infrascripti.

Item quod Commune Ianuæ permittet Communi Saonæ liberè, & quietè iurisdictionem Saonensium, & ex ea vti, salua præsenti conuentione, & his, quæ continentur in ea, & omnes gabellas, & prouentus gabellarum, & vniuersos, & singulos introitus, quos, & quas nunc habet Commune Saonæ, vel alius qui tenebat Saonam, colligebat, & percipiebat, ita quod nouos vsus, & nouas exactiones non imponant Commune, & homines Saonæ, & impositos. & impositas à tempore guerræ citrà non percipiant, excepta gabella Salis, & prouentibus ip-

 sius

sius gabellæ, quæ pleno iure spectent ad Commune Ianuæ deinceps, &c.

Item quod Commune, & homines Saonæ facere teneantur exercitum, & caualcatam per mare, & per terram, & in armamentis lignorum ire ad voluntatem Communis Ianuæ, & guerram, & pacem ad voluntatem Communis Ianuæ facere, sicut faciet Commune Ianuæ, & contra quos faciet.

Et sicut homines Ianuæ nauigant, & se expedient in Ianua, ita Saonenses nauigabunt, & se expedient in Ianua, & expedimenta soluent, & deueta facta, vel facienda a Communi Ianuę tenebunt, & obseruabunt Commune, & homines de Saona, & aliquem bannitum de Ianua, vel de districtu Ianuæ in Ciuitate Saonæ non receptabunt, nec in eius districtu.

Item quod commune Ianuæ collectam, dacitam, mutuum, vel exactionem aliquam communi Saonæ, vel super hominibus Saonæ, & districtus, vel rebus eorum modo aliquo non exiget, vel imponet, saluis his, quæ in hac conuentione continentur, saluo quod impositiones factas, vel faciendas hominibus Ianuæ nauigantibus ipsi Saoneses nauigātes sicut alij Ianuenses soluere, & præstare teneantur; nec grauentur in his nisi sicut Ianuenses. Multa alia capitula subijciuntur in dicta conuentione, quæ apertè declarant præeminentiam, & superioritatem communis Ianuæ, & subiectionem, & inferioritatem communis Saonæ, vt ex lectione dictæ conuentionis apparet.

Accidit, quod propter guerras extraneas, & ciuiles, & propter malum regimen, quibus à magno tempore citra agitata est permissione diuina Ciuitas Ianuensis, dicti Saonenses sæpe, & in plurimis violauerunt dictam conuentionem, quam dum dicta Ciuitas Ianuæ quieuit, fuerunt compulsi seruare, & seruauerunt, quamuis quoties adfuit in Ianua vlla intranquillitas, vel aduersitas dicti Saonenses obseruantiam dictæ conuentionis pro posse subtraxerint,, & recalcitrauerint, & sæpius habuerint fauores præsidentium in Ianua valdè auxiliares, atque propitios, quo dicti præsidentes melius possent Ianuæ tirannidem exercere. Nuper dicti Saonenses aliqua nitebantur ab Illustrissimo D. Nostro impetrare, quæ sunt contra mentem, & verba dictæ conuentionis, & quæ essent comparatiue ipsis modicæ vtilitatis, sed totalis, & finalis destructione Ianuæ, & comperarum locorum, & gabellarum communis Ianuæ, & quæ essent adeo contra cor, & voluntatem vniuersorum Ciuium Ianuæ omnis qualitatis, & generis, quod nihil amplius dici potest;

ob quam

ob quam rem dictus I. D. Noster misit elegantissimam sapientiã Vestram Ianuam, vt videret rei importantiam, & partium iura, & causas finiret. Oportet ergò, vt conuentionis ordinem sequamur, de infrascriptis singillatim, & substantialiter videre.

Primum, an licuerit Saonensibus vsus, & exactiones impositos, vel impositas à tempore dictæ guerræ citra vsque ad pacem percipere in posterum, aut etiam nouos vsus, vel nouas exactiones imponere siue Ianuensibus, siue extraneis.

Secundum, an sicut Ianuenses debent nauigare, & se expedire in Ianua, scilicet profitendo res, & merces, quas volunt facere onerari, vel exonerari collectoribus expedicamentorum, & aliorum introituum maris, eis soluendo, & licentiam onerandi, vel exonerandi accipiendo, & si fuerint patroni nauium, recedendi, vel exonerandi licentiam capiendo. Ita Saonenses in Ianua facere teneantur.

Tertium, an Saonenses teneantur soluere expedicamenta de omnibus rebus, & tanta, de quibus rebus, & quanta tenentur soluere Ianuenses.

Quartum, an Saonenses nauigantes teneatur soluere omnes aliàs impositiones factas, & faciendas hominibus Ianuæ nauigantibus, quas Ianuenses nauigantes soluere tenentur.

Quintum, an Saonenses teneantur tenere, & obseruare decreta Communis Ianuæ continentia, quod nulla persona ciuis, districtualis, vel extranea possit, valeat, audeat, vel præsumat, sub magna pœna, aliquid onerare, vel exonerare intra Coruum, & Monacum, nisi prius obtenta licentia à Consulibus Maris Ianuæ.

Sextum, an Saonenses teneantur ad solutionem gabellarum Ianuæ de his, quæ per mare, vel per terram exportant, siue extrahunt de Ianua causa sui vsus, vel causa mercandi, & de his, quæ per mare, vel per terram conducunt Ianuam causa sui vsus, vel causa mercandi.

Septimum, an si Saonenses aliquam artem Ianuæ exercerent, vt puta si vinum, vel caseum venderent ad minutum, sint liberi, & immunes à solutionibus gabellarum Ianuæ.

Octauum, an Commune Ianuæ possit imponere aliqua onera Saonensibus in Ciuitate Saonæ. Redeamus ad primum, & breuiter, & substantiáliter de ipso, & de cæteris agamus, vt congruit apud tantum virum; Pro cuius rei declaratione, ille conuentionis, §. Item quod Commune Ianuæ, permittet Communi Saonæ &c. quantum ad propositum attinet, & restringendo

rem

rem ad punctum tria principaliter continet.

Primum quod Commune Ianuæ permittet Communi Saonæ omnes gabellas, & prouentus gabellarum, & vniuersos, & singulos introitus, quos ipsum Commune tunc habebat, vel alius, qui tenebat Saonam, colligebat, & percipiebat, excepta gabella Salis, & prouentibus ipsius gabellæ, quæ & qui pleno iure spectarent ad Commune Ianuę deinceps.

Secundum quod Commune Saonæ non imponet nouos vsus, vel exactiones.

Tertium quod Commune Saonæ nouos vsus, vel nouas exactiones à tempore guerrę citrà impositos, vel impositas non percipiet, quia dicit, sed dictos nouos vsus tollet & cassabit; Vnde notetur, quod verba conuentionis ex parte passiui sunt in rem, non personalia respectu Ianuensium tantum: nam dicitur generaliter, non imponet, nec exprimitur super quos: item dicitur, non percipiet, nec exprimitur à quibus, & ideò debent in rem, & generaliter intelligi, ff. de pac. l. iurisgentium, §. pactorum, & l. qui in futurum, §. 1. facit ff. quod vi, aut clam. l. aut qui aliter, §. fin. ff. de adul. l. hæc verba, & extr. de insti. c. cum venissent: nam quoties pactum reperitur conceptum sine designatione certæ personæ, est reale, vt dicto §. pactorum. Porrò intuendum est, quo proposito, quæ mente sint verba prolata, etiam si ad diuersos intellectus coloratè trahi possent, ff. de testa. l. in fraudem, §. 1. ibi [considerabit, quo proposito id fecerit] ff. de reg. iur. l. semper in stipulationibus, extr. de const. c. cum M. Ferrariensis, per Inno. Sed si illa verba dictæ cōuentionis subtiliter intueantur, liquet ex eis, quod inter conuenientes actum fuit declarare quę gabellarum spectarent ad Cōmune Saonæ, & quæ ad Commune Ianuæ, vt patet ex illa parte, quod Commune Ianuæ permittet Communi Saonæ gabellas, & prouentus gabellarum, quos, & quas tunc habebat, &c. excepta gabella Salis, & prouentibus, quæ pleno iure spectent, & pertineant ad Commune Ianuæ, C. de transac. l. si profundo, ff. de ver. sig. l. verbum pertinere. Illud autem dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, quod est irreuocabile, & durabile mansurum apud ipsum, ff. de cond. inde. l. Neratius, & quod nulli subiacet restitutioni in alicuius casus euentum, & quod pertinet quo ad proprietatem, & vsumfructum, C. ad Tertull. l. mater, ff. qui, & à quib. l. hæres, & l. generaliter, C. de ac. emp. l. si ancillam, cum simul. & ff. de ver. ob. l. si ita stipulatus fuero si Titius, §. 1. & not. Bal. C. de impu. & ali. sub. l. precibus, & An. in dicta l. mater.

Item

Item actum fuit inter contrahentes, quæ gabellæ deberent remanere, & colligi, quia antiquæ, & quæ tolli, atque cassari totaliter, qua impositæ à tempore guerræ citra, & quæ nunquam possent imponi, quia futuræ. Non possunt ergo cauillari verba contra mentem, & vim verborum contrahentium, atq; contractus, vt referantur, quod dictæ gabellæ impositæ à tempore guerræ citrà non debeant percipi à solis Ianuensibus, nec de nouo aliæ imponi super Ianuenses solos, cum dicta prohibitio sit generalis, nullam causam, vel personam excipiens, ff. de leg. præstan. l. 1. §. generaliter, ff. si lib. ing. ess. dica. l. 1. §. hæc oratio, & ff. de testa. mili. l. in fraudem, §. fin. Concludo, quod Saonenses non potuerunt gabellas, vel vsus impositas, vel impositos durante guerra percipere in posterum, vel alios nouos, vel nouas post pacem imponere, & quod debent totaliter tolli, atque anihilari. Confiteor, Ianuenses obligatos soluere gabellas, & introitus ante guerram impositas, & impositos, quia non percipio, quod a tali solutione ex illa parte conuentionis possint immunitatem sibi pretendere: lex autem immunitatis intuenda est, ff. de iur. immunitat. l. semper, §. legem, & §. conductores, extr. de priuil. c. porro, & nemo præsumitur immunis, nisi priuilegium alleget, & probet, ff. de excu. tu. l. non tamen, §. non omnia.

Circa secundum attendendum, quod Saonenses per illum, §. conuentionis. Et sicut homines Ianuæ, &c. parificantur Ianuensibus in tribus, scilicet in nauigando, vt teneantur sicut Ianuẽses in tribus, scilicet in nauigando, se expediendo, & expedicamenta soluendo, quamuis secundum intellectiuam proprietatẽ verborum relatam ad mentem conuenientium illa verba, ita Saonenses nauigabunt, &c. debet intelligi respectu expeditionis, & solutionis, de quibus est sermo, vt sic sermones intelligantur secundum subiectam materiam, ff. de sta. ho. l. 2. ff. loca. l. si vno, in princ. & de præd. curia. lib. 10. nisi dicatur, & benè, quod sicut Ianuenses non poterant nauigare antiquitus à Kalendis Octobris vsque ad Kalendas Aprilis in pelagus vigore statuti antiquissimi, quod etiam est de iure communi, C. de naufra. l. quoties, in fin. lib. 10. ita non poterant Saonenses vigore conuentionis initæ inter Commune Ianuæ, & Commune Saonæ 1202. §. lignum de Saona non ibit &c. Verum quia tempore huius vltimæ conuentionis initæ 1251. Ianuenses iam cœperant nauigare tempore hyemali ad quaslibet mundi partes, sed præstitis fideiussionibus debitis à patronis, de non offendendo amicos, &

cos, & de non exercendo pyraticam, conuenientes tempore, huius vltimæ conuentionis immutauerunt verba dictæ conuentionis in alium stilum verborum, scilicet vt Saonenses nauigarent, sicut Ianuenses, id est illis temporibus, & illis ordinibus, quibus Ianuenses: nam quando aduerbium (sicut) ponitur inter diuersa, est aduerbium similitudinis, cum nullum simile sit idem, ff. deposi. l. quod Nerua, C. de codicill. l. si idem, cum simil. illud enim est simile, quod est diuersum in forma, idem verò in ratione, effectu, vt ff. de vul. & pup. l. qui liberis, ver. cui similis, secundum Dy. & Bal. sed quando aduerbium (sicut) ponitur circa eundem terminum tunc ponitur pro tanquam, vt ff. de adop. l. si pater, §. qui duos, C. de hær. insti. l. 1. hæc ponit Bal in pace constant. §. Vassalli in glo. super ver. sicut, Dicam ergò idem esse iudicium, & idem obseruari debere de Saonensibus nauigantibus, & Ianuensibus nauigantibus, vt eisdem conditionibus nauigent, se expediant, & expedicamenta soluant, vt ff. d. l. 1. cum ibi not. & maximè cum sint Ciues Ianuæ facti, vt patet ex principio dictæ conuentionis.

Nec videtur, salua debita reuerentia, quod excludatur commune Saonæ ab huiusmodi dispositione, quin si merces aliquæ nomine Communis veherentur, debeant expediri, & pro his solui, sicut fieret de mercibus Communis Ianuæ. Primò, quia sicut dicit Bar. ff. de pœn. l. aut facta, §. fin. in 1. quæst. realiter, verè, & propriè loquendo, Commune Saonæ non est aliud quam homines Saonæ, ff. quod cuiusque vniuers. nom. l. sicut §. 1. ff. de com. il. l. 1. in fin. Sed secundum iuris fictionem benè sunt diuersa: nam Vniuersitas, siue Commune repræsentat vnam personam fictam, quæ est aliud à scholaribus, & hominibus Vniuersitatis, seu Communis, vt ff. de iudi. l. proponebantur, ff. de fideiuss. l. mortuo. at in huiusmodi conuentione verba debent intelligi realiter, verè, & propriè, ac ad sanum, & bonum intellectum, cum sit contractus pacis, ff. de neg. gest. l. tertia, §. hæc verba, ff. de dam. infec. l. damni, §. quod & in stipulatione, & in pace constan. c. in nomine Domini, ibi (bono intellectu) fuit etenim illa pax sicut ista.

Item hæc non esset recta æquiparatio, nec omnimoda similitudo, vt Commune Ianuæ solueret, & non Commune Saonæ, maximè quia maior fauor debetur Communi Ianuæ in hoc, sicut eidem videmus in tota conuentione generaliter fieri, Vnde esset contra rationem, ff. de serui. expor. l. cui pacto, cum simul.

Præterea non debent verba captari, sed sic exaudiri, ne cir-

cum-

cumueniatur conuentio, & contra mentem componentium fiat, ff. ad exhiben. l. penult. & ff. de transac. l. cum hi. §. si cum lis.

Similiter non videtur, salua semper debita reuerentia, quod ciues Saonenses non originarij non teneantur virtute dictæ conuentionis ad sic nauigandum, seù expediendum, & soluendum, imò videtur totum contrarium, scilicet quod imò teneantur; quia idem est dictu, Saonensis, quod ciuis, seu municeps Saonæ, vt ff. ad muni. l. 1. ver. qui ex duobus, & ver. sed si ex patre, secundum Bart. ibi. & in l. prouinciales, ff. de ver. sig. vbi idem tenet. facit quia quis debet dici de loco, vnde conuersatur, & moratur, arg. ff. postula. l. 1. §. bestias.

Propterea quandoque nomen Saonenses, profertur simpliciter, & absolutè respectu personæ, & tunc significat oriundũ de Saona, quia nomina designatiua patriæ in dubio significant originem, ff. de excu. tu. l. sed & reprobari, §. amplius, facit ff. de tu. & cur. da. ab his l. 1. quandoque profertur respectiuè ad aliquod munus, vel onus, & tunc debet intelligi secundum illius naturam, ff. de ver. sig. l. prouinciales, & ͜ , ibi secundum Ia. de Are. & ita debet intelligi, quod not. Bar. in l. 1. ff. ad municipa. quoniam verba debent intelligi secundum naturam materię, in qua proferuntur, ff. de vsur. l. si stipulatus ff. locat. l. si vno, & ff. de dam. infec. l. damni, §. quod & in stipulatione.

Amplius dicit Bald. valdè notabiliter, C. de testa. l. si non speciali, quod licet illis proprijssimè, & potissimè conueniat nomen patriæ, qui inde ducunt originem, vt dicta l. sed & reprobari, §. amplius tamen extenditur ad eos, qui sunt per omnia similes, de ver. sig. l. prouinciales, arg. not. C. de fur. l. si quis seruo, de Epi. & Cle. l. nulli, §. quod si testator, & ff. de iusti. & iur. l. veluti, C. de aboli. l. fallaciter, cum simil. Quod ratione peroptima probatur, ne aliter intelligendo plus faueatur Ciuibus aduentitijs, quam originarijs, quod esset valdè inconueniens, & absurdum, C. de incol. l. Ciues, & C. de iur. aur. annu. l. 2. & quod vtrobique not.

Pariter non videtur, salua semper debita reuerentia, quod mittens merces in nauibus non teneantur huiusmodi conuentione, sed soli nauigantes, quasi mittentes non dicantur propriè nauigare, ff. de iniur. l. non solum, §. primo, per Bar. quoniam bene consideranda arbitror verba conuentionis, quæ sunt (& sicut homines nauigant, & se expediunt in Ianua, ita Saonenses nauigabunt, & se expedient in Ianua) quæ verba debent intelligi in sensu diuiso, singula singulis referendo, vt sicut Ianuenses nauigant, ita nauigant Saonenses, idest illis pa-

ctis, & conditionibus, vt dictum est. Et sicut Ianuenses se expediunt in Ianua, ita & Saonenses se expedient in Ianua, vt ff. de pac. l. qui in futurum, §. fin. & hoc ratione euitandæ illius dictæ absurditatis, & inconuenientiæ, de qua opponitur, quoniam quando vna pluralitas respicit plures, & diuersos effectus ipsa resoluitur in suas singularitates, ff. de condi. & dem. l. falsa, §. fin. Item ad idem quando in aliqua dispositione reperiuntur duæ qualitates copulatæ, quarum quælibet inhærens suo subiecto, ipsum denominat per se distributum, non requiritur earū concursus, imò copula tunc potius enumerat, quam connectat, siue coniungat, quia quando copula ponitur inter ea, quæ non sunt eiusdem rationis, ponitur distributiuè, non copulatiuè; Et ideò si copula potest referri ad vnum subiectum, & multipliciter qualificatum, & ad plura diuersa qualificata suo modo, refertur ad plura, non ad vnum, quia natura copulæ debet seruari in dubio, sicut natura cuiuslibet alterius dictionis: est autem natura copulæ extensiua, non restrictiua, ff. de leg. 3. l. ea tamen adiectio, secundum Bal. valde notabiliter, ff. de iust. & iur. l. 1. in fin. princ. qui ibi concludit, quod legatum factum Doctoribus, & Medicis Paduæ compræhendit tam Doctores, quam Medicos, nec requiritur quod idem sit Doctor, & Medicus simul, & fuit quæstio disputata per Bu. de leg. facto mercatoribus, & artificibus artis lanæ. Porrò cum in hac materia soluendorum expedicamentorum, & expeditionis fiendæ de mercibus nauigandis is dicatur nauigare qui merces destinat in nauigijs, quoniam pro actu nauigationis, quam facit iens personaliter in nauibus nulla est necessaria expeditio, nulla debet fieri solutio, sed solum promissione, & destinatione rerum, vt patet in lege venditionis dictarum gabellarum, siue introitum. Oportet ex qualitate materiæ siue contractuum verba accipi etiam contra propriam significationem; Verba autem sunt glos. in d. l. si vno, in princ. allegantis l. in lege, eo tit. pro hoc facit ff. de iureiu. l. et si possessori, §. sed & si rerum, & quod not. glo. ff. fam. her. & l. puto, §. 1. vbi glo. dicit impropriari verba sententiæ vt saluetur, & tamen nulli dubium, sententiam esse stricti iuris, vt ff. de condi. inde. l. fin. §. fin. & cap. si plures vna sententia l. 1. & 2. & meritò, quia in dubio debet accipi ille intellectus, qui est sine vitio ff. de ver. obl. si ita stipulatus §. Grisogonus, & ff. de sti. seruo. l. si seruus meus, §. 1. esset enim vitiosum intelligere, quod destinantes merces ad nauigationem non soluerent expedicamenta, sed soli nauigantes,

gantes, cum nulla diuersitatis ratio reddi possit, ff. de verb. ob. l. à Titio.

Nec etiam videtur, semper cum debita reuerentia, iuridicè dictum, quod nauigari intelligatur solum ad pelagus, quia non reperitur iure cautum, igitur, C. de colla. l. illam, imò reperitur contrarium, vt ff. de flumi. l. 1. §. non autem omne, & §. ait Prætor, cum seq. nauigare autem ita conuenit magno nauigio, sicut paruo, & nauigium ita continet magnam nauim, sicut paruam, vt dicto §. ait Prætor, vernauigij autem appellatione & scapha dicitur parua nauis, ff. de euic. l. scapham. Vnde eam paruam nauem agere, idest ducere, dicitur nauigare. Ex tunc autem dicitur nauigare ex quo de portu exijt iter faciens, arg. ff. de ædi. edic. l. quid sit fugitiuus, in princ. secundum Bal. extr. de app. c. dilecti filij el primo. Portus autem dicitur conclusus locus, vbi naues morantur, & stant, dictus ideò, quod in ipsum portantur merces, & exportantur, ff. de ver. sig. l. portus. Pro hoc autem, quod tunc dicatur nauigari est tex. ff. de pub. l. Cæsar, ibi [cum ab initio euectæ cotes viderentur, cum ex portu nauis profecta esset.]

Nec obstat, quod appellatione nauis solum videatur contineri magna nauis, vt ff. naut. casta. l. 1. §. idemque, vbi fuit extensio per Iurisconsultum propter rationis identitatem, & sic apparet, quod non continebatur edicto. Quia respondetur. Illud facit ratio subiectæ materiæ: nam illud, quod dedit causam illi edicto frequentius, & sæpius contingebat in magnis nauibus in quibus aderat nautarum,, & aliarum gentium multitudo, quam in paruis, vt eo. tit. l. 1. in fin. & l. fin. in princ. & ideò prædicta intellexit de nauta exercitore respectu aliorum nautarum, vt eo. tit. l. 1. §. nautam, ea ergo ratione, qua in edicto fuit restrictum verbum, nautam, fuit restrictum verbum, nauis, quod verbum ex rationis identitate Iurisconsultus Labeo consuluit extendendum. Et negatur hanc materiam esse odiosam, imò debent verba conuentionis pro pacis conseruatione, pro qua non concedenda alias conceduntur, vt extr. de præben. cap. nisi essent, intelligi bona fide, ac ad sanum, & bonum intellectum, prout supra est ostensum.

Nempe hæc tali articulo fortiter adiuuantur, sicut ex lege correcta potest sumi argumentum, si sit in corpore iuris inclusa, non alias, vt not. glo. in l. 1. ff. de coniungen. cum eman. lib. eius, & in l. 1. §. hunc igitur, de noui cod. compo. & in cap. auctoritate, de præben. lib. 6. & 7. di. Moyses, & probat tex.

extra de iudi. cap. nouit. ita videtur posse argui ad mentem ex antiqua conuentione correcta; nam cum contineretur in ea, lignum de Saona non ibit in pelagus vltra Sardiniam, aut vltra Barchinoniam à Kalendis Aprilis vsque ad Kalendas Octobris, nisi prius venerit in portum Ianuæ, &c. detracta sunt, cum multa consideratione verba prædicta, & eorum loco fuerunt posita illa generalia, atque indefinita verba. Et sicut Ianuenses nauigant, & se expediunt in Ianua, & expedicamenta soluent. Quasi dicat, illis, & eisdem conditionibus se expediant in *Ianua*, & expedicamenta soluant Sauonenses, quibus, & quæ Ianuenses, nec durius, vel aliter agrauentur si enim procedit argumentum de mente à taciturnitate, & omissione disponentium, vt C. de cad. toll. §. sin autem ad deficientis, & extr. de deci. c. ad audientiam, multò fortius debet ab immutatione, & detractione, siue correctione procedere, vt C. de testa. l. sãcimus, & C. de app. l. præcipimus facit quod not. in 1. consti. C. §. quibus.

Negatur, quod ex communi vsu loquendi solum nauigari dicatur, cum nauigatur ad pelagus, nec valent attestationes testium productorum per Saonenses, quoniam testes suspectissimi sunt, & contrarium est probatum per testes productos *Ianuę* & in conflictu talium probationum tutius, iustius, & æquius est stare iuri communi, & significato verbi secundum ius commune, à quo non debet recedi, nisi de tali loquendi vsu sit sufficienter, & plenè probatum, vt ff. de leg. 3. l. non aliter, & l. librorum §. quod tamen Cassius, & de sup. leg. l. Labeo, vbi tex. & ibi per Bart.

Sed vlterius considerandum, quod significatio est sensus primitiuè attributus dictioni ab intellectu ad propositum propriè extendendum, ff. de ver. sig. l. Tugurij, & quod aliter sonat cogitatum non videtur ff. de fun. instr. l. cum delanionis, §. cui fundus de leg. p. l. si quis in fundi vocabulo, & de sup. leg. l. Labeo. Nunc sicut dicitur equitare qui eques it. & itinerare qui per iter terrenum vadit, ita nauigare qui quomodolibet super naui, vel nauicula, vel nauigio vadit. Sub huiusmodi igitur significato debent intelligi verba conuentionis, quoniam hic significatus proprius est, nisi probaretur, quod tempore conuentionis initæ communis vsus loquendi aliter se haberet, ex quo posset dici, tunc conuenientes ita sensisse, quod nusquam probatum extitit, igitur probatio insufficiens, quoniam indubitatum est, tempus necessariò debere, probari, quando pondus quæstionis depen-

det

det à tempore, alias si non probet, succumbit, ff. de sta. ho. l. Arethusa, de neg. gest. l. eum actum C. de pet. hær. l. 2. & C. de proba. l. matrem, & in clem. litteras, de rescrip. not. Bar. ff. de op. no. nunc. l. non solum, §. sed vt probari, & ff. de alea. l. p. in prin. Non enim sequitur talis nunc est vel fuit sunt decem anni, vsus loquendi, ergo fuit talis, sunt anni ducentum septuaginta, igitur, vt C. vnd. liber. l. non hoc an, & C. de proba. l. neque natales, cum simil.

Ex his cum debita semper reuerentia, responsa patēt ad certa argumenta; nam cum dicitur. terminus nauigare est obscurus, æquiuocus, quia recipit plures sensus, negatur. Item cum dicitur. conuentio exorbitat à iure communi, quia obligat forenses, ergo restringenda, vt l. si vero, §. de viro, fateor, quod est restringenda scilicet vt non extendatur, vt dicto §. de viro; sed cum reuerentia, ipsa conuentio non debet restringi, vt non contineat id quod in ea exprimitur, nec hoc dicit §. de viro, nec aliqua lex.

Item cum dicitur, in dubio Saonenses se voluisse obligare ad minus, vt l. semper in obscuris, & intelligendam conuentionem vt minus noceat, C. de nox. l. 2.

Respondetur, quod nauigare non continet in se plus, vel minus, sed vniformiter idem scilicet per mare ire, vt dictum est.

Item in incertis non certis, &c. l. continuus, §. cum ita.

Item si ista ratio est vera, non contineretur nisi nauigans à Saona in longinquissima loca, quod est minus, quod est dictu ridiculum. Igitur, arg. ff. de ver. ob. l. eum qui Kalendis, in princ.

Item ad id, quod dicitur de declarationibus. Respondetur, quod nihil officiunt; quia non sunt factæ ab habentibus potestatem, C. si à non compe. iudi. per totum.

Item sententiæ non præiudicant Communi, quia latæ non cum iusto contradictore. & quantum ad Commune, inter alios, cum non adfuerit Sindicus Communis, ff. de col. dete. l. cum non iusto, & C. qui da. tu. pos. l. licet in vniuersis &c. res inter alios la per totum.

Item quia non interuenerunt alia, quæ necessariò requirūtur, vt valeat sententia contra Commune lata, vt C. si aduers. fisc. l. p. cum simil.

Et vltrà plures sententiæ fuerunt latæ in fauorem Communis in decuplo, si reperirentur infinitæ etiam fuerunt solutiones per Saonenses factæ, vt vestræ Excellentiæ fuit ostensum.

Aliquid de declaratione facta tempore Domini Marchionis (quoniam

(quoniam præsens eram) cum veritate subijciam. Dum tunc Dominium D. Regis Francorum propter tyrannidem, & oppressiones D. Buciquat fuisset eiectum, & magna pars Castrorum esset in ipsius potestate, &c. D. de la Faieta tunc esset in Gauio, qui locus tunc nomine Regio tenebatur, & idem D. Buciquat in partibus Pedemontium nobis vicinioribus, cum maxima equestrium comitiua, ac D. Cardinalis de Flisco, cum suis partialibus statui dicti D. Marchionis inimicaretur, obsisteret, & rebellaret in Recho, & DD. Saonenses in manibus haberent duo Castra Saonæ. Gibellini Consiliarij, & tunc adhærentes D. Marchioni, pro sua, & suorum bonorum, ac status sui salute fuerunt compulsi constituere aliquos ad componendum cum Saonensibus propter habere Castra prædicta, & ita factum fuit, & Castra re habita. Dicta conuentio non valuit, quia non fuit facta per ordinata Consilia Ciuium, secundum statuta, & ordines Ciuitatis.

Item quia facta à non habentibus potestatem.

Item tanquam facta per impressionē rationibus suprascriptis, vt probatur extr. de restit. spol. cap. sollicitè, & not. C. quod me. ca. l. secunda, & tertia. & extr. eo tit. cap. primo.

Nunc examinemus proprietatem, & importantiam illorum verborum [ita Saonenses se expedient in Ianua, & expedicamenta soluent.] Et in primis non videtur, salua debita reuerentia, quod se expedire, & expedicamenta soluere supponantur pro eodem, siue idem importent; nam prout dietim actu videmus, mercatores qui volunt expedire se profitentur eorū mercantias, & conueniunt de pretio, & postea soluunt, vel satisfaciunt collectoribus, deinde habere debent licentiam onerandi. Ista patēt ex serie, & tenore venditionis expedicamentorum. Vnde quamuis soluere sit pars expeditionis; tamen solum soluere non est se totaliter expedire: ad hoc adduco ff. de publi. l. commissa, & ibi not. per Bar. & eo. tit. l. fin. §. si quis professus.

Item negatur, quod illa verba [nauigant, & se expediunt,] stent in sensu composito, vt suprà ostensum est.

Item posito quod starent in sensu composito oporteret intelligi ratione subiectæ materiæ; nauigant, idest, res ex causa nauigationis mittent, sicut dietim dicimus, nauigaui talem rem, idest super nauigio destinaui; nam vt dicit Bal. ff. de legi. l. de quibus, vel quid si (vbi sermo, vel verbum est dubium in vulgari, debet transferri in Latinum, & scietur eius significatio, & vbi est dubium in Latino vulgarizatur) & hic est qui dicitur intelle-

ctus

ctus vulgi, ff. de leg. 3. l. librorum, §. quod tamen Cassius, & Maxime quia nil pro actu nauigationis personæ debet expedicamentis solui, vt dictum est.

Item negatur eam, quæ dicitur in articulo, esse virtutem copulæ, vt restringat per complexionem totum hunc articulum ad solos Saonenses actualiter nauigantes.

Ratio, quia esset contra mentem, & verba componentium, quæ fuit in solutione expedicamentorum totaliter exęquare Saonenses Ianuensibus, & è contra. Vnde æquales debent esse quoad omnia ff. de leg. p. l. p. & C. comm. de leg. l. 2. Quod principale propositum debet attendi in decisione particulariũ articulorum dictæ conuentionis, vt docet magistraliter Iuriscõsultus, ff. de mino. l. 3. §. sed vtrum, ibi [quod nequaquam fuit Prætoris propositũ] mens etenim legis debet principaliter attẽdi, vt ff. de excu. tu. l. scire oportet, §. aliud, & §. & si maximè, & ff. qui pe. tu. l. credendum, & not. Dy. in cap. fin. de reg. iur. lib. 6.

Item non est verum semper, cum debita reuerentia, quod solus nauigans, non alius possit se expedire, nisi de nauigatione intelligitur personali, quod non est verum, vt superius est ostensum.

Item circa hunc passum, quæ, siue cuius quantitatis expedicamenta solui debeant, an solum illa, quæ erant tempore conuentionis, an verò, & illa, quæ sunt modo. Aduertendum quod in registro conuentionum communis Ianuæ, qui est liber antiquissimus oculariter legitur verba conuentionis sic esse, & sicut homines Ianuæ nauigant, & se expedient in Ianua: ita Saonenses nauigabũt, & se expedient in Ianua, & expedicamẽta soluẽt, Saonẽses dicũt, ꝙ in eorũ registro est nauigãt, & expediũt, sed ipsũ nõ ostẽdũt, quare credendũ est, & fides adhibenda registro Ianuẽsi omni suspicione carenti, ff. de proba. l. census, & monumenta, extr. de præscrip. cap. auditis. Et si est ita, & verba [nauigant, & se expedient] stant in sensu diuiso, vt superius est ostensum, argumentatio non procedit, quod debeat intelligi de expedicamentis, quæ tunc erant, cum verba conuentionis sint de futuro, & se referant ad futurum, vt ff. de ver. ob. l. si stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, & l. si à colono, & l. cum stipulamur, & ff. de ver. sig. l. verbum, oportebit; propter quæ conuentio debet intelligi de expedicamentis nunc præsentibus, & futuris: Si verò verba conuentionis sic haberent [nauigant, & se expediunt] aut etiam si deberent intelligi in sensu composito adhuc confirmo, quod Saonenses tenerentur ad solutionem expedicamentorum præsentium, rationibus infrascriptis.

Primò,

Primò, quia in hoc quæſito, an verba præſentia comprehendant futurum in primis eſt ad mentem contrahentium recurrendum, cum ſit iuſtum voluntates contrahentium magis quam verborum conceptionem inſpicere, dicit tex. ad propoſitum in l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſs. facit C. de lib. præteri. l. 3. & ff. de adi. leg. l. 3. §. conditio, ſed de mente conuenientium apparet, quia voluerunt redigere Ianuenſes, & Saonenſes ad vniformem modum præſtationis gabellarum maris, vt patet ex verbis huius articuli.

Item clarius ex verbis alterius, de quo ſtatim infrà dicetur, quo cauetur expreſſim, quod impoſitiones factas, vel faciendas hominibus Ianuæ nauigantibus ipſi Saonenſes nauigantes, ſicut alij Ianuenſes ſoluere, & præſtare teneantur, nec grauentur in his, niſi ſicut Ianuenſes, & ideò cum in verbis nulla ambiguitas eſt, non debet admitti voluntatis quæſtio de leg. 3. l. ille aut ille §. cum in verbis.

Secundò, quia verba præſentis temporis poſita in lege referũtur ad futura, quia lex ſemper loquitur, ff. de cond. ex leg. l. 1. & C. de hæreti. l. Ariani, & in omnibus auth. quæ incipiunt, ſed hodie. Et pacta appoſita in contractibus initis ab habentibus poteſtatem condendi legem, habent vim, & virtutem legis ad alios ligandum ff. de publi. l. Cæſar, & C. de dona. int. vi. & vx. l. penult. Sed Communitas Ianuæ, & Saonæ habebant poteſtatem legis condendæ; ergò dicta ipſorum conuentio habet vim legis, & habetur perinde, ac ſi in lege communi facta per ipſas eſſent hæc verba, quod Ianuenſes, & Saonenſes ſoluant expedicamenta.

Tertiò, quia aut quærimus, an verba præſentis temporis includant res futuras, alias, ſiue diuerſas, & eſt clarum, quod non, vbi agitur de magno præiudicio, ſecus ſi de paruo vt ff. de aur. & arg. leg. l. ſi ita, C. quæ res pig. ob. poſs. l. fin. aut quærimus, an verba præſentis temporis includant ipſam eandem rẽ quamuis in futurum immutatam, minuendo, vel augendo, & dico quod ſic, quia eſt caſus ff. de ali. & cib. leg. l. Mela, §. ſed ſi alimenta ſecundum Bar. in d. l. ſi ita: facit ff. de li. leg. l. fin. §. fin.

Ex his apparent reſponſa ad obiecta; Et ſpecialiter cum dicitur, quod relatio reſpiciens Saonenſes non extenditur ad futura, quia relatio reſpiciens Ianuenſes, qui eſt terminus, ad quem fit relatio, non compræhendit futura, ſed præſentia tantum, vt not. per Guil. & Bal. C. de Epi. & Cle. l. omnia priuilegia, vbi

hoc

vbi hoc videtur decisum. Nam primo dicitur, quod prout in conuentione est verbum [expedient] relatio in quantum respicit Ianuenses comprehendit futura.

Item in quantum diceret [expediunt] etiam comprehendit futura, rationibus antedictis, & hoc idem in terminis determinat ibi Bal. dum dicit, dico, quod consideranda sunt verba Priuilegij; aut enim ex verbis apparet certi temporis determinatio, & ad illud restringitur: aut in futurum tempus extensio, & ad illud extenditur concessio, dico, quod iste est casus noster, vt ex prædictis apparet; Aut est indefinita locutio; Et tunc si constat de mente concedentis, quod voluerit per omnia esse paria priuilegia, & tunc intelligitur de præsentibus, & futuris; dico etiam quod hic est casus noster, vt patet ex illis verbis; Sicut alij Ianuenses soluere, & præstare teneantur, nec grauentur in his, nisi sicut Ianuenses.

Ex suprascriptis patet responsio ad tertium quæsitum, scilicet quod Saonenses tenerentur soluere expedicamenta de omnibus rebus, & tanta, de quibus, & quanta tenentur soluere Ianuenses.

Item ad quartum quæsitum. Quod omnes nauigantes teneãtur soluere omnes alias impositiones factas, & faciendas hominibus Ianuæ nauigantibus, quas tenentur soluere Ianuenses.

Circa quintum, an Saonenses teneantur obseruare deueta Communis Ianuæ facta, & facienda, attendendum, quod in quattuor conuentionibus, de quibus supra fit mentio semper hęc clausula fuit inserta: nam in prima sic dicitur [Deueta, quæ Consules Communis Ianuæ facient, & nos faciemus, & tenebimus ea firma, sicut ipsi nobis mandauerint: si verò aliquis Saonensis ex deueto ceciderit, capiemus pecuniam illius, & in potestatem consulum Communis Ianuæ tantum ex ea pecunia mittemus quantum fuerit deuetum] & subditur [lignum extra Saonã non ibit in pelagus, &c.] Idem continetur formaliter in secunda. In tertia vero conuentione continentur hæc verba [deueta omnia, quæ Potestas, vel Consules Communis Ianuæ, qui pro tempore fuerint, fecerint, faciemus, & nos Potestas, seu Consules, & Potestas Saonæ, qui pro tempore fuerint, & tenebimus ea firma, & inconcussa, sicut ipse Potestas, vel Consules Communis Ianuæ proprijs litteris suis, vel nuncio nobis mandauerint: Si verò aliquis de districtu nostro in ipsum deuetum ceciderit, nos, vel Potestas, seu Consules Saonæ, qui pro tempore fuerint capiemus pecuniam illius, & in virtutem, vel potestatem

Consulum Cōmunis Ianuæ tantum ex ea mittemus, quantum fuerit deuetum ipsum, idest pacta ipsius deueti, & insuper vindictā in eum faciemus, sicut Potestas, vel Consules Communis Ianuę in Ciues suos facere tenebuntur] in hac vltima conuentione continetur [& deueta facta, vel facienda à Communi Ianuæ, & quæ faciet Commune Ianuæ tenebunt, & obseruabunt Commune, & homines de Saona] & sic notetur, & singulariter ponderetur, quod ab anno Domini 1153. quo fuit facta conuentio, hactenus, & sic per annos 270. semper viguit huiusmodi dispositio, quod Saonenses tenerentur, & deberent deueta Communis Ianuæ obseruare.

Secundò aduertendum, quod virtute dictarum primæ, & secundæ conuentionum nauigia nauigatura in pelagus debebant venire in portum Ianuæ, & in eundem portum redire ad discarrigandum: in tertia conuentione continetur plus scilicet [nisi de licentia Potestatis, seu Consulum Communis Ianuæ remanserit] & si contrafieret, Saonenses promiserunt stare in ordinatione Potestatis, vel Consulum Communis Ianuæ.

Tertiò pręmittendum, quod expedicamenta sunt gabella, siue introitus antiquissima, quibus cautum erat, & est, quantū ciues, & districtuales, & quantum extranei soluere debebant pro mercium aduentu, & exitu. Et quia in nauigijs Saonensium tam per Ciues, quam Saonenses, & extraneos ad subtrahendū se à solutionibus dictorum expedicamentorum fraudes plurimæ committebantur, fuit dispositum in dictis conuentionibus ad obuiandum dictis fraudibus, quod nauigia deberent in portum *Ianuæ* venire, & inde recedere; sed de nauigijs forensium non poterat per Ianuenses benè disponi nisi per viam deueti, quod non possent onerare, vel exonerare in aliquo loco à Coruo vsq; ad Monacum nisi in portu Ianuæ, vel nisi alibi de licentia Collectorum dictorum expedicamentorum: istam etenim prohibitionem potuerunt facere Ianuenses, maximè consentientibus Saonensibus, & ipsam obseruare promittentibus. Pro hoc adduco quod not. *Inno.* de fo. compe. c. postulasti, quod ratione rerum suæ iurisdictionis statutum ligat extraneum. Non dico, quod statutum liget extraneum respectu personæ, sed quod in rebus seruabitur statutum, & consuetudo.

Item facit quod not. Bar. in l. cunctos populos in quinta col. in illa quæst. quæ incipit. Secundò quæro quid de litteris, vbi tenet, quod quando forensis commisit aliquid, quod non erat delictum de iure communi, nec ibi traxit tantam moram, quod

veri-

verisimiliter debeat scire statutum, si quidem illud factum erat communiter per omnes Ciuitates prohibitum, vt puta quod nõ extrahatur frumentum extra territorium, &c. & isto casu quis non est excusatus totaliter, vt ff. de publica. l. fin. §. licet quis, qui §. videtur casus præsentis quæstionis; nam stante deueto ligatur forensis, nec potest excusationem prætendere.

Item facit quod not. D. Bar. in 7. col. §. quartò quæro, vbi concludit, quod vbi est quæstio de aliquo iure descendente ex re, debet seruari consuetudo, vel statutum loci, vbi res est, ff. de ædi. pri. l. an in totum, ff. coram præ. l. venditor, §. si constat: Sed stante deueto in Saona si est quæstio, an possit exonerari in Saona, vel non, sine licentia, istud dependet à puncto, de quo quæritur, an liceat ibi exonerare, vel non, & ideò debet ibi seruari deuetum. Et hæc est vna de principalibus, quinimò forsitan principalior causa, quarè fuerit apposita dicta clausula in omnibus conuentionibus: nam si Ianuenses non sunt passi, quod naues Saonensium irent in viagium, nisi primò venirent in portum Ianuæ, & nisi promitterent redire ad discarrigandum, quomodo debuerunt pati, vt naues forensium id agerent, attento maximè, quod si per extraneos fraudes committerentur, indemnitati Ianuensium non erat benè consultum, cum Saonenses Saonæ remanerent, sed aduenæ, & forenses inde discederent, & pœnam eluderent, arg. eorum quæ notantur ff. de publi. in l. 1. §. ad crimen, & C. de accu. l. reos: & si Saonenses hoc de ipsorũ nauibus, & nauigijs pepigerunt, dicebat enim conuentio [lignum] quantò magis hoc debuerunt velle pati, & assentire de extraneis, quia ipsi sibi ipsis cariores esse debebant, quam extranei, C. de serui. l. si præses, & quia tunc dicta deueta continebantur in venditione, & clausulis expedicamentorum, non fuit necessarium in dictis conuentionibus de nauigijs extraneorum aliquid nominatim disponere, cum sufficeret, quod Saonenses promitterent obseruare deueta facta, atque facienda, aliàs fuisset plus quam bestialitas ex parte Ianuensium istud dimittere improuisum, cum fuisset aperta via quibuslibet ad fraudandum facillimè dicta expedicamenta, mediantibus extraneorum nauigijs, quod non est dicendum, ff. nau. caupo. sta. l. 1. §. 1. vers. & nisi, cum simil. Detur etenim, quod hodie non vigeret huiusmodi deuetum, dicerent Saonenses, nulla expedicamenta debentur ab extraneis de rebus conductis Saonam super eorum nauigijs, quia conuentione nostra, quæ est nobis lex, non est cautum, & ideò expedicamen-

ta ab extraneis non possunt colligi in Saona, quæ est nobis terra libera, cuius tamen rei contrarium extitit perpetuò obseruatũ. Ea igitur ratione, qua fuit hactenus obseruata vna pars deueti, quia pro rebus extraneorum delatis in nauibus extraneorum expedicamenta Saonæ soluta fuerunt, debuit, & debet obseruari reliqua, vt nauigia forensium de Ianua se expediant, & Ianuam ad exonerandum veniant, nisi aliter processerit de licentia Collectorum: nam nulla inter hæc diuersitatis ratio reddi potest, ff. de ver. ob. l. à Titio.

Nunc respondeo ad supposita, & obiecta. Confiteor, Bal. in rub. ff. de rer. diuis. dicere posse præscribi aliquẽ vsum, vel iurisdictionẽ in mari, & de iure gentiũ dominia in mari esse distincta, sicut in arida terra: & sic Ianuenses, & Venetos habere sua maria distincta ex inueteratissima consuetudine, ad huius cõfirmationẽ adduco tex. ff. de iniur. l. iniuriã, §. fin. & l. sanè, & ibi glo. & Bar.

Item confiteor Bal. dicere, quod totus mundus hoc iure vtitur, quod vt plurimum nauigantibus per eorum mare imponunt gabellas, & confiscant merces, Principe inconsulto, & quod per talem consuetudinem derogatum est legibus contrarijs, arg. ff. loca. l. colonus, §. nauem. Quia talis generalis consuetudo comparatur speciali permissioni Principis, vt not. in simili in Auth. de defen. ci. §. non habente, & quod minime mutanda sunt, &c. ff. de legi. l. minime, & pro hoc adduco quod not. Bar. ff. de cap. l. hostes, ad fin. vbi dicit consuetudini obseruatæ secundum mores moderni temporis esse standum, dato quod aliud esset de iure gentium, ff. de cap. l. postliminium, in princ.

Item confiteor, Bald. idem tenere, quod portus maris hominum ingenio fabricati, sunt publici iuris. Sed cum reuerentia, ista confirmant quæ dicta sunt supra.

Item video, verba conuentionis esse simplicia, & impersonaliter ex parte passiui: dicunt [enim & deueta facta, vel facienda à Commune Ianuæ, aut quæ faciet Commune Ianuæ, tenebunt, & obseruabunt Commune, & homines de Saona] Cum ergo non distinguat conuentio, nec distinguam, ff. de publi. l. de pretio, & ff. de off. præsi. l. 3. & maximè quia conuentio præambula, vnde hoc proximius traxit originem, continebat hæc verba [decreta omnia, quæ Potestas, vel Consules Communis Ianuæ fecerint, faciemus nos Saonenses, & tenebimus firma, & incõcussa, sicut Potestas, vel Consules Communis, &c.] nam qui omne dicit, &c. C. fin. cen. vel reli. l. omnes, & quia promittunt præcisam obseruantiam, igitur. ff. qui, & à qui. l. prospexit.

Item

Item ad aliud dico, quod in generali sermone non continetur regulariter persona loquentis C.de solut. l. inquisitio veritatis, cum simil. nisi ex natura contractus præambuli, quia verba generalia intelliguntur, prout natura contractus postulat,& requirit, vt ff.de act. empt. l. emptorem, §. qui autem, & ff. de verb. ob l. inter stipulantem, circa princ. secundum. Cy. ibi; Sed si attendamus verba conuentionis pręambulæ, ipsa dicit de omnibus deuetis, & continet præcisam obseruantiam,

Item si attendamus causam appositionis huiusmodi clausulæ, causa fuit fauor Ianuensium, ne extranei exonerarent alibi quã in portu Ianuæ, vt dictum est: ergò nec virtute regulæ, nec virtute exceptionis à regula Commune Ianuæ debet includi, nec contradicit cap. petitio, imò concordat.

Item ad aliud, cum dicitur, quod qualitas apposita in præcedenti intelligitur repetita in sequenti, & quod deueta vetera, & noua sunt connexa, quarè debet intelligi de nouis eius qualitatis, cuius sunt vetera, vt ff. oe ver. ob. l. si ita stipulatus, §. Grisogonus, & ff. vi bo. rap. l. Prætor ait, §. eritque differentia.

Respondeo, quod nulla qualitas apposita est in verbis conuentionis circa deueta vetera, imò simpliciter, & indefinitè scriptum [& deueta facta, vel facienda, &c.] quarè generaliter debet intelligi, ff. de serui. vr. præ. l. si seruitus; Et conuentio ista proximè præcedens dicebat omnia; quarè hæc allegatio impertinens est: sunt enim diuersa, quod exprimeretur in conuentione deuetum certæ qualitatis, & adijceretur clausula [& deueta facienda] an quod generaliter dicatur [deueta facta, & facienda] nulla penitus adiecta qualitate, vel causa: nam oratio, quæ indeterminate ponitur, comprehendit omnem determinationem, quæ ad eam potest aptari, vt est casus ff. quod met. cau. l. metum, §. animaduertendum.

Ad aliud cum dicitur, quod conuẽtio loquitur de deuetis obseruatis à communi Ianuæ, vt probatur ex illis verbis [quæ faciet Commune Ianuæ] idest obseruabit, ne alias illa verba [facienda à Commune Ianuæ] sint superflua, vt sic verbum [facienda] intelligatur de factione, & verbũ [faciet] de obseruatione.

Respondetur, quod salua reuerentia, iste intellectus violat litteram, quæ non potest sic exaudiri, salua ratione recti sermonis; nam aliud est facere, aliud factum obseruare, vt constat ad sensum, ff. de au. & arg. leg. l. Plaucius: nec sunt dicta verba superflua: nam Commune Saonæ non tenetur ad obseruantiam alicuius deueti, posito quod esset faciendum à Commune Ia-

nuæ

nuæ, nisi fiat cum effectu, & propterea sunt adiecta verba [& quæ faciet) vt demonstretur actus, & eius consumatio, pro hoc ff. quod quisq. iur. l. p. §. fin. & quod not. ff. de vsuf. l. arboribus.

Ad aliud cum dicitur, quod duæ sunt causæ, scilicet efficiēs, & hæc benè conceditur Communi Ianuæ, quia potest facere deueta; & formalis, & de hac nihil dicitur, quare videtur prohibita, ff. de iudic. l. cum Prætor, in princ.

Respondetur, quod, salua pace, & reuerentia debita, quia ex quo concessum est simpliciter Communi Ianuè facere deueta, concessum est ipsi arbitrium modi, & formæ, vt ff. de in lit. iur. l. videamus, §. sed an iudex, & l. in actione.

Secunda ratio, aliàs frustratoria, & inutilis foret talis potestas, quia semper Saonenses dicerent deueta non habere debitā formam, arg. ff. de ver. ob. l. inter stipulantem, §. si Sticum, & ff. de iudic. l. solemus, cum simil. & ff. de arbi. l. ne in potestate.

Ad aliud cum dicitur, quod deuetum non comprehendens Ianuam non est propriè deuetum: lex autem debet intelligi de eo, quod proprius dicitur, ff. si ager vec. l. prima §. primò.

Respondetur, quod imò est propriè deuetum, & si locum Ianuæ non comprehenderet, imò nec requiritur vt Ianuam comprehendat per illa, quæ dicta sunt, quod in generali sermone non intelligitur persona loquentis, &c.

Item ista clausula de deuetis, vt suprà extitit narratū, propter Ianuam principaliter est adiecta, vt oporteat nauigia venire Ianuam, ibi [exonerare, & de portu discedere] vnde esset contra mentem conuenientium, vt Ianua comprehenderetur.

Item in proxima præcedenti conuentione continebatur verbum [omnia] hic autem apposita sunt verba indefinita [deueta] quæ pariter significant, vt l. si seruitus præalleg.

Ad alia cum dicitur, quod hoc deuetum est lex partialis imposita Saonensibus, quæ non valet vt. l. Antiocensium, de priui. cre. & est contra publicam vtilitatem, & libertatem Saonensium, &c.

Respondetur, cum debita reuerentia, quod hæc sunt parabolæ Saonensium, quia l. Antiocensium non meruit allegari: nam deuetum non est factum contra priuatum, sed est generale: lex autem Antiocensium, siue id, quod dicitur in ep loquitur de lege facta contra priuatum.

Item non est contra publicam vtilitatem prouincię Ianuensis, sed summè vtile, quæ maximam pateretur, læsionē in eo, quod Ianua dictæ prouinciæ caput summam læsionem pateretur, imò destrueretur ex isto.

Item

Item iſta deueta veniunt ex natura conuentionis & pacti, quę conuentio eſt fortior lege, vt not. per Cy. C. de legi. l. digna vox, per Bar. ff. de decre. ab or. fa. l. quod ſemel, & l. omnes populi. & per Bar. ff. de off. con. l. 1.

Item Saonenſes hoc pacti ſunt de eorum nauigijs per expreſſum in tribus ſupraſcriptis conuētionibus factis in tanta temporum diſtantia, & hoc pacti ſunt in quarta conuentione implicitè, dum promiſerunt ſe nauigare, & ſe expedire in Ianua, & expedicamenta ſoluere, ſicut Ianuenſes, ſed naues Ianuenſium ad hoc tenentur, & hoc faciunt, igitur: Illa enim verba conuentionis [ſe expediunt in Ianua, & expedicamenta ſoluent] hoc clarè important, & propter hoc fuerunt appoſita, aliter intelligendo non eſſet ſe in Ianua expedire; ergò contra eorum conuentionē toties iuratam, & firmatam venire non poſſunt. C. de tranſ. l. ſi quis maior, & C. de leg. l. non dubium. cum ſimil.

Ad aliud cum dicitur, quod lex debet eſſe communis, & æqua
4. di. erit autem, patet reſponſum ex prædictis.

Ad aliud, cum dicitur, quod ſtipulatio qua Saonenſes promitterent Ianuenſibus, quod venientes ad portum Saonæ accedent Ianuam, eſſet nulla, quia non conſiſtit in damno vitando, nec in lucro formato, ſed fortuito, quæ non eſt ſufficiens cauſa ad dictam ſtipulationem, vt ff. de dam. infec. l. fluminum, §. fin. cum l. ſeq. & l. p. §. denique, de aq. pluu. ar. & ideò non poteſt habere locum l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam ff. de ver. ob.

Reſpondetur, ſemper cum debita reuerentia, quod parum, imò nil faciunt ad propoſitum; quia illa iura loquuntur, quando quis facit id, cuius reſpectu ad aliquid non tenetur, vt puta quia contra aliquam ſuam promiſſionem venit, & ideò attenditur, an faciat animo nocendi, vel non: hic verò loquitur quando quis facit contra ius alteri ex ſua promiſſione ſolidè, & irreuocabiliter acquiſitum, quo caſu ſi contraueniat, tenetur ad intereſſe, ff. de re iu. l. ſi quis ab alio, §. fin. ff. de ver. ob. l. ſtipulationes non diuiduntur, & de præto. ſtip. l. fin. cum ſimil.

Ad teſtes receptos ad ęternam rei memoriam, dico, eos non ſolemniter eſſe receptos, parte non citata, & eſſe ſuſpectiſſimos, & non probare.

Ad receptos in præſenti iudicio de communi vſu loquendi, & ad declarationes allegatas reſpondetur in omnibus prout ſemel reſponſum eſt, cum fuerunt oppoſitæ contra alium articulum.

Ad id, quod dicitur de præſcriptione, negatur ipſam eſſe, quia

quia Deo, & mūdo notorium est, infinita præcepta nauigijs destinata, & ipsa pœnaliter compulsa Ianuam venire, & plura interpellata, vt venirent.

Ad id, quod dicitur, quod fuit conuentum, quod Commune Ianuæ non destruet, nec destrui faciet portum Saonæ, &c. & quod per viam deueti destruitur eiusdem portus & quod paria sunt non esse, vel inutiliter esse, vt ff. quod cuius. vni. no. l. prima §. fin.

Respondetur, verba conuentionis loquuntur de manuali destructione, vt euidenter apparet ex verbis eius, & ideò ineptè allegatur conuentio, ff. de ver. ob. l. si minor.

Item non est verum, quod per hoc destruatur portus, vt ad nullum sit vsum, imò restat ad multos, & ad maximos vsus, solum hic vsus adimitur, vt ad expediendum se Ianuam venire cogantur, nisi obtenta à gabellotis licentia aliter permittatur: vsus autem portus est ad stationem, onerationem, & exonerationem, ff. de ver. sig. l. portus, & vt sæpe dictum est Saonenses hoc promisserunt de eorum nauigijs ab annis ducentum septuaginta, expressim, & clarè cum eorum nauigia ad pelagus nauigabant; vt patet in primis tribus conuentionibus. Et in hac vltima promiserunt generaliter nauigare, se expedire in Ianua, & soluere expedicamenta quemadmodum Ianuenses, & deueta seruare, quod propter hanc causam inter ceteras in conuentione specialiter fuit appositum, vnde de nihilo possunt conqueri C. de ac. & ob. l. sicut, cum simil.

Ad aliud, cum dicitur, quod hoc est tollere iurisdictionem Saonensibus, quod Commune Ianuæ, in conuentione promisit non facere.

Respondeo, quod in verbis illius articuli est granum Salis, quod ius Communitatis Ianuæ facit clarum, & sapidum: nam dicitur, quod Commune Ianuæ promittit Communi Saonæ liberè, & quietè vti iurisdictione sua. Notate, quod sequitur, salua præsenti conuentione, & his, quæ notantur in ea, & hoc est, quod tollit contrarium.

Ex his apparet, Commune Saonæ teneri indubitabiliter ad obseruantiam omnium deuetorum, & specialiter eorum, quæ continentur in venditionibus expedicamentorum, quæ fuerunt deueta antiquissima, propter quæ inter ceteras causas principales articulus de deuetis in conuentione specialiter fuit insertus.

Nunc ad reliqua tria quæsita, scilicet sextum, an Saonenses teneantur ad gabellas Communis Ianuæ de mercibus, quas

Ianuam

Ianuam introducunt, vel inde exportant. Et ſeptimum, an ſi Saonenſes artem aliquam exercerent Ianuæ, ſint à dictis gabellis liberi, & immunes. Et octauum, an Commune Ianuæ poſſit imponere aliqua onera Saonenſibus in Saona. Opportet reſponderi ſimul, & ſemel, quoniam ab eodem dependent articulo, ſcilicet ab illo [Item quod Commune Ianuæ, vel aliquis pro ipſo Communi collectam, mutuum, dacitam, vel exactionem aliquã &c.] Et ad clariorem intelligentiam præmittendum, quod ſecundum primam conuentionem Saonenſes tenebantur facere collectas, ſecundum eorum poſſe per omnes maritimas partes ipſorum in ordinatione Conſulum Communis Ianuæ, ſicut Ianuenſes eas fecerint. Item tenebantur in legationibus, quas Cõmune Ianuę faceret pro communi vtilitate per omnes maritimas expendere pro libris ipſorum, ſicut facerent Ianuenſes, idem formaliter continetur in conuentione ſecunda: in tertia verò conuentione continetur plus, quia Commune Saonæ promiſſit facere collectas pro poſſe ſuo, detracta ſunt illa verba [per omnes maritimas partes] item fuit additum [& ſpecialiter pro cuſtodia Caſtri Bonifacij] de expenſis in legationibus continetur vt in alijs, & additur in fine [guerram viuam contra omnes homines faciemus nos, & , totus populus in ordinatione, & mandato Poteſtatis, & Conſulum Communis Ianuæ.]

Secundò præmittitur ad euidentiam, quod ſicut intuenti luculenter apparet, ſecunda conuentio exiuit de corpore primæ, aliquibus ſuperadditis in ſecunda, & tertia exiuit de corpore ſecundæ, multis ſuperadditis, in tertia, & quod quarta exiuit de corpore tertiæ, multis ſuperadditis, & pluribus immutatis, ſed non legitur in aliqua dictarum conuentionum, quod Ianuenſes ſint franchi, & immunes à gabellis Ianuæ, nec è contrariò: benè eſt verum, quod Saonenſes promiſerunt in hac vltima conuentione nouos vſus, vel nouas exactiones non imponere, & impoſitos, vel impoſitas à tempore guerræ non percipere. Vnde ſicut fuit in primo articulo ſuprà concluſum, eſt indubitatum, quod Ianuenſes tenentur ad ſolutionem gabellarum Saonæ impoſitarum ante guerram, ad ſolutionem verò impoſitarum tempore guerræ, vel poſtea non tenentur de iure, dato, quod ad earum ſolutionem fuerint compulſi, & dietim compellantur: ſed attendite, quia dico, ipſos non teneri ideò, quia ſunt illicitæ, & contra formam conuentionis impoſitæ, non ideò quia Ianuenſes in Saona poſſint à gabellis prætendere ſe immunes. Vnde ſi Saonenſes in Saona imponerent aliquas gabellas de conſenſu, & permiſſio-

ne Communis Ianuæ remittentis eis promissionem, & iuramenta, sicut posset, vt ff. qui, & à qui. l. fin. in princ. & ff. qui sat. cog. l. fin. certior sum quod Ianuenses tenentur ad solutionem dictarum gabellarum, nec essent immunes, quia qui prætendit immunitatem, debet eam probare, ff. de excu. tu. l. non tantum, §. non omnia, ff. de prob. l. ab ea parte.

Tertiò ad euidentiam præmitto, quod tota ista vltima conuentio in omni sui parte continet ex parte Communis Ianuæ superioritatem, & fauorem, & si qua videantur apposita in fauorem Saonensium, illa apposita sunt non vt Commune aliquid promittat de suo, sed vt sibi id ex præeminentia non ascribat, vel ex potentia non vsurpet, aut etiam ex antiquis conuentionibus sibi debitum non prætendat, vt comprobatur in illa parte, qua Commune Ianuæ promisit non destruere, nec destrui facere domos, turres, portum, vel modulum.

Item quod Commune Ianuæ, permitteret Communi Saonæ vti sua iurisdictione, &c.

Item in illa [item quod Commune Ianuæ, vel aliqui pro Communi collectam, &c.

Item in illa, quod Commune, homines Saonæ non teneantur facere rationem in Ianua, &c. & sic de alijs similibus.

Nunc ad iura, & rationes, salua semper opinione, & sententia eximiorum Doctorum D. Barnabæ, & sociorum, quam confiteor meliorem, & solidiorem, credo, quod Commune Ianuæ non possit imponere aliqua onena realia, & personalia, vel mixta Saonensibus in Saona, & hoc velit illa pars conuentionis, ibi, [item quod commune, vel aliquis pro communi collectam &c. nisi si fieret secundum formam conuentionis, pro hoste, caualcata, & similibus,] & hoc velit illa prima exceptio [saluis his, quæ in hac conuentione continentur,] vel nisi essent impositiones factæ, vel quæ fierent hominibus Ianuæ nauigantibus, quas Saonenses nauigantes tenentur soluere, sicut alij Ianuenses, nec plus grauari possint quam Ianuenses, & hoc vult illa secunda exceptio [saluo, ꝙ impositiones factas, vel faciēdas, &c. In aduersum credo, & certior videor in me ipso, quod Saonenses non sunt franchi, nec immunes à gabellis Ianuæ pro his, quæ introducerent, vel exportarent per terram, siue per mare sui vsus gratia, vel mercandi causa, nec de his, quas soluunt artifices Ianuæ, nec ad hanc immunitatem extendi possunt illa verba. [item quod Commune Ianuæ, vel aliquis pro Communi collectam, &c.] si rectè considerentur. Quod probatur sic.

Primò

Primò immunitatis concessio est odiosa, & prohibita, & quatenus fieri potest, restringenda, vt C. de his, qui à princ. va. ac. l. vnica, li. x. de vaca. mu. l. vnica, de decre. decu. l. prima, & secunda, eo. lib. & de decur. l. vacuatis, li. x.

Ratio quia ista concessio sapit donationem, quæ donatio etiã si esset alimentorum, nunquam præsumitur, vbi cadit alia probabilis coniectura, ff. de neg. gest. Nesennius, §. igitur, ff. de solut. l. si cum aurum, & ff. de probat. l. cum de indebito in princ.

Et si præsumeretur, vel videretur verbis expressis, debet restringi, & strictè intelligi, quia licet donatio causa mortis sit bonæ fidei, vel habeat eius naturam, vt reliquæ vltimæ voluntates; tamen donatio inter viuos est stricti iuris, vt not. Cy. C. in qui. ca. in inte. rest. non est ne l. in minorum, & An. in l. Seia, ff. de donat. ca. mort. sed sic intelligere verba conuentionis, quod Commune Ianuæ non possit imponere collectam, dacitam, mutuum, vel exactionem aliquam in Saona prout suprà, non est ipsis concedere immunitatem ab his, quæ deferuntur Ianuam, vel exportabuntur, vel fiunt in Ianua, vel est concedere vllam immunitatem, est ipsam concedere coarctatam, vel regulabilem. igitur hic intellectus est bonus.

Secundò, & si concedere immunitatem sit in suo genere vetitum, & odiosum; tamen concedere eam à muneribus patrimonialibus, & ordinarijs est odiosius; hinc est, quod quando conceditur immunitas simpliciter, non intelligitur concessa à patrimonialibus, ff. de va. mu. l. his honoribus, in princ. & l. sunt munera, & ff. de mun. & ho. l. munerum, §. ab huiusmodi, C. de Sacros. Eccl. l. iubemus nullam.

Item non intelligitur concessa ab ordinarijs, sed solum ab extraordinarijs, vt ff. de vaca. mu. l. ij, qui muneris, & l. in honoribus, §. qui muneris, & C. de va. mu. l. p. li. x. & ideò opportet, de his fieri mentionem specialem, scilicet quod concedatur immunitas à muneribus patrimonialibus, & ordinarijs, secundum Bar. ff. de iur. immuni. l. 2. in princ. & C. de mun. & in quo lo. l. p. li. x. ergò intelligere, quod esset immunitas concessa Saonensibus à patrimonialibus, scilicet de possessionibus quas haberent Ianuæ, & à gabellis Ianuæ, pro his, quæ agerentur in Ianua esset tanto odiosius. igitur.

Tertiò cui est interdictum, quod est minus, naturali ratione uidetur interdictum, quod est maius, ff. de serui. ex. l. cui pacto; facit de sen. exco. cap. si Ciuitas li. 6. Sed uideo interdictum Saonensibus, quod non possunt nauigare de Saona res suas, quin

soluant expedicamenta, & alias gabellas impositas nauiganti. bus, quod est minus, quomodo potest intelligi, quod possint venire Ianuam, & mercari Ianuæ absque solutione gabellarum vllarum, & inde discedere, & aliquos stantes Ianuæ facere mercantias, ac artes exercere, & omnia victualia emere absque vllius solutione gabellæ, non intrat intellectus.

Quartò si Ianuenses non sunt franchi, nec immunes Saonæ à muneribus patrimonialibus, nec à gabellis Communis Soanæ veteribus, attenta forma conuentionis; quinimò contra formam conuentionis gabellas impositas soluere compelluntur, ergò nec Saonenses Ianuæ: quia si Ianuensibus in quorum fauorem, & præeminentiam dicta conuentio ex omni sua parte videtur esse composita, hoc non licet, longè minus debet Saonensibus, qui tanquam inferiores inierunt hanc conuentionem, hoc licere. Istud argumentum dicitur à maiori, vt ff. de his, quæ in testa. dele. l. p. §. sed consulto, & ff. de Sena. l. qui indignus, de int. & releg. l. relegatorum, §. post, & ext. de elec. cap. cum in cunctis. Potius autem debuisset contrarium dici, Ianuenses esse francos, & immunes Saonæ, cum in eorum fauorem ferè tota conuentio sit conscripta, C. de legi. l. quod fauore, & ff. de mino. l. si iudex circumuento.

Quintò considero, quod in conuentionibus antiquis non est vnum solum verbum, per quod posset comprehendi, aut quoquomodo præsumi, quod Saonenses esse deberent franchi, & immunes à gabellis: benè continebatur in eis, quod Saonenses tenentur soluere collectam pro posse suo specialiter pro custodia Castri Bonifacij in ordinatione Potestatis, vel Consulum communis Ianuæ, & quod deberent soluere pro libris suis in legationibus pro communi vtilitate fiendis: noua autem conuentio benè agit hoc remittere, vt nec per viam collectæ, vel mutui, vel daciti, vel alterius exactionis commune Ianuæ possit commune Saonæ ad ista compellere, quod caueri erat expediens, non autem franchisiam, & immunitatem dare, & maximè quia sicut præmissum est in præfationibus, commune Saonæ videns, quod commune Ianuæ erat habiturum, habebat Ciuem suum Potestatem Saona, poterat elapso biennio destruere muros, timuit, ne collectis, dacitis, & exactionibus tanquam simpliciter subditis grauaretur, pro hoc facit quia leges posteriores veniunt ad determinationem veterum, & in dubio debet intelligi ipsas in suis casibus interpretari, & in eis locum habere, non in alijs, ff. de legib. sed & posteriores, & in auth. de fili. an. do. instru. na. §. fin.

Sextò,

Sextò, quia si hæc fuisset mens conuentionis, facile erat dicere; Saonenses sint franchi, liberi, & immunes ab omnibus gabellis, & introitibus, quoniam hoc vocabulũ [Gabellæ] fuit notum conuentioni, vt patet in illo §. Item, quod commune Ianuæ liberè permittet communi Saonæ, &c. igitur, C. de ca. toll. §. sin autem ad deficientis, & extr. de deci. cap. ad audientiam.

Septimò nihil est, quod volenti intelligere magis aperiat intellectum, quam leges, & dispositiones scriptas practicæ, & casibus adaptare, vt ff. de excu. tu. l. non solum, §. qui primipilum; Et si mores, & consuetudines nostras Vestra Excellentia considerauerit clarissima remanebit, quod dicta verba [collectam, dacitam, mutuum, vel exactionem aliquam communi Saonæ, vel super hominibus Saonæ, & districtus, vel rebus eorum modo aliquo non exiget, vel imponet] non possunt referri ad gabellas, quoniam ipsæ non imponuntur Communi Saonæ, sed generaliter cuicumque portanti, vel extrahenti, vel negotianti, & sic non conueniunt verba conuentionis, ergò nec dispositio, ff. de accu. l. hos accusare, §. omnibus, cum simil. Sed debent referri ad impositiones, & auarias, & alia similia, quæ fiunt Ianuæ per hunc modum. Nam detur, quod commune Ianuæ indigeat libris centum millibus, facit de eis impositionem, quam diuidit inter se ipsum, cui assignant certam partem, & Riparias, quibus assignat reliquam; hæc pars diuiditur inter loca Ripariæ subdita, postea quilibet locus pecuniam sibi obuenientem partitur inter se per capita, siuè per capitationes, quod est nomen iuris, & pro mobili, pro quo imponitur collecta, & pro immobili, quod dicitur munus patrimoniale, ita fit Ianuæ, & ita factum fuit semper, & aliter fieri non posset, quia isti sunt modi iuris, vt not. per Guil. C. de Sacros. Ecc. l. neminem, Cy. C. de excu. tu. l. voluntarie, Bar. C. de muli. & in quo lo. l. p. & Bal. ff. quod cuius vnino. l. p. §. p. hoc est, quod fuit actum in conuentione non posse fieri, quia sic agendo commune Ianuæ benè imponeret communi Saonæ, & imponeret super hominibus Saonæ, & districtus, & rebus eorum, quod est in conuentione specialiter denegatum.

Item confiteor, quod commune Ianuæ non posset gabellam imponere communi Saonæ in Saona, de quo potuit probabiliter dubitari attento quod Saonensibus primò fuerat in contrarium vetitum, ne possent nouos vsus, vel nouas exactiones imponere, ex quo videbatur, Ianuensibus, de quibus non erat cautũ, quodammodo esse permissum, ff. de iudi. l. cum Prætor in princ. ad quam dubitationem tollẽdam fuit factum illud cap. [Item quod

Com-

Commune Ianuæ, vel aliquis pro communi collectam, &c.] & ideò conuenientissimè, & aptissimè ponitur illa exceptio [Saluo quod impositiones factas, vel faciendas hominibus nauiganti bus, &c.] quoniam dictæ gabellæ soluuntur etiam de his, quæ Saonenses de Saona, & eius districtu nauigant, vel in Saonam, & eius districtum admittunt: non est ergò à proprietate verborum conuentionis, scilicet [Communi Saonæ] quod significat substantiam impositionis [vel rebus eorum, &c.] quod significat species, scilicet modos, & formas, aliqualiter recedendum, vt ff. de exerci. l. p. §. si is, qui nauem, & de leg. 3. l. non aliter, in princ. & maximè, quia omnis interpretatio æquitatem desiderat, ff. de condi. & dem. l. in his, & C. de legi, l. non dubium, per Cy. Non enim debent sic exaudiri statuta, vel consimiles dispositiones, quod laicis videantur iniqua, vel iniquæ, vt not. glo. C. de transf. l. si maior, & Inno. extr. de const. cap. quæ in Ecclesiarum: omnis enim interpretatio debet esse rationabilis, & verisimilis, vt extr. de accusa. cap. cum dilecti, & not. Dy. in cap. in obscuris, de reg. iur. facit quod not. glo. & Doc. ff. de app. l. ab executore: hæc autem interpretatio, siuè hic intellectus, quod Ianuenses non sint immunes à gabellis, sed Saonenses sint immunes à gabellis Ianuæ est reprobus, iniquus, & irrationabilis.

Item, quod Saonenses habeant à Ianuensibus prærogatiuam in Ianua de omnibus gabellis, est abusiuum, & incredibile, & maximè quia de vinis, pannis, & cœteris haberent prærogatiuã de quinque vsque in septuaginta pro quolibet centanario, quod sine ratione est dictum, & ideò benemeritò ab omnibus irridendum, ff. de neg. gest. l. sed an vltrò.

Ex prædictis patent responsa ad dicta, & supposita Excellentissimæ Dominationis Vestræ: nam vestram diuisionem litteralem conuentionis, diuisionem numerorum, & eorum naturam, & proprietates vocabulorum non infringo, sed concludo, conuentionem debere intelligi tum propter conuentiones præcedentes, tum propter ipsammet, & eius partes, tum per rationes allegatas de illis, quæ imponentur Communi Saonæ scilicet, vel super hominibus, vel super rebus quouis modo, non autem ad gabellas Ianuæ, ab omnibus generaliter persoluendis ex apportatione, vel exportatione, vel ex contrahere, quod fit Ianuæ. Deo gratias, Amen.

Bartholomæus de Bosco I. C.

EX-

EXCVRSVS NONVS.

Romanorum Imperator Dominus est totius Mundi.


TA dixere Isern. super vsib. Feud. in proœm. §. secundò quæritur num. 27. vbi de Lothario, quem Monarcam, & Orbis Dominum appellat citat tex. in l. de precatio. ff. ad l. Rhod. de iactu, & 7. quæst. prima, Bart. qui existimauit opinionem hanc ità veram, & contrariam damnauerat, vti hæreticam in l. hostes, ff. de capt. & in extrauag. ad reprimendum in verb. totius orbis, Bal. in §. vlt. col. penult. de prohib. feud. alien. per Frider. Couar. qui multa adducit pro hac sententia fundamenta in reg. peccatum par. 2. §. 9. sub nu. 5. col. 2. Cassan. in Cathal. glor. mund. p. 5. consid. 18. Matt. de Iurisd. p. 1. c. 20. à nu. primo per tot. Nauarr. in c. nouit, num. 3. nu. 155. de Iudic. Sot. de Iust. & Iur. q. 4. art. 2. c. in apibus, & c. Adrianus, dist. 63. & vbique Gl. Restaur. Castal. in suo tract. de Imperat. quæst. 52. vbi plures citat, & de receptiori testatur Bertach. in tract. gabell. par. 1. quæst. 2. & in tract. de Episc. quæst. 16. nu. 36. Cur. Iun. cons. 157. nu. 2. Rub. cons. 1. nu. 12. lib. 2. Ias. inter cons. Brun. Feudal. cons. 8, col. pen. vers. decimo tertio, Dec. cons. 528. nu. 9. & cons. 588. num. 1. Soc. cons. 175. nu. 9. lib. 1. Soc. Iun. cons. 100. nu. 4. 5. vol. 2. Purpur. de communi in l. cunctos populos nu. 12. C. de Summ. Trin. Bello. cons. 2. sub nu. 2. & cons. 32. num. 1. vbi quod hæreticum esset dicere contrarium, Menoch. cons. 2. nu. 3. & seq. Benedict. Carpzor., qui reiectis contrarijs hanc sententiam mordicus tuetur de Leg. German. c. 1. sect. 15. per totum.

Quatenus verò subsistat conclusio hæc, docent plures, Vasqu. controu. Illust. lib. 1. cap. 29. Ceuall. pract. quæst. cap. 576. Barbos. in suis collect. ad lib. 1. Decretal. c. venerabilem 34. de elect. & elect. pot. num. 20. & c. Hadrianus 63. distinct. nu. 11. Menoch. d. cons. 1. nu. 99. & alij quos consultò omitto.

EXCVRSVS NONVS DVPLEX.

Priuilegium concessum non subdito, reuocari non potest.


Egem priuatam appellat Summus Pontifex priuilegium in cap. priuilegia, distinct. 3., & quia de natura legis est, quod exerceatur in subditū, c. 2. de const. in 6. Ideò ne Princeps videatur actum facere inutilem, priuilegium assumit naturam contractus, & pro contractu substinetur sic per glos. Innoc. in c. nouit de Iudic. sequitur Card. Zab. in c. perpendimus nu. 7. de sent. excom. Dec. plures referens in cap. Ecclesiarum nu. 28. de Const. Card. in cons. 147. col. fin. Felin. in c. nouit. nu. 9. de Iudic. & c. 1. nu. 2. de probat. Et hac ratione reuocari non potest, vt DD. prædicti dicunt, sequitur Romanus in cons. 252. nu. 2. vbi Mandos. in addit. litt. D. quamplures citat Ant. Gab. tit. de iur. quæsit. non toll. concl. 7. nu. 10. & 11. And. Gail. pract. obser. lib. 2. obser. 60. in fin. Abb. cons. 41. nu. 5. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsump. 10. nu. 26. 27. 28. 29. & cons. 350. nu. 20. Castr. cons. 229. visis col. fin. lib. 1. vbi verum dicit, siuè fiat per viam legis, siuè non, quia post acceptationem dicitur Ius quæsitum, & cons. 317. num. 8. eodem lib. 1. Tusc. litt. P. concl. 751. nu. 29. & seq. Surd. cons. 419. nu. 9. & 11. Rodulfin. de absol. princ. potest. cap. 6. num. 194. Io: Franc. Niger Contro. 14. nu. 60. latè Tapia ad l. fin. ff. de const. Princip. par. 2. cap. 9. nu. 56. Cast. de tertijs debit. Reg. Hisp. cap. 18. nu. 138. circa med. Ceuall. de cogn. per viam viol. cap. 10. in proem. Torre Blanca in tract. de magia, lib. 3. cap. 26. à nu. 3. Salgad. de Reg. potest. par. 1. cap. 1. prælud. 5. num. 358. Petr. Ant. de Petr. de Potest. Princ. cap. 32. dub. 2. principal. nu. 173. Quod verum est, etiamsi non subditus postea efficeretur subditus, Alex. cons. 101. lib. 1. Ruin. cons. 115. lib. 5. Peregr. de Iur. fisc. lib. 1. tit. 3. nu. 30.

Hinc facilè reijcias Ruin. cons. 268. num. 41. lib. 2. vbi post Ioannem de Lignano, tradit concessionem priuilegij iurisdictionem arguere; cum etiam non subditis concedatur, & aliàs de iure habeamus, quod quando quis impetrat id per priuilegium, quod aliàs sibi competebat de iure communi, non dicitur iuri

suo

suo renunciare, quaudo non adest incompatibilitas, c. post electionem, de concess. præbend. vbi Abb. num. 4. & in c. veniens nu. 18. de præscr. c. cum personæ, §. cum titulus de priuil. lib. 6. c. cum dilectus. de consuet. l. forma, §. fin. ff. de censib. Molin. de primog. post Bart. Alex, & alios, lib. 2. cap. 10. nu. 75. Nec ista duo inuicem confunduntur. Roma. cons. 433. Crauett. cons. 16. nu. 6. Decia. cons. 13. nu. 1. vol. 2. latè Cancer. var. resol. tom. 2. par. 3. cap. 3. nu. 81. cum seq. Neque enim titulorum multiplicatio ad maiorem corroborationem iuris sui reijcitur, vt sæpius decisum est à Sacra Rota Romana, Cassad. decis. 291. nu. 5. super regula, & decis. 3. de caus. poss. & propriet. Verall. decis. 281. lib. 1. Cocin. decis. 317. nu. 4. & decis. 47. nu. 20. alias refert Garz. de benef. par. 5. cap. 1. num. 591. & cap. 3. num. 45. Gomez. de altern. gl. 2. nu. 54.

EXCVRSVS X.

De natura Feudi est, vt in Feudatarium Dominium tantum vtile transferatur, reseruato directo in concedente.



PRobatur hoc ex deffinitione ipsius Feudi, registrata in cap. 1. §. beneficium. in quib. caus. benef. amitt. quo loci ità affertur, *Vt sit beneficium, quod ex beneuolentia alicui ità datur, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem remaneat; vsusfructus autem illius rei ità ad accipientem transeat, vt ad eum, & hæredes suos masculos, & fæminas, si de his nominatim dictum sit in perpetuum pertineat &c.* Si igitur proprietas penes dantem remanet, sequitur dominium directum penes concedentem remanere, & vtile tantum (quod venit appellatione vsusfructus §. 1. de inuest. de re. alien. fact. & ibi Andr. de Isern. Feudistæ omnes passim, & pro expedito ponit Rosental. de Feud. cap. 1. concl. 6. nu. 8.) in Feudatarium transire.

Quod adeò verum est, vt nedum Dominium directum, sed etiã possessionem ciuilem eiusdem Feudi habere dicatur, c. 1. in fin. In quib. caus. Feud. amitt. post Beluis. omnes Feudistæ in c. 1. §. rei autem. de inuest. rei alien. fact. Oldrad. cons. 224. nu. 15. 16. Castr. l. 1. in princ. num. 16. & in l. possideri, §. ex contrario,

nu.5. ff. de acquir. possess. Ias. in l. clam possidere, §. qui ad nundinas, nu. 37. ff. de acquir. possess. Feudatarius verò naturalem, gl. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. Bero. cons. 76. nu. 71. vol. 1. latè Menoch. qui de communi sententia testatur recuper. remed, 1. nu. 74. & 90. & retin. remed. 3. nu. 81. Quæ tamen intelligenda sunt, prout loquuuntur, de re ipsa in Feudum data, quę naturaliter tantum à Feudatario possidetur, quæ naturalis ciuilem respicit, quæ penes Dominum est; nam si Dominium ipsum vtile Feudatario competens respiciamus, certum est, hoc nedũ naturaliter, sed etiam ciuiliter à Feudatario possideri, vt notabiliter docuit Castr. l. 1. in princ. num. 16. ff. de acq. poss. vbi signanter notat, ciuilem hanc, non illam naturalem possessionem, facultatem præscribendi tribuere, per gl. in l. ait Prætor, §. item ei, ff. ex quib. caus. mai. Bart. in l. si plures, ff. de vi, & vi armat. & in l. naturaliter in princ. nu. 1. ff. de acquir. poss. sequũtur ibi Alex. nu. 5. Castr. nu. 2. Ias. nu. 17. Roma. num. 2. & in l. possideri, §. ex contrario, ff. de acquir. possess. Castr. nu. 2. Alex. nu. 10. Ias. nu. 44. Roma. nu. 7. Bal. in c. si quis per triginta nu. 4. si de Feud. defunct. cum quo transeunt Feudistæ omnes ibidẽ, Ang. in l. super longi. num. 4. C. de long. temp. præscript. & in l. nemo. nu. 8. C. de acq. poss. Crauett. cons. 649. nu. 6.

EXCVRSVS XI.

Verbum [liberè] intelligitur sine impedimento aliquo, conditione, onere, grauamine, aut vlla diminutione.



Vid M. Tullius intellexerit per hoc verbum, patet ex eis, quæ tradit in lib. de Fa. his verbis. *Qui introducunt causam sempiternam, hi mentem hominum voluntate libera spoliatã necessitate fati deuinciunt.* Et post Arist. 1. Metaph. docet D. Thom. 2. 2. quæst. 19. cap. 3. liberum dici, quod sine aliquo extrinseco operatur. Hinc apud Nostros: qui liberè facere potest, is ab omni impedimento immunis esse debet, & à nullius cõsensu, vel requisitione pẽdere, c. de multa, §. 1. de pręben. iuncto c. licet Episcopus. de præben. in 6. & probatur in c. 2. ad fin. de testam. in 6. & c. cum dilectus, verb. mandamus de

con-

consuetud. & ita communiter DD. omnes, Abb. c. si pro debilitate nu. 5. de off. deleg. & ibi Dec. nu. 45. 46. Alex. conf. 80. nu. 10. vol. 1. ante eos Bart. in Extr. ad reprimendum, verb. videbitur, Bal. in c. quæ in Ecclesiarum num. 3. de const. Dec. conf. 131. & conf. 360. nu. 5. Franc. Aret. conf. 76. nu. 3. Comēs. conf. 165. nu. 23. lib 2. Rol. conf. 42. n. 19. lib. 1. Dec. conf. 44. nu. 91. lib. 4. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 1. quæst. 7. nu. 34. & adipisc. rem. 2. nu. 53. & conf. 121. nu. 56. Surd. conf. 313. nu. 96. Decian. conf. 44. nu. 91. lib. 4. Et quod importet Canonē latæ sententiæ post alios Tiraq. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. verb. reuertatur nu. 134. cum seqq., & intelligi per idem verbum translatam Iurisdictionem priuatiuè docet Scard. de Feud. par. 10. sect. 2. nu. 73. Et hoc verbum appositum in Inuestitura, facere Vasallū omni libertate liberum, & ab omni seruitio solutum, tradit Calder. in conf. 7. de Feud. post medium, vers. & per consequens, Oldrad. conf. 234. vers. Ego considerabam. Et ratio est manifesta, quia bona, quæ in Feudum conceduntur, non dicuntur libera, sed seruituti supposita, Bald. in prælud. Feud. num. 18. Afflict. ibidem nu. 48, Ias. num. 26. Laud. in c. 1. num. 10. de his qui Feud. dar. Curt. in tract. Feud. 1. par. qu. 11. nu. 2. Natt. conf. 163. & alij passim. Vndè rectè infertur, ex concessione libera omnem Feudalem seruitutem exclusam esse, vt in specie docent Dec. conf. 413. num. 7. Ruyn. conf. 155. col. prima, & conf. 156. lib. 1. Curt. iun. conf. 108. nu. 15. Paris. conf. 20. n. 2. lib. 1. & conf. 16. nu. 14. lib. 4. Et sanè si verbis concessionis factæ per Principem colligimus non Feudum constitutum esse, sed donationem factam, cum vtitur verbis illis *Donamus tibi talem Arcem; aut Castrum illud concedimus*, vel similia, vt docent Andr. de Isern. in c. 1. num. 13. in quib. caus. Feud. amitt. sequuntur ibidem alij Laudens. nu. 17. & post alios latè Affl. nu. 67. cum seqq. qua de re est celebre consilium Oldrad. 159. Ex præsenti themate n. 3. vbi loquitur de concessione Ducatus Achaiæ, latè examinat Iacob. de S. Georg. in verb. Inuestiui talem nu. 10. Albar. conf. 62. n. 18. conf. 54. n. 26. Ruyn. conf. 18. n. 6. & conf. 36. nu. 8. vol. 1. & conf. 38. n. 43. vol. 2. Grat. conf. 9. n. 28. lib. 1. Alcia. cōs. 12. n. 4. vol. 2. Gozad. cōs. 8. nu. 16. Rol. à Vall. conf. 2. nu. 14. vol. 1. & cōs. 85. nu. 30. vol. 4. Paris. conf. 9. in princ. vol. 1. Iul. Clar. in §. Feudum quæst. 17. Bero. conf. 17. nu. 18. & conf. 65. num. 21. cum seqq. latè Gabr. comm. concl. de Feud. concl. 1. num. 4. lib. 2. Mazz. de Feud. tit. de ascendent. nu. 40. cum seqq. Vult. cap. 7. nu. 56. Bursatt. conf. 46. num. 3. cum seqq. Quantò certius idipsum

dicendum est, cum dicta concessio sit cum additamento illius verbi [liberè] ? vt in specie considerant Ruyn. d. cons. 18. num. 6. & . cons. 84. nu. 9. & cons. 219. num. 3. lib. 1. Grat. cons. 9. num. 68. Rol. d. cons. 2. num. 5. lib. 1. & sequitur Menoch. cons. 255. sub num. 3.

EXCVRSVS XII.

Consuetudo, qua introductum est in materia Feudorum, vt Dominus rem à potentiori recognoscat, ex quo Feudalis efficitur, valida est.

DE huiusmodi recognitione, primus, qui mentionem fecerit (quod ego sciam) fuit Oldrad. in suo cons. 133. incip. Factum tale est. Vbi quęrit de illo, qui recognouerat ab Episcopo Vticente quicquid habebat in Ciuitate illa, præter domos quasdam, an scilicet intelligatur recognita Iurisdictio, quam super homines habebat in Ciuitate illa, & decidit negatiuè, illa præsertim ratione sub num. 5. Quia, aut ista recognitio inducitur ad feudum per eum tunc inducendum, siuè constituendum, aut ad probandum dudum constitutum; Et dum dicit primo casu nihil valere, cum sit certus modus constituendi feudum per inuestituram, vt in 10. col. qualit. feud. acquir nec fieri posse per simplicem recognitionem, secundum opinionem Odofredi in l. traditionibus. C. de pact. videtur innuere aliquo saltem modo vtiliter fieri posse. Hęc eadem Oldradi dicta reassumit Bald. in rubr. de cap. qui cur. vend. num. 12. vbi licet addat pro confirmatione sententiæ Oldradi: Quod solo verbo, vel animi destinatione res Deo non dedicatur l. 2. §. voto ff. de poll. l. si dudum C. de furt. nec sustineri posse in vim donationis ex eo, quod non requiratur traditio, cum facta dicatur ex certa scientia. Nam hoc concesso, cum hæc donatio sit ficta, ex ea non transfertur dominium sine traditione per Bar. l. si rem aliquam ff. de acq. poss. sicut nec etiam sustinetur quod retentio vsusfructus habeatur pro traditione l. quisquis C. de donat. cum ibi constet de vera, & expressa donatione. Et licet recedat a sententia Oldradi, quatenus dixisset re-

cognosco

cognosco quicquid habeo, & id vigore verborum illorum, non per hoc minus agnouit huius generis recognitiones, & Bald. sequuntur Præposit. ibid. num. 5. Afflict. num. 12. Specul. in tit. de emphyteusi nu. 66. vbi dicit præcipuè procedere in Ecclesia, in quam sine traditione trāsfertur Dominium Guliel. Benedict. in cap. Rainutius veb. vxorem nu. 444. Castr. l. cum falsa nu. 5. C. de iur. & fact. ignor. Comēs. cōs. 165. Ias. l. 2. nu. 177. C. de iur. emphyt. Ruyn. cons. 40. num. 12. cons. 115. num. 6. lib. 1. Dec. cons. 564. num. 6. post alios Vult. lib. 1. de feud. cap. 5. num. 19. Ceph. cons. 168. num. 71. vol. 2. Rolan. cons. 2. num. 108. lib. 1. Curt. Iun. cons. 21. num. 6. & cons. 140. num. 5. Bursatt. cons. 46. num. 17. Menoch. cons. 2. Causæ Finariensis art. 4. num. 3. & cons. 1. nu. 87. cum seqq. & præs. 91. num. 17. & 34. lib. 3. & alij passim, de quibus etiam in proximè sequenti Excursu; & hanc consuetudinem in Germania frequentatam fuisse ducentis ante ipsum annis testatur Rosent. de feud. cap. 2. quæst. 24. in princ.

EXCVRSVS XIII.

De Feudi recogniti substantia est, vt Dominus allodij dominium transferat, à quo postmodum ipse vtile tantum recipiat, remanente directo apud concedentem.



NEcessitas huius conclusionis ex eo oritur, quod Feudum est beniuola, & libera, & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollentis cum translatione vtilis dominij, proprietate retenta sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum, vt placuit Raynald. in c. Imperialem, de prohib. Feud. alien. per Frider. & post Molinęum, vt veriorem, & receptiorem sequitur Clar. §. Feudum, quæst. 4. cuius singula verba perpendit, & explicat Curt. iun. de Feud. par. 1. quæst. 6. num. 2. quæ deffinitio licet aliquam patiatur difficultatem, vt agnoscit idem Clar., eamq; aperiat Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 2. in fin. Quia scilicet non possit dici libera rei concessio, quæ exigit beneficij retributionem; Illud tamen perpetuò est verum in quolibet Feudo, vt transferatur à Domino vtile dominium

in

in Feudatarium, retento directo; vt non solum ex allata deffinitione, sed alijs omnibus colligitur allatis ab Alex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, nu. 19. ff. de damn. infect. Iacob. de S. Georgio in inuest. Feud. verb. in Feudum num. 1. Curt. iun. de Feud. par. 1. quæst. 6. & plenius nos supra cons. 10.

Et in hoc nulla potest esse difficultas, cum sit apud omnes indubitatum; Quæstionis tantum est, quomodo id contingat, qua in re DD. varij varia loquuntur.

Illud pariter certum, vt certa à dubijs seiungamus: Eum sic recognoscentem, si recognitionem illam facit de re, Feudali nexu alij obligata, nullum prẹiudicium inferre primo Domino, siuè mala fide id fecerit, Hostiens. in c. verum extr. de for. compet.; siue bona, nam nec etiam præiudicat quo ad possessionem, vt probat Io: de Imol. d. c. verum, ea ratione; Quia Dominus habet ciuilem possessionem; Feudatarius autem naturalem, l. 3. §. ex contrario, ff. de acqu. poss. & nos supra sequuti sumus *Excurs.* 10. Vnde per factum ipsius Feudatarij Dominus non priuatur sua possessione ciuili, nisi ea expellatur, vel suspicetur se posse repelli, quem post Bald. & alios sequitur Iacob. de Sanct. Georg. de Feud. verb. Dictique Vasalli promiserunt cognoscere nu. 23. ea addita ratione, quod cum nec prorogatio iurisdictionis possit fieri per vassallum in præiudicium Domini, vt per Io: Andr. in Nouell. in c. cæterum extr. de Iudic. Bart. in l. prima, §. post operis, ff. de nou. oper. nunc. multò minus poterit præiudicare ipsi Feudo.

Prout etiam certum est, quod si hoc pacto recognoscens erraret putans verè illud esse Feudum, cum tamen non esset, nihil ageret, l, si aliquam rem, & ibi Bart. ff. de acq. poss. nu. 4. de communi Molinæ. in consuet. Perus. §. primo, gl. 5. nu. 26. Rip. d. l. si aliquam nu. 2. 5. & 28. Alex. cons. 29. nu. 25. & cons. 69. nu. 12. lib. 5. Curt. iun. cons. 70. nu. 2. & 5. Bursat. cons. 46. n. 20. vol. 1.

Difficultas est, quando prudens, volensq; quis rem allodialem, quam in dominio habet, vt protectionem à Domino consequatur, eam ab illo recognoscit in Feudum; Quo casu, cum regulariter sine traditionibus, rerum dominia non transferantur, l. traditionibus, C. de pact. l. ex hac scriptura, ff. de dol.; videtur inefficax hæc recognitio ad transferendum dominium ad effectum, de quo agimus. Quæ quæstio minorem difficultatem habet, si proponamus eum, à quo fit recognitio, esse Ecclesiam, in qua cum absque traditione Dominia transferantur, l. fin. & ibi DD. C. de Sacr. Eccles. Iacob. de S. Georg. de Feud. verb.

Princeps,

Princeps, nu.2. in fin. Gabr. de empt.& vendit.concl. 2. nu.35. Scard. par.5. cap.2. num.19. Rosental.cap.6. concl.10.num. 3. Sed, fauore Ecclesiæ circumscripto, censeo taliter recognoscentẽ nihil agere, vt in terminis docuerunt Oldrad.cons.133. nu.5. testatus idipsum sensisse Odofredum d.l.traditionibus, Bar.l. si aliquam rem,nu.9. ff. de acq. poss.& ibi reliqui, Castr.cons. 11. nu.1. vol.2.& l.cum falsa, nu. 5. C. de iur. & fact. ignor. Afflict. cap. 1. nu.22. de cap. qui cur. vend. Scard. par. 5. cap.5.n.12. Et licet Rosent. de hac Feudali materia optimè meritus contrarium opinatus sit,cap.6. concl.68.sub nu.18.cum seqq., non per hoc tamen à firmata conclusione recedendum, de qua ipsum parum etiam fidere in gl. litt.x. circa medium, neque enim admodum stringit textus, in quo ille magnam vim facit in l. quisquis, cum ibi notatis, cum l. si quis argentum, C. de donat. Nam textus ille loquitur in vsufructuario simplici, nec per consequens trahi potest ad casum Feudi, in quo Feudatario competit dominium vtile, respectu cuius dicitur proprietarius, super qua proprietate potest habere vsumfructum, vt admittit idem Rosental. cum communi Doctorum scola cap.10. concl.6. vbi quærit, quo casu ex delicto vsufructuarij, seu Vasalli Feudum amittatur. Cum igitur aliud sit transferre proprietatem retento vsufructu, aliud transferre dominium directum retento vtili, non benè ab illo ad hoc infertur, l. papinianus exuli, cum vulgarib. Quinimò adeò est singularis dispositio illa legis in l. quisquis, vt testantur Bart. Bald. & alij post gl., vt non procedat argumentum à contrario sensu; vt scilicet pari ratione transferendo quis vsumfructum retenta proprietate, id nequeat facere, l.4. §.dare, ff. de vsufr. & not. Bald.c.1. Quid sit inuestit. Add. ad Bart. d. l. quisquis. Ergo multò minus licet ex eo, quod donans proprietatem, retento vsufructu, censeatur transtulisse cum proprietate ciuilẽ possessionem, licet arguere ex huiusmodi recognitione verbali possessionem cum dominio directo, retento vtili, translatam fuisse. Dominium enim vtile, quod est adinuentum recentioris Iurisprudentiæ, l.1. §.qui in perpetuum. Si ager vectig. vel emphyt. pet. l. 1. §.quod ait. de superfic. Bald. in l. ex hoc iure, nu. 11. & ibi Ias. nu.41. ff. de Iust.& Iur. Dec.cons.588. nu.13. saltem quo ad modum illud acquirendi, vt placuit Ruyn.cons.95. nu.10. lib. in contractu Feudali conceditur Vassallo §. 1. de inuestit. rei alien. fact. & ibi Ias. quod longè potentius est vsufructu, per quẽ sola naturalis possessio transfertur; & morte vsufructuarij extinguitur, §. finitur, Inst. de vsufr. l. vlt. C. eod., quod est contra


natu-

naturam Feudi transitorij ad filios, & descendentes in perpetuum, & hinc dixit Zas. in epit. Feudorum, par. 12. num. 33. quod si ità Feudum constituatur, vt in Vassallum simplex vsusfructus concedatur, huiusmodi contractum degenerare à natura Feudi. Licet igitur per dispositionem d. l. quisquis. donando quis proprietatem, retento vsufructu, dicatur fictione iuris trãstulisse cum proprietate possessionem ciuilem rei donatæ, non rectè infertur, recognoscente proprietario allodium in Feudum à Domino, in eum transferre dominium directum, & cum eo possessionem, retento vtili, quod nullo Iure sancitum habemus, & modis acquirendi rerum dominia expressè repugnat. Et quæ de duplici fictione, quæ in Iure non admittitur, ad tex. in l. 1. C. de dot. promiss. quæ ratio etiam valdè vrget pro firmata sententia, non benè diluuntur per Rosentall. ibidem eadem concl. 68. à nu. 19. & infra; quasi verò licet interueniat fictio in tradenda possessione, non tamen concurrat fictio circa donationis titulum; cum sic disponens de re sua propriè dicatur donare, ad tradita in l. cuius per errorē, ff. de reg. iur. l. cēsualis, vbi Bart. & Bald. C. de donat. Castr. in l. cū falsa, nu. 5. C. de Iur. & fact. ignor. Nā m aduertēdū est valdè inter se differre præsumptionem à Iuris fictione, vt latè docet Menoch. de præsumpt. qu. 8. Et sicuti per Iura per Rosentallum adducta vltrò admittimus præsumi posse in casibus illorum vnicā donationem licet verbis expressis dictum non fuerit; quæ præsumptio semper versatur circa rem dubiam, vt notabiliter tradit Menoch. vbi supra nu. 2. Non ità de facile persuadebit per recognitionem factam à proprietario de re ad ipsum pleno Iure spectante fingi donatum, & ideò donatum, vt donans Iure Feudi habeat; Nam actus iste in se certissimus est; ad illum finem directus, vt & Dominus seruitium Vassalli; Vassallus protectionem Domini consequatur, vt exornat Rosentallus ipse. Quem effectum si assequi volumus ministerio nexus Feudalis, non intrant præsumptiones, cum de facto, & mente contrahentium certi simus, sed esset necessaria fictio, quæ tunc intrat, vt post Bart. in l. is qui pro emptore nu. 21. ff. de vsucap. tradit Menoch. vbi sup. nu. 4. quando in re certa eius, quod est possibile contra veritatem pro veritate ficta sit assumptio, scilicet vt loco recognitionis, quæ verè fit, assumamus factam fuisse donationem, quod nec vllo Iure sancitum habemus de per se sumptū, & quatenus haberemus non posset cumulari fictæ traditioni, introductæ per d. l. si plures. Præterquam quod non solum prędictę fictiones, sed etiam illa necessariò exigerentur, vt simul & semel
eadem

eadem recognitione Dominus rei donatæ partim retineret, partim retrodonaret, quod est necessarium ad Feudi constitutionē, & sic fieri cumulum fictionum, quem certè meus non capit intellectus. Si tamen admitteretur sententia Rosentalij, certum adhuc est eam non procedere, nisi tribus illis concurrentibus; de quibus per eum ibidem. Primum de certa scientia recognoscant, quod res sua, & allodialis sit. Secundùm, quod Dominus, cui fit recognitio, sciat rem, pro qua fit recognitio, suam non esse. Tertiò verba clara, & expressa, ex quibus constet hanc esse vtriusq; sententiam. Quorum concursum cum nusquam legerim, hinc est, vt etiam ex sententia Rosentalij certius permaneam in sententia negatiua superius firmata.

EXCVRSVS XIV

Feuda non nisi in rebus soli, vel solo cohærentibus possunt constitui.



HOC per verba expressa dicit textus cap. 1. de Feud. cognit. ibi, *Sciendum est autem Feudum, siuè beneficium non nisi in rebus soli, aut solo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur, posse consistere.* Cum qua littera transeunt Interpretes omnes, Gl. Nicol. Belius, Isern. Aluar. Lauden. Afflict. Bald. & cœteri, Odofr. in Summ. tit. quæ res in Feud. dar. poss. Petrus de Bellaper. in Summ. cap. 5. Iacob. Ardiz. in Summ. rub. 24. Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expens. Claud. Seysell. de defin. Feud. §. post hæc. Hannet. cap. 4. lib. 1. Zas. par. 4. Vuesember cap. 7. Borcholt. cap. 6. Scard. par. 3. cap. 2. nu. 1. & cap. 4. & quæst. 5. cap. 1. quæst. 1. Vult. lib. 1. cap. 5. Mozz. de reb. quæ in Feud. dar. poss. Rosentall. cap. 1. & cap. 2. concl. 53. & cap. 4. concl. 1. cum seqq., in quibus latè disputat quænam res dari possint, vel non dari in Feudum sequitur, & affert in argumentum Vincent. de Franch. decis. 75. num. 6. & 7.

Quæ tamen non in eo sensu accipienda sunt, vt etiam res mobiles in Feudo non veniant, si cum mobilibus infeudentur, & ad Feudi perpetuum vsum deseruiant, vel aliter destinatæ, vt animalia, serui, & instrumenta alia. ita Bald. in d. §. sciendum,

de Feud. cognit. nu. 6. & ibidem Præpositus nu. 5. Alvarot. n. 6. Afflict. nu. 8. Laud. num. 20. Claud. Seys. Quæ res in Feud. dari poss. Borcholt. cap. 6. num. 9. Scard. par. 3. cap. 1. nu. 16. Et id quantumuis affixa non sint. Bald. in cap. 1. § si quis de manso nu. 4. de contr. inuest. Afflict. ibidem num. 17. & in cap. 1. in princ. num. 11. de cap. qui cur. vend. Iacob. de S. Georg. verb. fluminibus, nu. 5. Ias. l. fin. num. 3. ff. de const. pecun. Dec. cons. 516. nu. 26. alij apud Tiraq. de vtroq. retract. §. 1. gl. 7. nu. 56. Scarder. vbi supra, alij relati per Rosentall. cap. 4. concl. 4. & in gl. litt. G.

Et ratio illa apud omnes, quia malè proprietati congruit, aut congruere potest secundum naturam Feudi, esse mobile, nisi per subrogationem quod esse, vt per se non consistit in mobilibus, ità potest congruere illis, quatenus applicentur rei immobili.

EXCVRSVS XV.

Reseruatio nihil de nouo tribuit, &c. non docta de reseruatis, vana est.



Eseruationis eam vim esse, vt Iura, quæ competunt solum conseruet, nihilque de nouo tribuat, probant plura Iura à DD. passim adducta, l. fin. §. item si prædixerit, ff. naut. caup. & stabul. l. at si quis, §. plerique, ff. de relig. & sumpt. funer. l. si fideiussor, ff. qui satisd. cog. plures adducit textus concord. Crauett. cons. 994. nu. 34. Ruin. cons. 40. nu. 7. cons. 99. num. 10. lib. 1. post alios Crauett. cons. 29. nu. 8. Soc. iun. cons. 134. nu. 8. lib. 3.

Hinc obtinet frustra apponi reseruationẽ quando nullum sub est ius, quod reseruemus, l. si venditione, in fin. ff. comm. præd. l. si quis legauerit, ff. de leg. 1. & ibi Bart. & Ias. Crauett. cons. 15. nu. 2. & cons. 33. nu. 20. & cons. 70. nu. 6. nihilque operari, nisi subsit, quod reseruari possit, l. si quis legauerit, & ibi Bart. & alij. ff. de leg. 1. c. dubiũ, de elect. Oldrad. cons. 244. Alex. cõs. 28. vol. 1. Crauett. d. cons. 15. Ruin. d. cons. 40. Ias. cons. 166. col. 4. lib. 4. Cassiod. decis. 2. de reser. Surd. decis. 8. n. 23. Dicitur namq; tacitam continere conditionem, quatenus scilicet quid conser-


uabile

uabile iusit. Natt. cons. 272. num. 24. Dec. cons. 516. col. 5. Ias. d. cons. 166. lib. 4.

Et propterea vt aliquid operari possit, debet constare de relato, Angel. in l. si quis legauerit, nu. 1. in l. omnes, C. de præsc. 30. Ann. Grammat. decis. 103. nu. 43. post plures Crauett. cons. 876. nu. 1. lib. 5. Paris. cons. 70. nu. 11. cum seqq. lib. 3. Surd. decis. 205. nu. 13. Gratian. cons. 139. num. 20. lib. 1. Menoch. cons. 422, num. 32. Intelligi namque debent verba sententiæ, vt id, quod reseruatur, competat alio Iure, quam ex deducto in processu, vt per Bald. ibi, Bart. cons. 205. num. 6. Crauett. d. cons. 15. num. 2.

EXCVRSVS XVI.

Ius dicere in propria causa nemo potest, præter Principem nullum recognoscentem superiorem.



Anc conclusionem probat apertè textus in l. & hoc Titius 41. ff. de hæredib. instit. vbi Pomponius I. C. testatur Cæsarem statuisse de hereditate delata ad Parthenicum seruum suum: & notat ibi Bart., vbi extendit ad quemcumque superiorem non recognoscentem. Concordat alius textus in l. proxima, 3. ff. de his quæ test. deleat. vbi Marcellus exponit qua ratione Imperator Ius dixerit in causa Fisci sui, & ibi not. Bart., & alij. Cyn. in l. 1. C. ne quis in sua caus. Innoc. c. nostri de elect. & c. cum venissent de Iudic. Bald. in l. 2. nu. 8. C. de sent. quæ sin. cert. quant. vbi loquitur in Imperatore, & in Ciuitate viuente in propria Libertate, & absoluto proprio regimine, nec indigent alieno adminiculo, quia suis iuribus vtuntur. Idem Bart. in l. est receptum 13. ff. de iurisd. omn. iud. nu. 1. Vbi expressè de Imperatore, Papa, Regibus, Principibus, & Ciuitatibus, quæ superiorem non recognoscunt: sequitur ibidem de Papa, & Imperatore loquutus Alber. nu. 3. sentit Angel. ibidem nu. 2. Castr. nu. 4. Alex. nu. 5. Ias. nu. 5. & sequitur Petr. Ant. de Petr. de Potest. Princip. cap. 5. special. 3. 57. sub nu. 71.

Quod tamen ego potius ex necessitate, quam ex specialitate aliqua, vel priuilegio procedere censeo. Licet enim regula sit in

contrarium: neminem sibi ius dicere posse, l. non est singulis, ff. de reg. iur. l. qui iurisdictioni, vbi DD. ff. de iurisd. omn. iud. l. 1. C. quand. lic. sin. Iudic. se vindic. l. 1. cum tot. tit. C. ne quis in sua caus., quod est fundatum in ratione naturali, vt docet Arist. lib. 3. polit. cap. 6., tamen id procedit in ijs, qui copiam Iudicis habere possunt; nam vbi Iudicis copia desit, quilibet sibi ius dicere potest, quantumuis priuatus, l. ait Prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraud. credit. l. 2. §. exactis ff. de orig. Iur. And. de Isern. de feud. in praxi. num. 3 Bart. in l. si alius §. bellissimè ff. quod vi, aut clam; notabiliter Alex. in l. de pupillo §. si quis ipsi Prætori, ff. de nou. oper. nuncia. Rip. cap. 1. n. 89. de iudic. Anch. cons. 237. num. 17. Vndè cum suprà Principem, qui nullum recognoscit superiorem, nullus sit, qui partes Iudicis possit exercere, necessitas cogit, vt sibi ipsi dicat, neque enim illa voluntaria subiectio, qua personas Iudicum nominat & muneri iudiciali imponit, de qua per DD. d. l. est receptum, multum ab eâ cognitione difert, quam ipsemet Princeps facit, à quo tota iurisdictio pendet l. 1. cum tot. tit. de off. eius, cui mandat. est iurisd.

Propterea ego valdè dubitarem, an Imperator Romanogermanicus vti possit hac facultate iudicãdi in propria causa, dum controuertitur inter ipsum, & vassallum de feudi deuolutione; quilicet supremus sit Princeps, & nullum recognoscat Superiorem per Bart. l. est receptum ff. de Iurisd. omn. Iud. Bald. in cap. 1. num. 5. ff. de iust. & iur. tamen cum nedum cesset ratio prædicta, sed ab Imperij Constitutione sancitum sit, controuersias hasce decidendas esse à Paribus Curiæ vt sunt textus aperti cap. 1. de controuer. feud. apud Pares termin. & cap. 1. §. si inter dominum de aliena. feud. pater. cap. Imperialem §. præterea si inter duos de prohib. feud. alien. per Frider. vbi Feudistæ omnes Frecc. de subinfeud. lib. 3. de differ. inter feud. regal. titul. & nobil. diff. 6. Et firmius fit ex limitatione illa, si, & quatenus Imperator esset in Lombardia, & de feudo cognoscere vellet cap. 1. §. 1. de pac. constan. latè Scard. d. §. præterea, & post eum Rosentall. cap. 12. concl. 3. Non video qua ratione a Iure tam aperto recedere possimus, & permittendum, quod Imperator per Aulicos suos, qui ab ipsius ore pendent, spretis tam apertis constitutionibus feudalibus possit in causis prædictis ius dicere ad proprium commodum. Nam consuetudo, quæ adducitur post alios per Tapiam decis. 24. num. 5. 6. & 8. potius corruptela dicenda est, cum certi iuris sit consuetudinem induci non posse, nisi ab habente facultatem legis condendæ

dendæ l. de quibus ff. de legib. & ibi Bald. vbi subdit rationem, quod si non valet expressum, multò minus valere debet tacitũ, & est notandum secundum Abb. in cap. fin. de consuet. & pro singulari notat Roman. in suis singularibus, sequitur Petrus de Rauenna de stat. sect. 3. in princ. Et indè notabiliter docet Bart. l. 1. in fin. ff. de leg. quod vsus, & mores mulierum non possunt leges concedere. Vndè cum Imperator Romanogermanicus leges sua solius auctoritate condere non possit, vt post alios testatur nouissimè Benedictus Carpzouius de leg. Reg. Germ. cap. 3. in princ. sed exigatur vnà cum Imperatore consensus Statuum Imperij, vt post alios idem Carpzou. ibidem sect. 1. per totam, & cap. 10. sect. 8. numer. 23. & cap. 12. sect. 2. & cap. 13. sect. 8. numer. 13. Nulla ratione dicta consuetudo admittenda est. Et inde etiam fit, vt non intret ratio adducta per eundem Tapiam vbi supra num.., quod scilicet Imperator in specie de iure dicere possit ius in propria causa, l. ex hoc Titia. cum adductis superius. Nam hæc procedunt, prout loquuntur, in Imperatore verè Romano, in quem Populus Romanus omnẽ suam contulit potestatem, & per consequens plenam habebat facultatem legum condendarum l. 1. cũ tot. tit. de Const. Princ. quæ non possunt vlla ratione conuenire Imperatori Romano Germanico, cuius dignitas licet supra omnes sit, potestas autem cum Auristocratica sit, nisi consideretur vnita cum Imperij Statibus, vel Septenis Electoribus in quamplurimis, & potissimis limitatissima est, nec sine eis potest vectigalia imponere. Henr. Bocer. de regal. cap. 2. nu. 184. Paurmeist. de Iurisd. lib. 1. cap. 4. num. 7. Buxdorff. in dissert. ad Aur. Bull. concl. 91. Carpzo. vbi supra, cap. 13. sect. 8. num. 14. Nec potest suscipere, vel gerere bellum extra, vel intra Imperium. Sleidon. lib. 1. de stat. relig. pag. 29. Paurmeist. vbi supra cap. 2. nu. 19. Carpzo. vbi supra numer. 12. Quinimò nec etiam Fœdus, ibi apud eundem num. 11. nec per consequens idem ius habet, & potestatem, quam habebant Imperatores verè Romani; sed vt Maiestas Imperij non residet in Imperatore Romangermanico, nisi simul cum ordinibus Imperij in quo longè differt à Monarchica potestate, vt latè idem Carpzo. d. cap. 13. sect. 8. à num. 22. cum seqq. Nec plus Iuris in bonis Imperij habere dicitur, quam vir in bonis vxoris. Tolosa. de Repub. lib. 3. cap. 8. num. 4. Carpzo. cap. 8. sect. 4. num. 8. Et ipsemet coram Comite Palatino conuenitur. Carpzo. d. cap. 14. sect. 6. num. 24. cum seqq. Nec mirum, quia Imperator Romanogermanicus purè, ac simpliciter

pliciter obligatur populo tempore suæ electionis, Populus verò Imperatori conditionaliter. Carpzo. vbi supra, cap. 1. sect. 10. num. 4. Propterea malè ea, quæ de Imperatore verè Romano sancita habemus, & habent locum in ijs omnibus, qui Superiorem non recognoscunt, trahuntur ad Imperatorem Germanicum; Caput illud quidem eminentissimum Imperij Aristocratici; per consequens optimè concludere poterat Tapia, illa sua decisione, non posse de iure ius dicere in propria causa; non secus ac Ducem Genuæ, vel Venetiarum; sed necessarium esse, vt causæ hæ cognoscantur à Paribus iuxtà leges feudorum, & si contrarium quandoq; factum fuit, id prorsus esse per corruptelam nullo modo ferendam.

EXCVRSVS XVII.

Genuam liberam totiq; Liguriæ imperare.



BAld. in rubr. de rer. diuis. sub num. 4. circà Dominium maris testatur id admitti per consuetudinem subdens. Et sic Veneti, & Ianuenses sua maria habent distincta ex inueteratissima consuetudine, & Bald. sequitur Ruin. cons. 28. nu. 9. lib. 1. Relleg. in spec. Princ. rub. 30. nu. 2.

Idem Bald. l. 1. C. de sent. ex breuil. recit. num. 5. Vbi notat quod qui est in mari quod regitur per Ciuitatem MAGNAM vt Genuæ, & Venetiæ non dicitur esse extra districtum, vndè ibi ius reddi potest.

Idem Bald. in l. si plures num. 13. C. de condit. insert. Idem tenendũ est quod eminet super aquas, & quod immergitur aquis & hoc satis probatur argumento littorum maris; nam littora, quæ sunt sub *Imperio* alicuius Populi, vt Venetorum, & *Ianuensium*; sunt illius Populi, & ab eo, qui preest, licentia est petenda.

Idem Bald. in cons. 182. Casus talis est sub num. 3. vol. 5. testatur Ducem *Ianuæ* cum suo Consilio *Ianuense* in temporalibus in Terris *Ianuensium*, in toto suo districtu nullum Regem recognoscere superiorem; est enim Princeps ibidem, & quicquid inter suos subditos statuit, & decernit, legis habet vigorem, l. quod principi ff. de const. Princ.

Idem Bald. cons. 458. Lata fuit sententia lib. 3. in quo agit

de

de immunitate cuidam concessa ab oneribus cum quibusdam reseruationibus, de cuius interpretatione, & valore dicto consilio agit, quo ad valorem, subditin fine. Præsupono enim immunitatem valere, & de eius valore non disputari, quia à Principe, seu Ciuitate REGIA concessa: vt non obstent quæ notantur in l. euacuatis. C. de decurion. lib. 10. Ciuitas enim franca à superis concedere potest franchisiam inferis: quia vicē Principis in suo gerit solio l. prohibere §. plane ff. quod vi aut clā:

Idē Bald. cons. 325. Super primo puncto lib. 5. vbi tradit Antoniotum Adurnum legitimè fuisse eiectum de regimine, quā de re putat irritum disputare. Quia de iure Ciuitas Ianuæ non erat sub eo, sed ipse erat creatura eius, nisi quoad bonū regimen, vel ad bonam administrationem cum Proceribus suis, vel Officialibus, cum quibus habebat plenam connexam potestatem, & præsupposito, quod Ciuitas libera sit, potuit ab ipsa remoueri, & DD. qui contrarium dicunt, intelligendi sunt de illis, qui eliguntur quidem a populo, sed debent confirmari ab Imperatore, & cum Antoniotus non præsideret nisi auctoritate Ianuensium, ab eis potuit priuari; quod si esset ex ijs, qui confirmationem habuissent ab Imperatore, illi qui eum priuassent, incidissent in crimen læsæ Maiestatis.

Idem Bald. in cons. 326. proximè sequenti de eadem re, illud addens sub num. 3. quod D. Marchio dictum Antoniotum recipere non poterat in terris suis, ex eo, quod hostis communis effectus esset (haud dubiè Baldus hic intelligit de Marchione Finarij, apud quem mortuum fuisse Antoniotum post eiectionem probaui) ex quo etiam probatur, Iurisdictionē Reipublicę nostræ in Finario tunc temporis fuisse indubitatam, cum non possent in ea recipi exules facti à Communi.

Idipsum sentit haud dubiè Angel. de Vbald. Perus. in cons. 196. Iam sunt octuaginta. vbi agit de represalijs concessis à Genuensibus contra Florentinos, & plenius cons. 290. vbi de pace inter Venetos, & Genuenses, & prohibitione eius vigorē facta, Ianuensibus de non nauigando in mari Adriatico, Venetis in Mari Ligustico Massiliam vsque: cuius dicta probat Ias. in l. ex hoc iure. num. 27. ff. de iust. & iur.

Io: de Platea in l. vsum aquæ. num. 3. C. de aqueduct. lib. 11. Ex lege illa infert, quod Ianuenses, & Veneti per tempus longissimum, cuius non est memoria præscripserunt Gulphos Maris Principe sciente, & patiente.

Aret. §. & quidem. Inst. de rer. diuis. nu. 3. testatur quod licet

textu in illo dicatur, quod mare commune est naturali iure, tamen Veneti, & Ianuenses longissima pręscriptione sibi acquisiuere eorum Maria, subdens propterea posse eos imponere Gabellas, passus nouos etiam transeuntibus per eorum mare cum mercibus, quod repetit in §. flumina num. 5. inst. eod.

Ang. in l. *Insulæ Italiæ* ff. de *Iudic.* post Bald. docet de Venetis, & *Ianuensibus*, qui præscripserunt sibi mare, & ibi addentes sequuntur litt. D.

Castr. in d. l. *Insulæ Italiæ*. dicit, quod per illam legem dicunt DD. quod Domini Veneti, & *Ianuenses*, & alij habentes portum dicuntur habere *Iurisdictionem*, & *Imperium* in toto mari sibi propinquo per centum milliaria.

Andreas Barbatia Siculus cons. 38. Scribitur Paralipom. per totum, vbi plura, sed præcipuè sub num. 10. vers. Præterea dicitur, vbi attestatur tempore fœderis initi inter *Ianuenses*, & Regem Aragonium, *Ianuenses* fuisse in plena Libertate, licet tempore consilij essent sub Rege Francorum, a quo tamen non multum temporis post se liberarunt, vt suo loco diximus, cum prius sub num. 5. 6. 7. 8. plures citasset idem tradentes.

Io: Baptista Caccialupus in repet. l. Imperiū ff. de Iurisd. omn. Iudic. sub num. 45. & 46. Vbi licet specificè non loquatur de Genua, sed de Florentia, & Venetijs; certè etiam de *Ianua* intelligit sub illis verbis. *Et similes, quæ prætendunt libertatem*, apud quem illud notatu dignum; Melius, ac potentius est quęsiuisse libertatem præscriptione, quæ nulla ratione tolli potest, quam priuilegio, & consuetudine.

Decius cons. 534. quod est geminatum cons. 649. Procedendo breuiter. num. 1. in fine. Ex eo, quod Ciuitas *Ianuæ* vtatur in suo Territorio iuribus Supremi Principis, & non recognoscat Superiorem, tuetur pedagia concessa Vezanensibus seruanda esse à Spediensibus.

Ias. in repet. l. quominus ff. de flumin. numer. 39. cum seqq. Genuenses ait licitè pręscripsisse sinum maris tempore cuius initij memoria non est in contrarium.

Iacob. de S. Georgio de feud. verb. Duxque. nu. 25. vbi quod *Ianuenses*, qui eorum Maria habent distincta possunt imponere Gabellas transeuntibus per eorum maria, & eorum merces confiscare inconsulto *Imperatore*.

Boss. in tit. de crim. læs. Maiest. dum quærit contra quem hoc crimen principaliter committatur, & firmasset contra Cæsarem, & Rempublicam Romanam committi, subdit nu. 58. sed etiam

proce-

procedit illa lex finalis quãdo quis armaretur hostili animo cõtra aliam Rempublicam, puta Genuensem, vel Venetam, & Florentinam, vel Principem non recognoscentem Superiorem.

Francisc. Balb. de præscript. 4. 5. par. princip. quæst. 6. num. 6. Vbi quod Veneti, & Genuenses acquisiuerunt Ius maris, vt possint alijs prohibere ius nauigandi.

Bart. Cæpoll. de seruit. rust. prædior. cap. 26. num. 7. Quod Veneti præscripserunt Gulphum Adriatici maris per tantum tẽpus, quod non est memoria in contrarium, similiter Ianuenses in mari suo. Subdens (notatu dignissimum) Sed prædicta intelligo vera quando allegatur titulus, seù priuilegium Imperatoris: vel quod credant se, vel maiores suos habuisse Ius in mari; Secus si confiteantur se, & Maiores suos nunquam habuisse aliquem titulum, nec aliquod ius, sed tantum præscripsisse per dictum tempus: Nam tunc non sufficeret (secundum eũ) quia potius corruptela esset, quam præscriptio, & quanto longiori tempore præscripsissent, tanto maiori culpa tenerentur; quia licet præsumptio esset iuris, & de iure, tamen admitteretur probatio in contrarium per confessionem partis.

Practicus Papien. in forma product. Instrum. vers. exhibent nu. 10. statuit Notarios creari posse a Papa, & Imperatore, & à quocũq; Rege in Regno suo, & à quocumque Populo Superiorem nõ recognoscente, & habente supremum Imperium, vt Ciuitas Venetiarum, & Genuæ.

Nicolaus Festasius de æstim. & collect. sub nu. 31. quod Ianua Principis Iura nanciscitur, & conciliat tradita per Castrensem cons. 423. col. 6. nu. 9. vol. 1. & Dec. cons. 361. nu. 7. lib. 2. tradentes illam esse sub Dominio Gallorum Regum; Quod scilicet id verum esset tempore, quo dicta consilia edita fuerunt, quo tempore Regibus Galliæ erat subdita; sed ab illo tempore recuperasse Libertatem.

Purpur. cons. 479. testatur Genuenses suum Gulphum præscripsisse, & alijs nauigationem interdicere posse.

Io: Baptista Lup. in Tract. de illegit. & natural. comm. 3. §. 3. num. 16.

Felyn. in c. de quarta, sub nu. 41. versus finem, vers. cui addi possent, de præscript. vbi de Ianuensibus etiam intelligit, quæ Anan. de Venetijs docet, qui iura in mari quæsierant cum facultate alijs prohibendi in c. 2. de cleric. venat. sub nu. 5.

Idipsum firmat Restaurus Castaldus in Tract. de Imperat. qu. 80. nu. 20. & quæst. 110. nu. 350.

Mart. de Carazijs Laud. de Princip. quęst. 123. Quod Veneti, & Ianuenses præscripserunt iurisdictionem in mari.

Gottofred. in prax. ciuil. lib. 1. tit. de Constit. & Princ. Iur. cap. si Vasallus, vers. Veneti, vbi testatur Venetos, & Ianuenses præscripsisse iurisdictionem in mari.

Rodericus Suarez allegat. 17. num. 1. 2. exemplificans in *Ianua*, & Venetia.

Menchiach. lib 2. contr. illustr. cap. 89 n. 15. vbi quod tempore immemorabili Veneti præscripserunt Gulphum maris, idemque in Ianuensibus, & num. 16. quod per hoc tempus immemorabile acquisiuerunt ius interdicendi, & vetandi reliquis mortalibus potentiam nauigandi.

Benuenut. Stracc. de mercat. tit. de nauigant. num. 8. vbi de Venetis, & Ianuensibus habentibus ius prohibendi ne quis in eorum sinu nauiget.

Iulius Pacicus fatetur, vt Veneti de Adriatico mari, Genuenses de Ligustico Dominos, in tract. de Dom. maris Adriat.

Plenè Carolus Tapia decis. 22. à nu. 6. cum seqq.

Decian. cons. 18. nu. 314. in fin. cum seqq. vbi ideò dicit contra Rempublicam Genuæ committi crimen læsæ Maiestatis, quia superiorem non recognoscit. Quem refert, & sequitur Peregr. de iur. fisci lib. 4. cap. 5. nu. 27.

Latè Menoch. & ex professo concl. 2. pluribus in locis.

Sentit haud dubiè Rosentall. de Feud. cap. 10. concl. 38. nu. 37. dum testatur apud Venetos, & Genuenses sub nomine Ducis ferè omnia expediri, sed tamen magis in dignitate, quam in potestate consistere. Omnia enim ex Senatus, & Reipublicæ arbitrio necessariò expediuntur.

Petrarca prætereundus non est idem testatus in Itiner. & in epistola ad Ducem Dandalum, cui dissuadere conatur bellum cum Genuensibus.


Claudat agmen Thomas Boxius de Italiæ statu contra Machiauellum, lib. 3. cap. 2. sub nu. 16. his verbis.

Illud etiam poterimus adijcere ante ætatem Constantini nunquam fuisse Italia tot, ac tam potentes, ac tandiù liberas simul Ciuitates. En Genua, cui paret non modo quicquid est ab Intemilio vsque ad Spediam, sed Corsica etiam, maiorumque nostrorum memoria paret Sardinia. Paruerunt multa è Cycladibus Insulis Theodosia in Taurica Chersonesso, multaque alia loca. An fuere vnquam in Italia dua Ciuitates (comprehēdit Venetias, de quibus paulò ante) *tantæ, ac tā longè imperātes? Quod si Genua vellet quicquid militiæ sunt apti, vel eorum maximam par-*

partem producere in aciem, an supra sexaginta milia armatorum sub signis haberet? & eadem tamen Genua plerumque post exactos Longobardos in Libertate permansit per annos ferè octingentos, quamuis ad breue tempus aliquando fuerit adducta in aliquorum potestatem.

EXCVRSVS XVIII.

Quandoque etiam in Iudicijs restitutorijs ex cap. reintegrandæ exigitur in spoliato titulus.



HOC vsuuenit in beneficijs Ecclesiasticis, nam qui se deiectum conquerit, debet docere de titulo, c. 1. de reg. Iur. in 6. c. ex frequentibus de instit. c. ex transmissa. de rest. spoliat. & ibi Canon. omnes, Castr. cons. 253. super 3. articulo, lib. 1. Rot. decis. 1. de rest. spoliat. in nou. Egid. decis. 49. in fin. eod. tit. Chiffan. decis. 176. & vbique quod coloratus saltem requiritur.

Quod etiam procedit in possessorio adipiscendæ, quod dicitur habere in beneficialibus adnexam causam proprietatis, vt sæpius decisum à Rot. Rom. teste Ludouis. decis. 213. nu. 3. & add. nu. 4. per quod tamen Iudicium non desinit esse possessorium, in tantum, vt non producat deffectum litigiosi, ad quod exigitur, quod lis sit super petitorio, vt sæpius etiam decisum ab eadem Rota Rom. testatur Ludouis. decis. 335. nu. 6. 7. & ibi add.

Nisi constaret de possessione triennali ante spolium. Cassador. decis. 2. de caus. poss. & propr.

Et intelligitur etiam quando agitur contra superiorem, & non aliter, Ludouis. decis. 105. nu. 21.

Idem euenit in causa decimarum, quarum restitutio petitur à Laico, vel à Clerico, qui illas possidebat in aliena Parochia; c. ad decimas, de rest. spol. lib. 6. Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 81. de acquir. poss.

Sic etiam in matrimonio carnali, c. ex parte, c. ex transmissa, de rest. spol. sunt enim possessoria mixtæ naturæ, in quibus sine probatione tituli non obtinetur, l. 2. §. quædam, ff. de interd.

Idem dicitur de Iurisdictionalibus, quę non possunt haberi, nisi à Principe fuerint concessa, titulus enim probandus est. Egid. decis. 49. & 433. & not. in l. 1. ff. de aq. quotid. & æstiu.

Item quando actio spolij intentatur contra eum, qui se fundat in Iure Communi. Gomez de trienn. quæst. 10. secus contra non se fundantem in Iure Communi, quia titulus non est necessarius, & sola possessio sufficit, etiam si Ius Commune resistat, Gl. in d. c. ad decimas, in verb. eundem Clericum, de rest. spol. in 6. & ibi Anchar. num. 4. Gemin. nu. 13. & Franc. num. 9. vers. quarto casu principali.

Non requiritur tamen in spolio attentato lite pendente, quia sufficit probare statum, Oldrad. cons. 206. col. 2. Alex. cons. 99. nu. 9. lib. 5. Couar. pract. quæst. c. 23. num. 4. Rot. decis. 2. de rest. spol. in nou. Cassador. decis. 3. nu. 6. eod. tit. Egid. d. decis. 49.

EXCVRSVS XIX.

Quando requiritur nedum probatio possessionis, sed etiam titulus in deiecto, ad hoc, vt vti possit beneficio reintegrandæ, non curatur de tituli inualiditate.

TItulus coloratus sufficit in hac materia. Gemin. nia. cons. 148. col. 2. Cassador. tit. de restit. spoliat. decis. 1. in fin. Castr. cons. 254. vers. super tertio, per tex. in c. in litteris, de restit. spoliat. Osasch. decis. 116. nu. 7. & ex omnium DD. sententia apud Menoch de recuper. rem. 15. nu. 463. qui benè deducitur ex Superioris auctoritate, vt dicit Rot. decis. 16. nu. 4. de rest. spol. in nou. Egid. decis. 49. Put. decis. 180. lib. 1. Rot. Ludouis. decis. 500. nu. 11. vbi, quod prouisio Apostolica etiam nulla, & subreptitia sufficit.

Hinc, quicquid sit in regula de Trienn. prouisio Apostolica etiam nulla, & subreptitia sufficit pro colore tituli in hoc remedio, Rota in dictis decis. 517. & 542. Imò in hoc remedio reintegrandæ minor color requiritur, quam ad effectum regulæ de Triennali. Achil. decis. 8. nu. 7. super regula de Triennali.

Lim. nisi deffectus tituli esset patens, & manifestus, vt notoria sit infectio illius, tunc enim ille titulus non tribuit colorē, sed habetur pro non titulo, & dicitur emanasse de facto, Rot. decis. 741. sub nu. 6. d. par. 2. recentior, Rebuff. cons. 6. secus esset si sola possibilitas dari possit, quæ titulum sustineat. Rot. d. decis.

741.

741.nu.7. vbi ponderat subreptionem debere esse patentem per confessionem Partium, vel rem iudicatam, vel quia spoliatus passus sit de illa cognosci, & testes super ea recipi.

Et de hoc docet post alios Menoch. recup. d. rem. 15. num. 464.

EXCVRSVS XX.

Fructus percepti ex causa conuentionis præcedentis percepti præsumuntur, non obstante nullitate conuentionis.



PRima pars est manifesta per text. in l. 1. §. 1. ff. de except. rei iud. l. 2. & ibi Gl. C. de acquir. poss. l. quædam mulier, ff. de rei vendic. l. qui negotiationem. vbi Bart. ff. de adm. tut. & est conclusio passim recepta referendæ possessionis ad titulum præcedentem, vt dicit Soc. cons. 15. nu. 7. vol. 4. Bal. cons. 245. Bero. cons. 15. num. 4. vol. 3. Natt. cons. 500. nu. 131. & cons. 502. nu. 14. Osasch. decis. 58. nu. 18. Alciat. de præsumpt. præsump. 23. num. 1. & in puncto fructuum Rot. apud Ludouis. decis. 92. nu. 5.

Secunda verò pars, quod nempè procedat hoc etiamsi titulus sit nullus, nec vlla ratione ascribi possit familiaritati, illa ratio suadet. Quia possessio Iure familiaritatis ità demum inducitur, vbi aliàs delictum, vel dolus præsumitur, l. meritò, ff. pro soc. DD. in l. qui Iure familiaritatis, ff. de aquir. possess., quæ præsumptio satis remouetur ex titulo inhabili, & ideò merito titulo quantumuis inualido tribuitur possessio, ità Soc. cons. 131. nu. 25. lib. 4. sequitur Curt. iun. cons. 168. nu. 33. Alciat. de præsumpt. 23. nu. 5. Natt. cons. 446. nu. 10. & cons. 520. nu. 7. Dec. cons. 6. nu. 7. Rot. apud Cantuccium, & apud Ludouis. citata decis. 92. nu. 6. Surd. cons. 16. nu. 14.

EXCVRSVS XXI.

In possessorijs Iudicijs Actor nulla ratione permittere debet tractari de proprietate.




VM iure cautum habeamus, quod sicut se habet exceptio ad actionem, ità se habeat replicatio ad exceptionem, l. 2. ff. de except. Sicuti si exceptio non opponitur, non impeditur actio, non impeditur pariter exceptio, nisi replicatū fuerit, l. quoniam, C. de adult., Hinc est, quod si contra agentem Iudicio possessorio oppositum fuerit de proprietate, & non fuerit replicatum hanc exceptionem opponi nō posse, procedi poterit in eodem iudicio possessorio etiam de proprietate, ità post Iacob. Butrig. Bal. in l. ordinarij, col. fin. vers. Quid de hac quæstione, C. de rei vendic. sequitur Dec. cōs. 84. versus finem, vers. Nam prout dicit, Alex. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. nu. 31. Zas. nu. 64. De hac eadem re habemus textū iuris Canonici in cap. 1. de rest. spoliat. qui licet loquatur in terminis expressi consensus, intelligendus est etiam de consensu tacito, vt docet Abb. ibidem 3. notab & sequitur Bero. num. 2. qui plures citat, & quia in iudicialibus taciturnitas pro consensu accipitur cap. 2. de accusa. Ias. in l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. num. 27. & ante eum Bart. l. si quis ad se fundum num. 2. C. ad l. Iul. de vi, Rip. d. §. nihil commune num. 72. vers. 4. limita. Hinc fit, quod si excipienti de proprietate, actor non opponat, videtur tacitè consentire, vt de ea agi possit, latè Menoch. recuper. rem. 1. quæst. 15. num. 161. cum seqq. Quinimo non sufficit quælibet leuis oppositio, sed debet esse clara vna cum protestatione, prout Aduocatos admonet, Alex. d. §. nihil commune num. 31. Gabr. lib. 5. tit. de rest. spoliat. Capio. decis. 28. num. 1. Paris. cons. 1. num. 171. & cons. 107. num. 27. vol. 1. Cæpoll. caut. 82. incip. regula est. Et si non obstante oppositione, & protestatione Iudex ad vlteriora procederet, necessaria est appellatio. Aret. in d. §. nihil commune num. 10. de communi Felyn. In cap. inter monasterium num. 23. vers. tempora tamen hanc octauam, de sent. & re iudic. Gabr. d. concl. 1. sub numer. 65.

Menoch.

Menoch. d. quæst. 15. nu. 167. Crau. cons. 248. nu. 4. & , cons. 302. nu. 6. & in resp. pro Genero, num. 236., vbi rationem assignat. Idem Menoch. de recup. rem. 1. nu. 167. & seq. & in cons. 1262. nu. 3. & seq.

EXCVRSVS XXII.

Appellatione hæredum omnium in Feudis veniunt liberi omnes, tam mares, quam fœminæ.



Æredum nomen etsi sui natura, comprehendat tam descendentes, quam extraneos, l. hæredis, & l. sciendum, ff. de verb. sign. & proinde tam mares, quam fœminas; materia tamẽ subiecta sæpenumerò contrarium suadet, vt in Feudis; Nam soli descendentes regulariter veniunt, & non extranei; mares autem, non fœminæ, cap. 1. §. & quia vidimus, de his, qui Feud. dar. poss. cap. 1. §. filia verò. de success. Feud. cap. 1. §. & si clientulis, de alienat. Feud. cap. 1. quẽadm. Feud. ad filios pertin. cap. 1. de success. fratr. & grad. success. cap. 1. §. fin. quid sit Inuest., & ità firmant DD. passim Bal. in cap. 1. nu. 4. tit. quib. modi. Feud. constitui potest, & in l. si pactum in fin. ff. de probat. Soc. cons. 19. nu. 2. 3. lib. 1. Rip. qui dicit neminem ab hac sententia dissentire resp. 43. nu. 3. de Iur. emph. & feudal. vol. 3. sequitur Paris. cons. 4. num. 4. lib. 1. Clar. §. feudum, quæst. 83. vbi de communi Doctorum sententia, Rosental. de Feud. cap. 7. concl. 31. in princ. vbi reddit rationem exclusionis fœminarum.

Sed si non simpliciter pro se, & hæredibus sit facta concessio sed additum sit verbum vniuersale (omnibus hæredibus) tunc omnes hæredes etiam veniunt, & sic extranei, & fæminæ quia cum de potestate concedentis non dubitetur, oratio vniuersalis non patitur de voluntate controuerti posse. Ludouis. decis. 215. num. 11. vbi quod nullius personæ est exclusiua, ac si de singulis esset facta specialis mentio, & ideò venire ad feudum hæredes quoscumque etiam extraneos, mares, vel fæminas. Id probat cap. 1. de non haben. prop. nat. feud. & per illum textum Bald. in l. 1. 34. quæst. cum seqq. 45. & 48. ff. de rer. diuis. cap. Imperialem, in princ. de prohib. feud. alien. per Fri-

der. num. 19. vbi non solum extendit ad tria hæredum genera, sed etiam ad legatarios, & repetit in cap. in presentia num. 20. extr. de probat. vbi eum sequitur Felyn. num. 26. & de communi testatur Ias. in l. Gallus §. etiam nu. 19. ff. de liber. & posth. & in l. quædam §. nihil interest ff. de eden. Alex. sæpius d. §. nihil interest num. 2. in l. si pactioni col. penult. ff. ad Trebell. in l. etiam col. fin. ff. sol. matr. in l. quod dicitur col. pen. ff. de verb. oblig. & cons. 7. num. 6. & cons. 95. nu. 7. vol. 7. Ruyn. cons. 16. num. 5. lib. 1. post alios Curt. Iun. cons. 1. num. 2. & cons. 48. num. 3. & cons. 183. versus finem, Decian. cons. 58. num. 30. lib. 2. Rol. cons. 42. num. 13. lib. 4. & ante eum plenè Bero. cons. 65. num. 54. & 58. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 17. nu. 4. vers. quarta conclusio. Plures ac plures testantes de communi refert, & sequitur Rosentall. de feud. cap. 2. quæst. 35. num. 3. & in litt. C.

Quæ conclusio licet apud aliquos non transeat sine difficultate, ne scilicet duplex specialitas inducatur, admittendo nedum fæminas contra naturam feudorum, sed etiam extraneos; saltem dum agimus de fæminis descendentibus, & sic altera tantum ex illis specialitatibus concurrit, ni vim manifestam facere velimus vniuersalitati verborum, certius est fæminas etiã in defectum masculorum venire, colligitur ex Bald. in cap. 1. §. donare num. 4. Qualit. olim feud. pot. alien. Vbi ideò excludit vxorem à feudo, licet successibilem ab intestato, non obstante generalitate sermonis, quia, inquit, esset impropriare feudum dupliciter, vno modo ratione hæredum, qui non sunt agnationis cõmunis alio modo ratione fæminę. Hinc Ruyn. cons. 16. nu. 5. lib. 1. docet in filia hærede cessare dictam rationem, quæ licet sit fæmina, non est tamen hæres extranea, sed agnata, & sic adest in ea vna sola qualitas, quæ repugnat naturæ feudi, & ideo admittenda; Latè prosequitur, & probat Bero. cons. 65. num. 54. cum seqq. lib. 1. sequitur Rol. à Vall. cons. 42. nu. 13. vol. 4. vbi excludit fæminam à successione, non obstante generalitate verborum, non quia fæmina, sed quia insimul extranea, sentiens manifestè cum Ruyno si sola militaret specialitas sexus fæminini. Et generaliter quod vi verborum illorum possunt institui ad feuda fæminæ earumque descendentes indistinctè tenet Gozad. cons. 8. num. 25. Natt. cons. 216. num. 1. in primo, & cons. 322. num. 1. in secundo. Decis. Pedemont. 169. num. 4. & decis. 161. num. 2. & de communi sententia testatur Soc. Iun. cons. 72. num. 23. vol. 1. & cons. 114. num. 9.

vol.

vol. 2. Decia. cons. 58. num. 32. lib. 2. & pro regulare firmat Cardin. Mant. de tacit. & ambig. lib. 23. tit. 15. num. 60. casu decimoquarto; sequitur Scard. de feud. par. 7. cap. 3. num. 1. Rosentall. cap. 7. concl. 41. sub num. 23. & in litt. H. vbi refert concordantes.

EXCVRSVS XXIII.

Illegitimè nati, eiusque posteri, excluduntur à successione Feudorum.



Ap. 1. §. naturales, si de feud. fuer. controu. inter domin. & ibi Glos. in verb. illegitimi, & ibi Isern. Bald. Aluarot. Præposit. Laudens. Afflict. & scribentes omnes, Bart. in l. ex pacto §. si quis rogatus num. 9. ff. ad Trebell. & in l. generaliter §. cum autem num. 2. C. de instit. & substit. Guid. Pap. quæst. 59. & 280. Milanen. decis. Sicul. 1. num. 47. lib. 1. Paleot. de noth. & Spur. cap. 30. num. 3. quæst. .... Oldrad. cons. 247. num. 4. Iacob. Ardiz. in summa feud. cap. 137. Cuman. cons. 168. num. 4. Clar. §. feudum qu. 82. Rot. diuersor. decis. 214. num. 3. lib. 2. Alciat. qui de communi testatur, resp. 54. num. 2. vol. 1. Io: Vinc. de Anna alleg. 122. num. 2. Franc. Duaren. in comment. feudal. cap. 11. num. 6. Maria in tit. 3. de feud. ex pact. & prouid. nou. numer. 45. Mozz. de feud. tit. de natural. num. 94. Intrigol. de feud. quæst. 9. num. 259. cent. 1. Vult. ilb. 1. de feud. cap. 9. num. 91. in fin. Hotoman. in disput. feudistica cap. 18. Steph. Forcatulus in comment. feud. cap. 5. num. 18. Scarder. de feud. par. 7. cap. 5. num. 19. Rosentall de feud. cap. 7. concl. 19. num. 1. & ibi in litt. A. vbi plures concordantes adducit. Idque procedere etiã in naturalium filijs, licet legitimis. Præpositus d. §. naturales nu. 6. Afflict. num. 3. Balzarin. num. 15. Dec. cons. 85. num. 9. Crauett, cons. 104. num. 2. Vult. d. cap. 9. nu. 21. Decian. cons. 24. num. 55. vol. 1. Quantumuis etiam nullus legitimus præter naturalem ex patre defuncto superesset; cum, liberis legitimis non existentibus, ad proximiores agnatos feudum deuoluatur cap. 1. de gradib. success. in feud. Bart. d. l. ex facto §. si quis rogatus num. 8. ff. ad S. C. Trebell. Alex. cons. 180. lib. 5. Afflict. cap.

I mulier.

mulier. num. 7. si de feud. defun. contr. fur. Duaren. vbi supra, num. 6. in fin. Curt. Iun. quæst. 3. memb. 1. quæst. 2. numer. 40. Rosentall. cap. 7. concl. 19. num. 4. Scard. par. 7. cap. 5. num. 20. Pisto. lib. 2. quæst. 2. quæst. 40. num. 3. Quæ naturalium exclusio comprehendit etiam legitimatos per rescriptum Principis, vt dicunt expressa verba textus, cum glos. in eodem §. naturales, & ijdem Interpretes omnes ibidem sequuntur, & alij locis superius citatis Curt. Iun. vbi supra num. 39. Duaren. eodem num. 6. Intrigol. quæst. 9. num. 259. Vult. d. cap. 9. nu. 92. Scard. d. cap. 5. num. 20. in fin. Rosentall. d. concl. 19. sub num. 6. qui plures congerit litt. F. subdens post plures, quos refert. litt. G. procedere quantumuis naturalem Pater legitimari obtinuisset antequamcumque feudi acquisitionem.

EXCVRSVS XXIV.

Negatiua quomodo probari possit.



Egatiuam per rerum naturam improbabilem dicit Imperator in l. Actor. C. de prob. & idem dicitur in cap. bonæ de elect. & DD. vtrobique, latè Mascard. de probat. concl. 1092. præcipuè sub num. 5. Intelligitur tamen de negatiua vaga, pura, & simplici, quæ loco, tempore, & personis non circumscribitur; secus si sit coarctata loco, vel tempore, vel personis, sic Gl. communiter approbata in l. optimum C. de committ. & contrah. stipul. Soc. Iun. cons. 12. num. 22. vol. 2. Gram. decis. 56. num. 3. Mascar. vbi supra, num. 8. Probari autem potest per testes duobus modis, remouendo actum à sensu, quia dicant testes illa die, & hora, quod asseritur, non fuisse factum, quia ipsi ibidem fuerint præsentes, & non potuissent fieri, quin ipsi præsentes vidissent, aut audiuissent, non autem sufficeret, si remouerent sensum ab actu Bal. in l. 2. C. de bon. poss. sec. tab. & in d. l. optimam. Dec. cons. 101. col. fin. Ruin. cons. 145. nu. 2. lib. 5. Secundo modo si deponant de absentia continua a loco, cui adscribitur per id tempus totum, quo actus dicitur gestus. Io: And. & alij in cap. ex tenore de testib. Boss. tit. de defens. reor. num. 5. & seq. Mascar. concl. 1092. num. 9. 10. Add. ad Ludouis. decis. 325. nu. 27. vbi varias Rotæ decisiones refert. Pro-

Probatur etiam negatiua eo ipso, quod in Instrumento, vel processu quid non legitur; Dicitur enim in Instrumento non cōuentum, & in iudicio non sequutum, cap. quoniam contra, de prob. vbi Abb. & Felyn. Dec. cons. 483. num. 4. 6. Gail. lib. 1. obseru. 134. num. 5.

Probatur etiam eo ipso, quod contrarium non probatur, vt ait gl. in l. 2. in verb. intercessisse, C. de error. Aduocat. & alia gl. in l. 2. in verb. probationibus. C. qui test. fac. poss. Maximè si probatio impossibilis iudicetur Ciriac. post Pacian. controu. 5. num. 67. & num. 73. vbi post Hercul. & Didac. sufficere dicit, si probatur eo modo, quo melius probari potest arbitrio Iudicis.

Et de probanda negatiua habemus copiosum tractatum Frācisci Herculani Perusini compilatum in quarto volumine Tractatuum in principio.

EXCVRSVS XXX.

Generalis, & indefinitus sermo omnia comprehendit, præsertim negatiuè conceptus.



QVi enim generaliter loquitur, nihil excludere intelligitur, l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. l. de pretio ff. de publician. Bal. cons. 305. lib. 1. & cons. 191. eod. vol. Crau. cons. 3. nu. 1. cons. 92. num. 4. cons. 118. num. 14. & cons. 135. num. 5.

Fortius qui indefinitè; cum indefinitus sermo æquipolleat vniuersali, cap. in genere, vbi Abb. num. 1. de elect. cap. solita de maior. & obed. l. si pluribus ff. de leg. 2. cum concordd. apud Alex. cons. 63. num. 4. vol. 6. & Rol. cons. 89. num. 14. & 15. vol. 3. & quidem verè, & propriè, si sit negatiuè conceptus, vt scribit Dec. in cap. nam concupiscentiam num. 2. de constit. in l. si ruffinus num. 9. C. de testam. mil. & cons. 3. num. 5. Gomez. instit. de actio. in rubr. num. 5. Crau. cons. 294. num. 6. sermo autem vniuersalis nihil incomprehensum relinquit, l. Iulianus, ff. de leg. 3. l. in fraudem, in fin. ff. de mil. test. cum alijs congestis à Decian. cons. 84. numer. 13. vol. 3. latè Couar. var. resol.

resol. lib. 1. cap. 13. per tot. & Grauett. cons. 294. per tot.

Ita vt si esset falsus in vno, in totum falsus dicatur, vt respõdit Iulianus in l. is qui ducente, §. verum, ff. de reb. dub. Et si sit negatiuè conceptus, fortius operatur, cum negatiua vehementius neget, quam affirmatiua firmet, vt dicit gl. in cap. cum dilectus in verb. a suspensis vers. alij dicunt, de consuetud. pulchrè Dec. in cap. nam concupiscentiam in 3. notab. de constit. & in l. 1. num. 13. C. de pact. Tiraq. de Iur. primog. quæst. 24. num. 12. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 7. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 20. num. 7. Surd. dec. 243. nu. 6. Negatio enim generis secum trahit, & includit omnes species, per quas peruenire posset ad prohibitum, & illas remouet, quod nõ sequitur in affirmatione, cum ex positione generis non sequatur positio speciei, l. si quid earum, §. inter emptum ff. de leg. 3. Bald. in cap. 1. sub num. 19. de partib. alien. feud. per Federic.

EXCVRSVS XXXI.

Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.



I cui pœnus legata sit præter vinum, omnis pœnus legata videtur, exceptio vino. Ita Paulus I. C. in l. nam, quod liquidè, § fin. ff. de pen. legat. ex quo textu regula desumitur, de qua supra quam DD. communiter firmant in l. 1. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. & alij textus concordant l. quæsitum §. denique ff. de fund. instr. l. in his vbi not. ff. de leg. & DD. passim, Dec. cons. 605. num. 6. & cons. 247. num. 8. Aretin. in cons. 30. num. 9. Alex. in l. fin. num. 4. ff. quod quisque iur. Decia. cons. 124. num. 10. & seq. lib. 3. Rimin. Sen. cons. 105. num. 18. & cons. 184. nu. 3. Surd. cons. 230. num. 18. lib. 2. Laderch. cons. 66. Add. ad Ludouis. dec. 158. litt. B. vbi declarant.

EXCVRSVS XXXII.

Instrumentum publicum in antiquis probat mandatum in illo enunciatum.

ILlud est inter cætera antiquitati donatum, quod in his lex sit contenta leuioribus probationibus, vt exorditur Crau. de antiq. temp. in princ. Et ideò licet mandatum regulariter nõ præsumatur, si tamen sit enunciatum in Instrumẽto, & simus in antiquis, statur Instrumento. Ità in puncto Dec. consi. 36. nu. 7. vers. tertio pro responsione. alios in punct. citat Crau. d. tract. par. 2. nu. 61. & licet sit opinio, quæ passa est controuersiam, vt subdit idem Crauett. ibidem, & in consi. 317. n. 2. vers. & ista opinio. videtur tamen de Iure verior, pro qua est Decisio Rotæ apud Cassiodor. tit. de procur. decis. 3. & alia apud Achil. de Grass. de fid. Instrum. decis. 3. aliàs decis. 194. Garz. decis. 26. Vasq. controuer. lib. 2. cap. 62. nu. 7. vers. tamen tale mandatum. Purpur. in Auth. si quis in aliquo nu. 56. C. de eden. alios in hanc sententiam refert Menoch. de præsumpt. lib. 2. præs. 33. nu. 17. Mascard. concl. 1121. nu. 41. & pro hac sententia est etiam decis. Peguer. 207. & Fabri, siue apud illum Senatus Sabaudiæ in suo Cod. lib. 4. def. 63. alios citat Hodiern. ad Surd. decis. 231. benè Sarn. ad reg. Cancell. regul. de non iudic. iuxta form. supplic. quæst. 15. num. 73. vers. sed ista omnia.

EXCURSUS XXXIII.

Mandatum enunciatum in Instrumento, quo Procurator contraxit nomine Domini, cum insertione diei, & Notarij, præsumitur, saltem post cursum plurium annorum.



Andatum enunciatum in Instrumento antiquo præsumitur adfuisse etiamsi alia indicia non concurrant, Bald. cons.112. num.8. lib.1. Gomez. in comp. vtriusque signaturæ, ad regul. de non iudic. iuxt. form. supplic. quæst. 16. nu.73. vers. Sed ista omnia, qui dicit ità Rotam iudicasse; plures citat in hanc sententiam, Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 33. nu. 25. Rimin. iun. cons.6. nu.117. Ciriac. controu. 320. num. 14.

Quinimò si tempus diuturnum non sit transactum, facilè etiã præsumitur si cum verbis enunciatiuis concurrant adminicula, vel coniecturæ, vt decisum fuisse in Sacro Auditorio Rotæ apud Lancellottum 7. Iunij 1574. & 27. Iunij 1575. testatur Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.7. tit.8. nu.2. At si cum enunciatione mandati concurrat etiam specialis mentio Notarij, qui de illo sit rogatus cum anno, mense, & die, tantò facilius procedit præsumptio pro mandato. Cassador. d. decis.3. nu.4. & post aliam decisionem Rotæ, de qua supra 7. Iunij 1574. coram Lancellotto, Ludouis. decis. 111. nu. 3.

Subintelligas inter easdem Partes; secus quoad præiudicium aliorum non contrahentium, vel à contrahentibus causam non habentium, ita Menoch. cons. 1. num. 80. Alex. cons.191. ante num.2. lib.6. & in Auth. si quis in aliquo, in fin. C. de edend. Socin. cons. 120. lib. 1. Borell. in sua Summ. decis. tom. 1. tit. de Procur. num. 87.

Sed dubia videtur ista limitatio, vbi sumus in enunciatione facta in instrumento antiquo, ex quo, vt dicit Menoch. de præsump. lib.2. præsump.33. nu.26., non agitur de probatione substantię, sed tantum de qualitate, & quod concurrente tempore longissimo in præiudicium cuiusuis præsumitur solemnitas, probat Felyn. in cap. Albericus, col. fin. de testib.

EXCVRSVS XXXIV.


Præsumitur mandatum post cursum temporis ex quasi possessione Iuris, quod alieno nomine quæsitum proponitur.

DEsumitur à dispositione textus in l. si filius. 10. C. de pet. hær: vbi habetur, quod si filius familias delatam sibi hæreditatem per longum tempus detinuit, eo ipso Patri suo commodum acquisiuisse dicitur, & per hunc textum Bald. dicit ibi, quod ex diutina possessione præsumitur solemnitas extrinseca, & sic iussus Patris præcessisse, quod intelligitur, vt Salyc. ibi dicit, si scientia Patris possessionis filij concurrit, & per hunc textum mandatum præsumi, dicit Alex. cons. 1. nu. 19. 20. lib. 4. & in cons. 17. nu. 8. eod. vol. vbi cum Salyc. verum intelligit, quando concurrit scientia, & patientia, & quando sumus in eis quæ tendunt ad acquirendum principaliter, secus si ageretur de præsumenda solemnitate principaliter ad exclusionem alterius, quia tunc non sufficit temporis diuturnitas cum possessione, nisi concurrat tempus triginta annorum. Idem Alex. latè declarans tex. d. l. si filius. in cons. 218. num. 4. vers. non obstat. lib. 6. & cons. 179. num. 9. lib. 7. Probant conclusionem assumptam Crau. de temp. antiq. par. 2. num. 67. & in cons. 317. num. 2. versic. tertio respondeo. Natt. cons. 526. num. 13. Menoch. cons. 11. num. 81. & de præs. lib. 2. præs. 33. num. 37. Mascard. concl. 1004. num. 53. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 7. num. 9.

EXCVR-

EXCVRSVS XXXV.

Ex confessione emanata in contractu inutili probatur veritas.



VM in facti specie, de qua per I.Consultum in l. si stipulatus fuero 125. §. Chrisog. ff. de verb. obliga. vbi reijcitur omins acquisitio ministerio stipulationis per liberam personam, dictum sit, *Accepisse me à Iulio Gozo agente nomine Iulij Quintiliani absentis mutua denaria mille*, docet Bart. ibi nu. 3. quod licet stipulatio illa non teneat, tanquam per liberam personam conceptam, tamen valet confessio de illis mille receptis, & consequenter licet agi non possit ex stipulatu, poterit tamen agi ex numeratione probata per hanc confessionem, & cum Bart. transit Angel. ibidem nu 5. expressius, Imo. sub nu. 11. vbi dicit valdè notandum esse, quod, secundum tradita in textu illo, confessio facta in contractu inutili probat, ad quod probandum adducit textus eosdem adductos per Bart. licet de eo nullā faciat mentionem, quem tamen & refert, & sequitur Castr. ibidē sub nu. 5. subdens simile de processu criminali, vel ciuili, qui licet nullus sit ob defectum alicuius solemnitatis, nihilominus valida sit confessio debiti, seù maleficij; Latius probat, & à contrarijs tuetur Alex. ibidem num. 11. vbi refert Bart. in l. decem, in fin. ff. eod. & alibi idipsum firmantem. Et hanc ipsam doctrinam sequitur distinguendo Roma. cons. 194. Hæc confessio, sub nu. 2. vbi post Angel. dicit esse casum in d. §. Chrisogonus. Et licet contra hanc Bart. sententiam arguat Ias. ibidem à num. 47. & in l. certi condictio, §. si nummos num. 36. cum seqq. tamen id facit disputandi gratia, vt ipsemet fatetur d. §. si nummos, d. nu. 36. Nam aliàs testatur à sententia Bartoli in iudicando non esse recedendum, ibi. *Sed attende licet alij transeant cum doctrina Bartoli, & ab ea non esset iudicando recedendum, tamen disputando, &c.* Sequitur Surd. cons. 28. nu. 50. & post plures, quos refert, Castill quotid. quæst. lib. 5. cap. 104. per totum, & cum hac sententia transit Mascard. concl. 358. nu. 1. & 2. Nam licet num. 2. 3. referat contraria sentientes, sub nu. 5. ampliat tanquam firmatam conclusionem, licet dicta confessio non esset inserta in Instru-

ſtrumento, ſed ad illud ſe referret, nam licet tale inſtrumentum nullum eſſet ex deffectu ſolemnitatum ſubſtinetur ipſa confeſſio, licet contrarium procedere dicat ſi inſtrumentum falſum eſſet, Mancin. de confeſſion. cap. 1. nu. 8. 17. poſt alios Ciriac. Nig. controu. 263. nu. 46.

Sed hæc concluſio procedit, prout loquitur, de confeſſione comprehenſa in inſtrumento illo, quod à ſui origine nullum fuit, vel ex ſolemnitatibus omiſſis, vel contra legem celebratum, ſed de inſtrumento, quod ab initio fuit validum, licet ex poſt facto reſolutum; ſeu inutile factum; confeſſionem, de qua in eo ſemper probare, nulli poteſt eſſe dubium, Ang. l. patre furioſo, cum ibi not. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iur. c. quemadmodum, de iureiur., & pro indubitabili ponit in puncto Iaſ. d. §. Chriſogonus, ſub nu. 4. verſ. Quarto facit.

EXCVRSVS XXXVI.

Mandatum ex ſcientia cum patientia Conſtituentis præſumitur.

HAnc aſſertionem probant expreſsè textus l. qui patitur 18. & ibi gl. & DD. ff. mandat: l. ex mandato. §. vlt. & l. ſi remunerandi §. ſi paſsus & l. ſi fideiuſſor. ff. eod. & l. ſemper qui non prohibet. cum ibi not: ff. de reg. Iur. Innoc. in c. ex parte Decani. n. 2. de reſcript. & ibi Abb. nu. 9. Felyn. nu. 10. Abb. in c. cum olim nu. 8. de off. deleg. Bald. in l. Iulianus. nu. 11. verſ. ſed ego dico ff. qui ſatiſd. cog. & in l. 1. nu. 2. in fin. ff. de neg. geſt. Afflict. deciſ. 308. nu. 8. Aret. in l. 1. nu. 8. verſ. ſi vis defendere ff. de verb. oblig. Alex. in l. ſæpè à nu. 93. ff. de re iudic. & nu. 96. vbi teſtatur de communi ſententia, Ruyn. conſ. 101. n. 14. verſ. ſecundo ſoluatur lib. 1. Purpur: conſ. 140. nu. 3. Caſſad: deciſ. 3. nu. 5. & apud Ludouiſ. dec. 44. nu. 2. Menoch: præſumpt. 62. nu. 2. lib. 3.

Quod non ſolum procedit in eo, qui nullum habet mandatũ, ſed etiam in eo, qui illud quidem habet, ſed reſtrictum, nam ſi patitur ſciens procuratorem excedere mandati fines, cenſetur eos extendiſſe ad illud ipſum peragendum. c. cum olim. il primo.

& ibi DD. de off. deleg. c. vlt. de iureiur. in 6. Ruyn. d. conf. 101. nu. 14. verſ. facit etiam quod ſingulariter. Item in eo, qui fuit reuocatus, nam ſi, non obſtante reuocatione, agat, Domino ſciente, & non contradicente, vtiliter agit, & ex mandato tacitè iterum collato. Gl. ſing. in l. qui mutuam §. non ideò minus verb. inſtaurauerit ff. mandat. Roman. conſ. 76. nu. 2. Alex. d. l. ſæpè. nu. 99. Soc. Sen. conſ. 17. nu. 11. 12. quos refert, & ſequitur teſtatus ità fuiſſe iudicatum à Sacro Auditorio Rotæ Rom. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 22. nu. 2.

Quod in mandatis ad negotia ità verum eſt, vt etiam in mandatis ad iuriſdictionem delegatam, quæ difficilius tanquam odioſa præſumitur. Gloſ. & DD. in cap. cum iure peritus. ff. de off. deleg. & ibi plenè Felyn. num. 5. Guid. Pap. quæſt. 322. Dec. l. vnic. num. 7. C. de mandat. princ. Crauett. conſ. 266. num. 5. Vant. de nullit. ſent. ex def. iuriſd. ordin. num. 16. & 28. Andr. Gaill. pract. obſer. lib. 1. obſer. 48. num. 17. vbi teſtatur propterea in praxi inſerendum delegationi reſcriptum in citatione. Quinimò adeò conſtare debet de mandato, vt non ſufficiat illud probare per teſtes, ſed neceſſaria ſit productio ipſius reſcripti, per Bart. l. prohibitum, C. de iur. fiſc. Bald. in l. ſi qua per calumniam col. pen. C. de Epiſc. & Cleric. Ang. in §. eos in auth. de collat. Dec. d. l. vnica, num. 6. C. de mandat. princ. Felyn. in d. cap. cum Iureperitus col. 3. verſ. ſed contra iſtam de off. deleg. Feder. de Sen. conſ. 251. caſus talis eſt. Adhuc ſi delegans præſens ſit, qui facilè poſſet impedire abuſū Iuriſdictionis, nec impedit, tunc præſumendum eſt pro ipſo mandato. Ita declarat Specul. tit. de Iudic. deleg. 5. ſequitur verſ. in curia, & in tit. de probat. §. videndum verſ. Quid de auditoribus, Butr. Imol. & Felyn. in cap. ſuper his de fid. inſtrum. Gram. dec. 36. num. 27. Rom. in l. ſciendum, nu. 18. ff. de ver. oblig. Dec. d. l. vnic. num. 22. Pariſ. conſ. 99. num. 10. lib. 4.

EXCVR-

EXCVRSVS XXXVII.

Mandatum generale cum libera tantum operatur, quantum speciale.



TEX. est in l. Iusiurandum quod ex conuentione, §. final. ff. de iureiur. l. Procurator cui libera, vbi Bart. & Castr. ff. de procur. cap. qui ad agẽdum, in fin. de procur. lib. 6. l. nam & nocere, ff. de pact. Bal. & Salyc. in l. illud §. 1. ff. de procur. Ruyn. cons. 93. num. 6. lib. 5. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 13. num. 32. Dec. cons. 404. num. 6. & cons. 690. num. 5. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 3. Gratian. discept. for. cap. 196. & seq. Mart. de clausul. par. 1. claus. 26. num. 3. Balb. decis. 52. latè Vinc. opin. 474. relatus in Syntag. comm. opin. incert. auth. par. 4. de Iudic. tit. de mandat. cap. 4. fol. mihi 70. vbi declarat procedere circa concernentia ea, quæ in mandato fuere expressa. Si verò mandatum fieret ad certum actum, vel certam litem, clausula (cum libera) non faceret extendi mandatum ad alias lites, vel alios actus, sed tantum operaretur quoad expressa, sed si generaliter cum libera constituatur, potest omnia, quæ Dominus. Gemin. cons. 129. num. 6. Tiraq. de iur constit. possess. par. 3. lim. 15. num. 12. Gratian. decis. March. 79. num. 2. & discept. for. cap. 196. num. 13. Rot. apud Marches. de commiss. part. 1. pag. 305. nu. 3. & ideò poterit nouare. Ric. decis. 22. permutare etiam beneficia. Idem decis. 98. Potest pecuniam Domini inuestire. Seraph. dec. 1148. Declarat mentem Domini. Rub. decis. 193. potest renunciare societati. Seraph. decis. 238. part. 1. & alios casus specificos refert, & seù recenset Barbos. de clausul. vsu frequentib. claus. 35. num. 16. vsque ad num. 32. Et vbi mandatum est particulare cum libera potest omnia circa negotium commissum, Bart. in l. procurator cui generaliter ff. de procur. & in l. qui Romæ §. Callimacus ff. de verb. oblig. cum distinctione, de quá vbi per eum.

EXCVRSVS XXXVIII.

Quando in procuratorio quædam specificantur, ad quæ mandatum speciale exigitur, addita clausula generali, illud mandatum porrigitur etiam ad reliqua, quæ pariter speciale mandatum requirunt.



TExtus est in cap. ad agendũ, de procur. in 6. per illa verba: *Sed si aliquis, vel aliqui de articulis speciale mandatum exigentibus specificati fuissent adiecta clausula generali: tunc ad non expressos etiã admittentur.* Et cum hac decisione transeunt Cannonistæ omnes ibi. Facit, & alius textus in clem. 1. de procur. vbi recipiens absque protestatione Instrumẽtum, quo constituatur procurator, tenetur munus procuratoris adimplere, nedum pro expressis in mandato, sed tenetur defendere in omnibus causis, & negotijs, ad quæ prædicta instrumenta, seu litteræ se extendunt; inter quæ venire nedum expressa, sed quæ sub clausula generali saltem minora expressis continentur Bald. in l. illud §. 1. num. 4. ff. de minor. Bart. in l. mandato in fin. ff. de procur. Alex. cons. 44. num. 3. lib. 2. latè Riccius collect. 1597. præsertim quando agitur de leuioribus, quam sint expressa, vt per Paris. cons. 41. num. 1. lib. 4. Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 16. nu. 20. vers. Quinimò Procurator. Quæ assertio accipienda est, prout loquitur de similibus, & alijs ab expressis; Non tamen extendi debet ad contraria, vel diuersa ijs, quæ expressa sunt, licet apposita fuerit quælibet alia clausula generalis generalem ad ministrationem respiciens, quæ ex stylo Notariorum soleat apponi. Nam cum mandatum in forma specifica impleri debeat, respectu eorum, quæ specialiter demandata sunt prætextu cuiuscumque clausulæ generalis, non licet ab expressis recedere, arg. l. stipulationes non diuiduntur § 3. ff. de verb. oblig. Anch. cons. 367. in princ. Castr. cons. 461. numer. 1. vol. 1. Com. cons. 172. num. 1. vol. 4. & cons. 200. num. 2. vol. 3. Ruyn. cons. 121. ad fin. vol. 2. Rot. Nostra decis. 174. num. 13. Alba cons. 470. num. 1. Surd. decis. 84. num. 4. Menoch. cons. 115. num. 40. & cons. 181. num. 8.

EXCVRSVS XXXIX.

Facultas transigendi exigit mandatum speciale, prout etiam facultas ineundæ pacis.



RE censentur in eos casus in quibus exigitur speciale mandatum per Specul. tit. de procur. in princ. in 5. & 22. sede num. 4. & quod mandatum speciale requiratur ad transigendum, est text. in l. mandato generali ff. de procur. & l. transactionis. C. de transact. & tradunt Surd. cons. 359. num. 4. Soc. Iun. cons. 59. num. 8. & cons. 129. nu. 13. lib. 1. Honded. cons. 86. num. 39. lib. 2. Ant. Fab. tit. de transact. def. 7. vbi limitat, nisi mandato generali admixtum sit Ius liberæ administrationis. Bertaz. cons. 407. in 2. par cons. crim. Couar. lib. 1. resol. cap. 6. num. 3. Bero. cons. 76. num. 17. Rol. cons. 26. num. 11. lib. 2. Sim. de Præt. cons. 30. nu. 30.

Et in materia treguæ, vel pacis est tex. in l. mandato ff. de procur. & tradunt Specul. tit. de treg. & pac. verb. hoc quoque. Nell. tract. de bannit: 3. par: 2. temp: quæst: 37. Mart: de Laud: de confœderat: Princ: quæst: 59. Clar. §. fin: quæst. 58. nu. 28. Tiraq. in l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 175. C. de reuoc: donat: Vulpell. tract. de pac. quæst. 4. vbi ampliat, etiam si procuratorium cum libera esset datum, quia libera administratio, ad bona, & censum, non ad honorem, pertinet. Sublimitans, nisi in procuratorio aliqui casus similes, & eiusdem naturæ forent specificati, & indè generalis clausula adiecta, vt apud eum.

EXCVRSVS XL.

Mandatum cum libera intelligitur datum per illa verba [dantes liberam, generalem, & omnimodam bailiam ad omnia supradicta, cum promissione habendi ratum quicquid erit gestum in præmissis per Procuratorem.]



Vm distinctione tamen, quæ allata fuit ex Viuio citato in Excursu 37. quia apposita circa aliqua particulariter mandata, vt est suppositum in hoc Excursu, mandatum liberum intelligatur datum circa expressa; si verò contineat genus, tunc clausula generaliter operetur, vt DD. citati ibidem probant, & ità Bart. sentit in l. Procurator cui generaliter ff. de procur. qui idem esse dicit vti clausula cum libera, & omnimoda bailia, quod est dicere cum plena administratione, & idem concludit in l. si procurator C. eod.

Idem dicit Bar. d. l. procurator cui generaliter, si dicatur in procuratorio, quod procurator possit facere omne id, quod Dominus facere posset per l. creditor. §. Lucius ff. mandati. Idem in d. l. procurator. C. eod. sequitur Roma. cons. 94. nu. 7. & Ias. in l. in prouinciali §. si ego nu. 6. ff. de nou. op. nunc. Alex. cons. 44. nu. 1. vol. 2. Grat. cons. 159. nu. 8. vol. 2. Cæsar. Barz. decis. Bonon. 125. nu. 2. Idem esse dicit Bart. in d. l. procurator cui generaliter si dicatur in mandato [promittens habere ratum quicquid Procurator gesserit] sed dato mandato particulari, ex huiusmodi promissione non resultare mandatum cum libera, verius est, eodem Bart. teste in l. 1. col. 4. nu. 5. vers. in contrarium ff. de off. procur. Cæsar. gl. in l. si procuratorem ff. de procur. Alex. Bal. & Salyc. in d. l. si procurator. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 6. nu. 4. Mart. de clauf. par. 1. clauf. 103. nu. 1. vers. contrarium. Garz. de benef. par. 5. cap. 8. nu. 75.

EXCVRSVS XLI.

Iura allegata per Lagunam cap. 1. num. 12. in fin. litt. A. fol. 8. probant quidèm dispositionem incertam non valere, sed non probant ideò incertum esse, aut dici mandatum de confirmandis omnibus conuentionibus datum, ex eo, quod aliquæ ex dictis conuentionibus non appareant.



Extus quidem in l. duo sunt Titij 30. ff. de testam. tutel. habet. Quod existentibus Patre, & filio eiusdem nominis, puta, Titij, si Titius datus fuit in testamento Tutor, nec appareat de quo Testator senserit, neutrum Tutorem esse, & ibi gl. verb. neuter. plures textus concordantes adducit, cum nihil certius, seù verius nihil incertius, & propterea meritò hęc dispositio vitiatur tamquam incerta; quod non verificatur de generali dispositione, licet aliqua species deficiat.

Adducitur l. item si vnus 19. §. item si plures ff. de recept. arbitr. Sed hic textus nihil habet, quod intertitudinem inuoluat, sed solum: Quod si plures electi sint arbitri nemo vnus cogendus erit sententiam dicere, sed aut omnes, aut nullus.

In l. 2. dummodo ff. de procur. nihil aliud habet, nisi ad esse procuratoris exigi, vt is, qui eligitur, certus sit, & ratum habeat.

In l. in tempus 62. §. quoties ff. de hæred. inst. Quoties non apparet de quo hærede Testator senserit, institutionem non valere, nisi ex alijs apertissimis probationibus fuerit probatum.

In l. idem Pomponius 5. §. fin. ff. de rei vendic. Quod rei, & seruorum incertitudo impedit condemnationem, quæ super certo cadere debet.

In l. ita stipulatus 115. in princ. incertam stipulationem non valere.

In §. Tutor. Instit. de legat. habetur, quod licet incertæ personæ legari possit §. sub certa. & §. sed nec. Tutor tamen incertus dari potest, quia certo iudicio debet quis pro tutela suæ potestati cauere.

In

In cap. innotuit 12. extr. de arbitr. habetur id, quod decisum est in l. item si vnus §. si in duos ff. de recept. arbitr. Quod scilicet non valet facultas concessa duobus arbitris, vt in casũ discordiæ possit sibi eligere tertium; quia (dicit textus) arbitrium non potest conferri in incertam personam.

In l. cum post 7. §. Gener. ff. de iur. dot. deciditur generum stipulatum à socero dotem nulla expressa quantitate vtiliter stipulari, & diuersum ait I. C. a legato fundi, nullo fundo denotato, cum inter prædicta magnum sit discrimen, cum quantitas dotis pro modo facultatum Patris, & dignitate mariti constitui possit.

Ex quibus patet, de qua incertitudine loquantur prædicta, & alia iura, quæ ex incertitudine actum vitiant, de illa scilicet, quæ certificari nulla ratione potest. Quod est omninò alienum à proposito, in quo ex eo, quod de aliquibus conuentionibus ratificandis non appareret, impugnatur mandatum datum ad ratificandum conuentiones, quo vsus est procurator ratificatis ijs, quæ apparent.

Quod certius est ex Interpretibus citatis. Nam Mantic. adductus de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 30. num. 16. & 32. quærit in illo titulo, an, & quando stipulationes ex incertitudine vitientur, & sicut num. 32. dicit vitiari ex errore, ità num. 16. id ipsum tribuit incertitudini, quando scilicet incertitudo est ratione substantiæ vel quantitatis, adducendo iura, de quibus supra l. ita stipulatus, & §. gener. subdit tamen num. 17. diuersum esse, si ex probabilibus coniecturis potest colligi, & in sequentibus, licet incertitudo sit respectu qualitatum.

Gratianus verò in alleg. discept. forens. cap. 23. numer. 3. nihil habet in proposito.

Surdus vero in allegato cons. 264. lib. 1. habet quidem a principio vsque ad nu. 4. multa de incertitudine vitiante dispositionem, præsertim testamentariam, de qua in casu suo, sed sub num. 16. vsque ad 20. reiectis præmissis, ostendit incertitudinem de iure nouo non vitiare testamentariam dispositionem. Sed vtrobique nihil ad propositum, pro quo inducitur.

Qui tamen in cons. 376. num. 8. vbi pariter allegatur, nihil habet in proposito. In cons. 379. num. 16. dicit vtique incertitudinem, sicuti & errorem, quemcumque actum vitiare.

Qua de re vltra prædictos, infiniti etiam adduci possent vnà cum Caualcan. & Seraph. qui tamen omnes loquuntur in vera incertitudine, cum non appareat in quam personam, vel rem

feratur

feratur dispositio, quod nullus vnquam negabit. Sec hęc quam sint aliena a casu, super quo inducta fuere, quando scilicet sermo generalis plura complectens, & de pluribus potest verificari, quod infirmatur ex capite incertitudinis, qui aliquid quod aptum esset comprehendi ex vi verborum; sed non apparent; nemo dixit præter Lagunam.

EXCVRSVS XLII.

Sub generali sermone comprehenduntur omnes, & singulæ species, ac si expressæ forent.




TEX. est in l. si chorus ff. de leg. 3. l. semper 185. ff. de verbor. signific. Feder. de Sen. cons. 84. & 85. nu. 2. 3. Zabarell. cons. 99. nu. 2. Bal. cons. 1. num. 5. lib. 3.

Et quidem verè, & propriè, l. semper generalibus, ff. de reg. Iur. Aret. in l. cum lege, ff. de test. Bal. in l. de quibus, nu. 35. ff. de legib. & in l. 2. C. de Iur. aur. annul. Dec. in l. in toto, ff. de reg. iur. & in cons. 5. ad fin.

EXCVRSVS XLIII.

Natura, & vis confirmationis.



AVT cadit super valido actu, aut super inualido. Si super valido; regulare est, vt nihil de nouo det, l. & quia, ff. de Iurisd. omn. iud. cap. inter dilectos, §. porrò, de fid. instrumen. Gl. penult. l. ex verbis 14. C. de donat. inter vir. & vx. Oldrad. cons. 164. in fin.

Intellige nihil dare, quod augeat, vel extendat substantiam, seù dispositionem substantiæ, Dec. l. more, num. 34, ff. de iurisd. omn. iud. & in rub. de confer. vtil. vel inutil. Gabr. cons. 3. num. 14. vol. 2. Natt. cons. 193. nu. 13. Surd. cons. 330. nu. 18. & 340. nu. 7. Menoch. cons. 1. nu. 6.

Sed id operatur, vt confirmans actum, illum amplius impugnare non possit, Dec. d. rubr. nu. 6. & cap. 1. nu. 5. eod. Menoch. cons. 378. num. 39. Et hoc sensu intelligitur aliquid dare, Gl. fin. l. lege obuenire 130. ff. de verb. sign. Gl. l. percipientibus, §. si igitur, Auth. quib. mod. nat. effic. legit. col. 6.

Et licet non extendat, tamen actum corroborat, Bal. l. nominationes in fin. C. appell. Dec. d. rubr. Menoch. cons. 704. n. 36.

Et intellige dummodo actus sit validus, quia tunc nihil addit; secus si inualidus, qui efficiatur validus, Dec. l. more num. 29. ff. de iurisd. omn. Iud. Goz. cons. 8. nu. 20. Rub. cons. 146. nu. 6. Paris. cons. 33. nu. 51. lib. 3. relati per Menoch. cons. 414. nu. 14. Surd. cons. 313. nu. 35. lib. 3.

Contrarium, quod confirmatio non validet actum nullum, videtur probare tex. in c. ex parte de const. & in c. dudum, de decim. Goz. cons. 101. nu. 18. Dec. in l. more, nu. 22. ff. de iurisd. omn. Iud. & in cons. 341. nu. 6. Socin. iun. cons. 48. num. 17. lib. 1. Surd. cons. 340. nu. 8. Gram. decis. 66. nu. 52.

Vndè distinguitur inter confirmationem simplicem, & inter factam ex certa scientia, vt primo casu confirmatio non operetur, secundo sic, Dec. in d. l. more, nu. 21. vbi subdit, quod in dubio ex certa scientia facta præsumitur.

Inualidum igitur regulariter nequit confirmari, Bart. l. 1. ff. qui sunt sui, vel alien. iur. Dec. d. l. more, num. 2. Goz. cons. 62. num. 12. 15.

Valet tamen in detrimentum confirmantis, Castr. l. fundi, ff. de seruit. rust. Alciat. cap. 1. de alien. feud. pater. Menoch. cons. 1. num. 406.

Et operatur ne vlterius de actus inualiditate quæratur, cap. 1. de conf. vtil. vel inutil. Abb. cap. quæ, nu. 3. de sent. &

Hinc quando confirmatur actus, si erat nullus, videtur fieri tempore confirmationis; si validus, tempore, quo primò gestus fuit, Bart. & Dec. d. l. more, Menoch. cons. 364. nu. 4. 6.



EXCVR.

EXCVRSVS XLIV.

Clausula [ex certa scientia] non relinquit dubitandi locum circa ea, quæ asseruntur.




ON solum enim operatur præsumptionem informationis, l. sed si quis, §. fin. & ibi not. Bar. & alij, ff. si quis caut. Alex. cons. 15. num. 2. in fin. vol. 5. Io: And. Abb., & alij in c. fin. vt lit. pend. in 3. notab. Staphel. de lit. grat. & iust. fol. mihi 84. Rot. decis. 180. num. 2. par. 2. in recentiorib. Sed excludit ignorantiæ allegationem, nec permittit de asseueratis dubitari. Gabr. tit. de claus. concl. 1. num. 29. & 31. Barbos. claus. 59. num. 10. & 18. & 25. vbi quod tollit omnem erroris præsumptionem.

Et notandum est, quod prædicta procedunt, vt loquuntur, de gestis per alium. Nam si in facto proprio emittatur, fortius operatur, cum in illo non cadat ignorantiæ allegatio. l. quamquã ff. ad Velleia. l. plurimum, ff. de iur. & fact. ignor. l. fin. ff. pro suo, ducto argumento à contrario sensu, l. item fullo. & , ibi Gl. in verb. ignarus, ff. loc. Ruyn. cons. 127. nu. 16. lib. 3. Gail. lib. 2. obseru. 48. num. 19.

Et eò facilius procedunt, quando agitur de facto proprio, non antiquo, sed infra decennium sequuto. Granut. theorem. 10. nu. 22. lib. 1. Sol. ad decret. Pedem. tit. de posit. Gl. 19. nu. 1.

EXCVRSVS XLV.

Qui metum allegat, probare tenetur.



Metum, C. quod met. caus. l. interpositas, C. de transact. l. maior, C. eod. c. Lotharius, 31. quæst. 2. Dec. cons. 209. nu. 7. plures citat Paris. cons. 10. nu. 36. lib. 1. & cons. 5. nu. 168. lib. 4. Menoch. cons. 1. num. 228. Bal. cons. 148. num. 4 lib. 1. Afflict. decis. 69. num. 8., & decis. 150. nu. 16. Ruyn. cons. 121. nu. 2. lib. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 7. nu. 1. Mascard. concl. 103. nu. 13. & concl. 1051. nu. 1. 2. & concl.

1052.

1052.nu.1.Menoch. de præsumpt. lib.3. præs.126.nu.1.

Et non sufficit probare metum in genere, sed in specie probandus est cum qualitate metus illati, sic Gl. in l. interpositas, verb. nec tamen, C. de transact. vbi Bald.nu.2. Aret.nu.6. Salyc. nu.1. Roman.nu.2. Rimin.nu.3. Mascard.d.concl.1051.nu.12.

Inditia, & coniecturæ ad probationem metus sufficiunt, l. 3. ff. ex quib.caus. Socin.iun. cons.72 nu.45. lib.1. Alciat.respons. 162.nu.11. Menoch. cons.1. nu 273. Alex. cons.98. nu.6. lib.3. Bal.cons.26. lib.3. Anchar.cons.382. in fin. And. Gail.lib. 2. obseru.93. nu.18. Alber.cons.77. nu.24. vbi add. litt. N. varios citat, Alciat. de præsumpt.reg.3. præsumpt.7. num.2. Boer. decis. 101.nu.2 & seq Mascard.concl.1052.nu.2.& seq. Osasch. decis.177.nu. 1. Menoch.de arbitr. lib. 2. cons. 136. num. 1. & de præsumpt. lib.3. præs. 4. nu. 5. & præs. 125. nu.9.

EXCVRSVS XLVI.

Quælibet res præsumitur libera, & allodialis.



VAmcumque rem habere secum adnexam præsumptionem libertatis, & liberam esse, probat textus l. altius, C. de seruit. & aq. Vndè cum Feudum seruitutem continere dicatur, gl. in l. si cuius, §. si vsufructus, ff. de vsufruct., hic quælibet res à nexu Feudali libera præsumitur, prout etiam primæuo Iure omnis persona, & res libera erat, nisi quatenus violentia erat illata, §. Ius autem, Instit. de Iur. natur. Gent. & Ciuil. & §. 1. Inst. de libert. Hinc inferunt Hostien. & Io: Andr. in c. fin. de Iudic. quod etiam Terræ, & Villæ præsumuntur in allodium potius; quam in Feudum concessæ, quod repetunt in c. nimis, de iureiur. & ibi Butr. & alij passim, Bald. cap. 1. in 2. lect. nu.17. c. cœterum, in fin. de Iudic. cons 351. col. 2. vol. 1. Afflict. decis.129. nu.1. & c.1. num. 1. de contr. inter masc. & fœmin. & cap. 1. §. 1. si de feud. fuer. controu. int. dom. Alex. cons. 129. nu. 1. lib. 1. Castr. cons. 179. nu. 1. lib. 1. Dec. cons.478. col.2. Curt. sen. cons. 72. col. 2. Curt. iun. cons. 140. nu.4. Gozad. cons.47. nu.14. Soc. iun. cons.115. num.31. vol. 2. Paris. cons. 20. nu.3. vol.1. Bero. cons.65. nu.157. vol.1. Crauett. cons.111 nu.9. Natt. cons.313. n.1. & cons.514. n.26.

Clar.

Clar. de Feud. quæst. 18. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsump. 3. nu. 2. & ꝯ, in conf. 99. nu. 36. Alba conf. 16. nu. 1. Boss. tit. de præscript. nu. 253. Rip. resp. 30. num. 5. de iur. emphit. lib. 2. Surd. conf. 135. num. 24. post alios Cephal. conf. 172. num. 7. & conf. 205. nu. 1. Rol. conf. 2. nu. 11. & conf. 3. num. 72. vol. 1. & conf. 46. nu. 39. vol. 3. & conf. 33. nu. 19. vol. 4. Menoch. conf. 1. nu. 37. Iacob. de S. Georg. de inuestit. Feudor. verb. dictiq; Vassalli promiserunt recognoscere, Card. Mant. de tacit. & ꝯ, ambig. lib. 23. tit. 4. in princ. Rosentall. de Feud. cap. 10. concl. 41. nu. 103. & concl. 43. nu. 27. Rot. Rom. in recentior. par. 1. decis. 404. nu. 1. & 409 nu. 4. & 508. nu. 3. Giouagn. conf. 16. nu. 98. & conf. 25. nu. 19. lib. 2. & alij passim.

EXCVRSVS XLVII.

Ottonis donatio de Marchia Montisferrati facta Alderamo feudalem obligationem adnexam non habet.



ALberic. in dictionar. verb. Feudi dominus, vers. Item quæro pulchram, id in argumento videtur sentire, dum eius vim examinat. Plenè probat Paris. conf. 23. lib. primo. Tùm ponderatis verbis illis, de quibus in donatione [concedimus, donamus, & largimur] quæ etiam in feudalibus denotant veram donationem. Tùm quia agitur de beneficio Principis, quod latè debet interpretari. Tùm etiam, quia nullibi habetur mentio de feudo, nec in ea legitur aliquis actus Inuestienris, verus, vel fictus. Item quia Imperator nihil sibi reseruauit, sed omnia concessit sub dominio D. Alderami quemadmodum erant submissa Imperatori. Item, quia nulla habetur mentio iuramenti fidelitatis, quod est potissimum signum, & demonstratio Feudi. Item, quia in eodem documēto confirmantur, & corroborantur omnes res, proprietates, &c. respectu bonorum ad ipsum Alderamum pertinentium ex successione parentum, & alijs suis acquisitionibus, quæ verba non adaptantur ad feudi concessionem, quæ est beneuola concessio, & perpetua cum translatione vtilis dominij; Et qui confirmat, nihil de nouo dat, immò confirmatio præsuponit præexistentiam Iuris quæsiti. Demum sub nu. 226. Quia certissimum

est tempore Ottonianæ concessionis feudales constitutiones nondum fuisse introductas.

Hoc ipsum latè probat Alciatus respons. 199., sed apud me in quarta excussione edita Basileæ respons. cons. 4. lib. 4. post num. 23. vers. & paucis agendum. Vbi negat feudale esse: Quia quælibet res præsumitur libera, nisi contrarium euidenter probetur. Tùm etiam ex verbis concessionis, quæ signanter ab eo perpenduntur. Item, quia comprehendit iam quæsita. Item quia beneficia Principis latè debent interpretari. Item quia nunquam petita fuit aliqua renouatio inuestituræ, sed per annos 300. vsque ad Paleologos liberè fuit possessa. Item quia nullum præstitum iuramentum fidelitatis per Alderamum. Item quia æuo illo nondum erant in vsu feudorum Iura, & à nu. 35. reijcit argumenta contraria.

Idipsum in eadem quæstione pro veritate consultus respondet Maria. Socin. in cons. 76. lib. 1. præcipuè à num. 42. ad 48. vbi concludit hanc conclusionem verissimam esse. Idipsum firmat Gozadin. in cons. 8. sub nu. 16. Grat. cons. 9. nu. 88. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 2. lib. 1. nu. 2. cum seqq. Idipsum probat contra suam intentionem, & tamen admittit pro vero post num. 108. quod etiam plenius probat in cons. 3. eod. lib. à num. 71. sequitur Menoch. resp. 2. caus. Finarien. à nu. 13. ad 25. Quinimò admisit Collegium Papiense, licet arguat contra Rempublicam nostram in hac eadem causa Finariēsi apud Menoch. post tract. possess. in suo responso nu. 35. à quibus, licet infeliciter, recedere tentat Collegium Bononiense ibidem in principio, vt operam suam luculētius præberet Ferdinando Imperatori, cui solum gratificari intendebat, nullo respectu veritatis.

EXCVRSVS XLVIII.

Nisi in Feudo interueniant substantialia Feudi, desinit esse Feudum, & transit in aliam speciem contractus.

SVbstantialia enim contractus, quæ consistunt in essentia illius, immutabilia sunt. Bald. in l. 1. nu. 4. C. de vsufr. & non possunt abesse sine corruptione ipsius contractus, Bal. in l. pacta conuēta, §. papinianus, in lect. antiq. ff. de contrah. empt. & vendit. Curt. iun. cons. 56. num. 2. Alciat. in l. cum quid, nu. 1. ff. si cert. pet. & in l. 1. nu. 19. in fin.

C. de

C.de sent.quæ pro eo quod inter.& si pacto auferant, in formã alterius contractus transit, l. vbi ità donatur, vbi Bart. Bald. & cęteri, ff. de mort. caus. don. vbi si mortis causa donatur, ità vt nullo casu reuocetur, magis intelligitur donatio inter viuos, quã mortis causa, quia pactum istud est contra substantiam mortis causa donationis, §. 1. inst. de donat. l. non omnis, ff. si cert. pet. & non vitiatur contractus, nisi quando non potest transformari in alium contractũ, siuè alterius, siuè eiusdem nominis, Francis. Milanen. lib. 2. decis. 2. nu. 24. latè Cenc. de Censib. par. 2. cap. 1. nu. 13. 14. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 1. tit. 13. nu. 22. Giurb. decis. 17. num. 29. & in feudali materia Castr. cons. 126. lib. 1. Ias. in prælud. feud. nu. 12. & plur. seq. Cels. Hug. in cons. 26. nu. 32. & 66. Cur. de feud. par. 1. quæst. 6. nu. 10. & seq. Rosental. de feud. cap. 2. concl. 57., & ibi, ante eum Seysell. Hanneton. Scard. & ibi, alij per eum relati.

EXCVRSVS XLIX.

Ad Feudi substantiam requiritur, vt detur aliquid immobile, vel æquipollens.



PAtet ex definitione Feudi, de qua in excursu 10. quatenus dicitur esse beneficium, quod ità datur, vt proprietas rei immobilis penes dantem &c. cuius rei immobilis appellatione omnia veniunt, quæ inter immobilia connumerantur, cap. 1. de feud. cognit. & ideò Io: Ray. in rep. cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Frider. super rub. in 1. quæst. principal. deffinitioni addidit verba [vel æquipollentis] quod placuit Ias. in prælud. feud. num. 7. Cur. de feud. par. 1. quæst. 6. nu. 2. Clau. Sayssel. cap. de definit. §. post hæc, in definit. Bal. in l. 2. C. de fruct. & lit. expen. Rosental. de feud. cap. 2. concl. 53. Clar. §. feudum, quæst. 4. & Zas. in epit. feud. quæst. 4. vbi exemplificat quæ pro immobilibus in hac materia habentur, prout & Rosental. cap. 4. concl. 5. 6. 7.



EXCVRSVS L.

Ad hoc, vt res aliqua recognoscatur in Feudum, necesse est, vt rei Dominus illius dominium transferat in Infeudantem, qui retento directo, vtile retrotradat ipsi Vassallo.



Ominium enim cum non transferatur sine traditione, l. traditione, C. de pact., impossibile videtur, quod sine traditione transferatur in Infeudantem, vt recognitio facta ab illo rei propriæ sit inualida, l. neque pignus, ff. de reg. iur. l. ei à quo, ff. de vsucap. l. qui rem, C. locat. Nec recognoscendo dicitur amittere dominium, vel transferre in Infeudantem, etiam si sciens rem esse suam recognoscat illam ab Infeudante, ne dicamus duas fictiones concurrere, fictum titulum, & fictam traditionem, ità post Gl. Dyn. & Cyn. Bart. in l. si aliquam rem, nu. 8. ff. de acquir. poss. Castr. cons. 11. lib. 2. & in l. cum falsa, nu. 5. verb. breuiter, C. de iur. & fact. ignor. & speciale esse in casibus, in quibus sine traditione dominium trásfertur, dicit Bart. in d. l. si aliquam rem, nu. 9. quem DD. communiter sequuntur.

Communis tamen videtur distinctio in feudis, quicquid sit in materia emphiteotica, quod si quis sciens rem esse suam, recognoscat illam in feudum ex causa aliqua, quod dominium censeatur primo à recognoscente translatum ex donatione tacita, & valeat recognitio, sic Iac. de S. Georg. in verb. dictique Vassalli promiserunt recognoscere nu. 21. 24. & 27. Bal. in cap. 1. nu. 14. de capit. qui cur. vend. Præpos. ibidem nu. 5. Spec. in tit. de emphit. nu. 56. Ias. in l. 2. nu. 177. C. de iur. emphit. Angel. in l. qui propriam rem, C. loc. Cum. cons. 165. Dec. cons. 564. num. 6. Rui. cons. 40. num. 12. lib. 1. Rol. cons. 2. num. 108. & seq. lib. 1. Guid. pap. quæst. 272. Alciat. de magis communi, cons. 15. nu 2. & cons. 43. nu. 14. vol. 5. Bursatt. cons. 45. nu. 17. Menoch. cõs. 1. nu. 87. & cons. 191. nu. 52. & de præsumpt. præsump. 91. nu. 44. lib. 3. Surd. cons. 151. nu. 38. Franc. Nig. Ciriac. controu. 139. nu. 40. Rosental. de feud. cap. 6. concl. 68. nu. 17. & seq. præcipuè in fin. litt. Y. vbi nu. 22. hoc concurrere debere dicit, quod inuestiens tempore recognitionis sciat rem non esse suam, & quod verba hincinde in hunc sensum sint clara, vt in litt. A.

EXCVR.

EXCVRSVS LI.

Centenaria, & immemorabili præscriptione Vassallum præscribere libertatem ab ipso Imperatore etiam ignorante.

Licet enim habeatur in tex. in c. de capit. Conradi, & in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. omnem præscriptionem submoueri à feudis, & has constitutiones verbis vniuersalibus negatiuis (quæ nihil solent excipere, Soc. conf. 21. nu. 4. 5. vol. 1.) esse conceptas; non tamen intelligitur de præscriptione centenaria, & immemorabili, quia hæc nunquam exclusa censetur, nisi expressè dicatur, Bursatt. cons. 23. nu. 21. & seq. lib. 1. Bello. cons. 8. nu. 9. & seq. dicentes post Afflict. & alios, dictas constitutiones de huiusmodi præscriptione non intelligi, sed illam excludere, quod firmant etiam Moz. de nat. feud. nu. 108. Scheneid. par. 7. cap. 1. nu. 41. Sicard. cōs. 31. num. 13. lib. 1. & cons. 9. num. 15. lib. 2. Afflict. decis. 254. Iul. Clar. §. feudum, quæst. 45. nu. 2. Cels. Hug. cons. 108. nu. 7. Balb. de præscript. 2. par. quintæ par. princip. quæst. 2. num. 5. vbi de communi, & magis communi testatur, & quæst. 3. num. 5. vbi quod contra Imperatorem etiam absentem, & ignorantem procedit ista præscriptio, Vasq. illustr. controu. cap. 81. lib. 2. per tot. Rosental. de feud. cap. 9. memb. 2. concl. 97. num. 37. vbi quod huiusmodi tempus habet vim tituli concessionis, & constituti.

Præsertim in singulari successore, in quo cessat præsumptio scientiæ, & ex consequenti præsumitur bona fides, Angel. de Besutio inter cons. Zas. cons. 15. num. 19. & 60. Crau. de temp. antiq. par. 4. section. materia ista. num. 28. qui nu. 29. minus tempus sufficere dicit, etiam si agatur de successore agnato, à quo tamen in hoc recedit Rosentall. de feud. cap. 6. conclus. 82. litt. S. firmans in successore alio singulari, etiam agnato, indubitatum, si absit mala fides, vt abesse præsumitur, gl. quam DD. communiter sequuntur, in princ. inst. de vsucap. Imol. Abb. Felin. & alij in c. fin. de præscript. de communi Pinell. de bon. mat. in auth. nisi tricennale nu. 12. Dec. cons. 272. nu. 8.



EXCVRSVS LII.

Quod res Feudalis inalienabilis sit, naturam Feudi respicit, non autem substantiam.



Lia est natura contractus apud Iureconsultos, alia substantia eiusdem. Substantia enim contractus dicitur principalis ipsius essentia, qua submota contractus nullius est momenti, vt pretium in emptione, l. 2. & l. pacta conuenta, ff. de contrah. emptione, §. pretium, inst. eod. vt communicatio in societate, l. 1. in fin. cum l. seq. ff. pro soc. l. si nō facit, §. vlt. ff. eod. vt in precario, libera reuocandi facultas l. cū precario. ff. de precar. & sic percurrendo per singulos contractus; Et hæc substantia immutabilis dicitur, Bal. l. 1. nu 14. C. de vsufr., nec potest abesse sine corruptione cōtractus, Bal. l. pacta conuenta, §. Papinianus, ff. de cōtr. emp. in lectio. antiq. & d. l. pacta conuenta, Bar. l. 2. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu cōsum. & in l. si fortè de Castrē. pecul: & in l. vbi ita donatur, ff. de mort. caus. donat. Ias. l. si fundū, nu. 4. ff. sol. matr. Alciat. l. pen. nu. 22. C. de pact., & in l. cū quid. nu. 1. ff. si cert. pet. Nec potest conferri in voluntatem alterius ex contrahentibus, Bart. l. si sic legatum nu. 3. ff. de leg. 1. per textus in l. hæc venditio, in princ. ff. de contr. empt. & in l. in vendentis, C. eod. Natura verò contractus nil aliud est apud Iuris Consultos, quā qualitas innata à principio generationis, ex qua virtus contractus proficiscitur, & semper inesse videtur, nisi aliud conuenerint, Bald. l. 1. nu. 1. ff. commod. & in c. quæ in Ecclesiarum nu. 20. de constit. & in l. 1. nu. 5. ff. de fruct. & lit. expens. & in l. si vnus, §. quod in specie, in princ. ff. de pact. & in l. 1. nu. 5. C. pro soc. & cons. 352. in princ. lib. 1. & cons. 275. in princ. lib. 2. Crau. cons. 186. num. 5. vers. natura, Alciat. l. cum quid. nu. 2. ff. si cert. pet. Decian. cons. 57. nu. 3. lib. 1. Card. Mantic. in proposito feudorum, de tac. & ambig. lib. 23. tit. 32. num. 8. cum seqq. Prohibitionem autem alienationis absque Domini licentia esse de natura feudi, non autem de substantia, probat expressè textus in cap. vnic. de feud. non habent. prop. nat. feud. vbi in puncto notat Bald. pactū variare naturam feudi, facit textus in c. vnico, de fratribus de nouo benef., ibi, non facta fuerit eo pacto inuestitura, & firmat post Scarder., & alios Rosentall. cap. 2. concl. 52. in fin. & in gl. litt. F.

EXCVRSVS LIII.

Conferri posse legitimè, & cum effectu facultatem Vassallo alienandi Feudi absque Domini consensu.



Ap. vnico de Feud. non hab. prop. nat. feud. & ibi omnes, Bald. nu. 1. Præpos. num. 7. c. vnic. de fratr. de nou. bene. inuest. &c. ibi Aluarot. nu. 1. Laud. nu. 4. & c. vnic. de duob. fratr. inuest. Bald. l. cum esset 37. §. 1. ff. de seru. rust. præd. Sig. cons. 10. nu. 2. Ias. l. de quibus 32. nu. 55. ff. de legib. & l. fin. à nu. 4. ad 7. C. de Iur. emphit. Alex. cons. 173. num. 6. lib. 2. Rim. Sen. cons. 591. num. 1. cum seqq. Crauett. cons. 674. nu. 26. & in resp. pro genero nu. 292. Paris. cons. 3. nu. 12. & cons. 13. nu. 22. &c. cons. 23. num. 40. lib. 1. Dec. cons. 193. nu. 3. & in c. quæ in Ecclesiarum nu. 31. de constit. Purpurat. cons. 402. nu. 64. & cons. 367. nu. 51, Ruyn. cōs. 18. nu. 9. lib. 1. Rip. cons. 23. num. 34. de Iur. emphit. & feud. Scard. de feud. par. 8. cap. 2 limit. 14. nu. 57. Rosentall. cap. 9. memb. 1. corol. 40. vbi latè disputat quibus verbis, & modis, & in quos intelligatur concessa facultas alienandi, Cardin. Mantic. de tacit. &c. ambig, lib. 23. tit. 22. per tot., & magis in specie tit. 24. per tot.

EXCVRSVS LIV.

Consuetudine regionis fit, vt Feuda licitè alienari possint sine licentia Domini.



Amque valere scripserunt Bald. cap. 1. in princ. nu. 9. de prohib. feud. alien. per Frider. Belui. Lauden. & cęteri in c. 1. qualit. ol. feud. alien. pot. vbi de communi sentētia testatur, Aluarot. nu. 5. Afflict. post alios in c. imperialem, §. illud nu. 38. num. 6. de prohib. feud. alien. per Frider. Capic. de inuest. feud. cap. feudorum diuisio, limit. 22. Hann. lib. 3. cap. 8. in fin. Zas. par. 9. num. 22. Guid. pap. quæst. 297. Bero. decis. 204. num. 7. Pist. lib. 2. par. postr. quæst. 41. num. 7. Clar. in §. feudum, quæst. 31. nu. 12. post Curt. iun. attestans de

communi

communi Scard. par. 8. cap. 2. lim. 12. nu. 54. Rimin. iun. in conf. 55. nu. 11. & conf. 319. nu. 8. Surd. conf. 105. num. 14. Rosental. de feud. cap. 9. concl. 58. nu. 1. vbi latè in glos. 1. & 2. citat multos in hanc sententiam, quam communem dicit, & deseruiunt sumpta per Surd. in conf. 58. vbi loquens de vi consuetudinis, eam æquiparat naturali Iuri; pactis conuentis, priuilegio, & aliter, vt per illum, de qua plura etiam Claper. conf. 21. qu. 1. Ciriac. controuerf. 23. nu. 2.

EXCVRSVS LV.

Iurisdictio eorum, quæ in Mari contingunt, ad eos Iudices spectat, qui habent Iurisdictionem in territorio adiacente.



PRobat textus in l. 2. l. quoties, l. de submersis, C. de naufr. lib. 11. Bald. in repert. verb. Iudex 2. col. vers. Iudex sicut potest punire &c. Angel. in add. ad d. l. 2. Hippolit. de Marsil. in repet. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. nu. 180. l. insulæ Italiæ, ff. de Iud. vbi Caius I. C. inquit, quod Insulæ Italiæ, pars Italiæ sunt, & cuiusq; Prouinciæ, per quem tex. Angel. de Perus. dicit fuisse decisum Pisis de consilio Bartoli, & benè quod de delicto commisso in mari propinquo eorum portui, & eorum Ciuitati debeat ibi cognosci, & delinquens ibi puniri, quia illa particula maris quantum ad hoc intelligitur subiacere Ciuitati Pisarum. Probat etiam tex. in c. licet, cum glos. de fer. hoc modo inductus Pontifex mandat ibi, quod si certum genus piscis in mari capiatur diebus Dominicis, fiat de illo eleemosina Ecclesijs circumpositis mari, dicit gl. præcipuè illis, in cuius territorio captio piscis facta est, & Bal. ibi dicit esse menti tenendum. Probatur etiam ex rubr. ff. ne quid in loc. pub. vel itin. fiat, iuncto tex. in l. 3. ff. eod. & in l. 1. §. ait Prætor, cum §§. seqq. ff. de flum. Titulus enim, vel rubrica prædicta licet videatur loqui de locis, & itineribus publicis in terra, comprehendit tamen id, quod in mari gestum est, & verbum [Iter], quod de via, seù strata prædicatur, §. 1. Inst. de seruit. applicatur ad nauigium, vt in d. l. 1. & hanc conclusionem probat gl. in c. vbi periculum de elect. in 6. & ibi Anchar. Domin. &

Io:

Io. Monac.nu. 12. Cagnol.in l.fin.ff.de Iurisd.omn. Iud.nu.2.3. & ibi Marsil.n. 180. Rebuff. in l.1.nu.2.C.de classib.lib.11. vbi etiam Bart. & Ang. Idem Bart. in l. congruit. ff. de off. præsid. Hieron.de Mont.de finib.cap.39.n.3. Cæpoll.de seru.rust.præd. c.26. Geral.singul.15.nota quod mare. Decia.lib.4.crim.cap. 17.nu.29.cons.123.n.26.in 3. Bellug.specul. Princip.§.pari ratione.n.1. Bouadil.lib.4.politic.cap.2.n.69.& cap.5.n.6. Afin. in sua prax.cap.7.§.1.nu.5. Pont. de potest. Proreg.tit.de triremib.nu.41. Borell.de reg.præst.cap 46.n.234. Garz.de expens. cap.21.n.34. Franc.decis.142.& ibi Dec.in add.

EXCVRSVS LVI.

Mare Ligusticum Genuensium Imperio subiectum esse.



ANgel.cons.290. Bald.l.1.C.de sent. ex breuic. recitan. Cæpoll.de seruit. vrb.prædior.num. 6. & 7.

Ioannes Seldenus in opusc. Mare clausum, siue, de Dominio Maris, lib.1.cap.16.

Pontanus discuss. histor.lib.2.cap.5.

Hugo Grotius de mare libero cap.7.

Reliquos vide in Excurs. xvij.

EXCVRSVS LVII.

Si tempore probatorio producta fuerint Instrumenta non authentica, etiam lapso termino probatorio poterunt produci in authentica forma, & plenè probabunt.



SIc Bald. in cap.1.in princip.extr.de fid.instrum. vbi dicit notatu dignum, citat tex.in l. si donatæ.§.si sponsus.ff.de don. inter vir. & vx. quod dictum pro valdè notabili refert, & sequitur Felin.in c.licèt causam de probat.nu.18.vers. limita quintò. Marsil.singul.113. Dec.in ca 1.

N num.4.

num.4.de fid.instrum.& in Auth. si quis in aliquo num. 3.& ibi. etiam Alciat. in gl. 2. idem Dec.cons. 539.nu. 8.& 467.n.15. Vestr.in praxi cap.4.lib.4.num.7.Rot.Bonon.select.decis.136. nu.9.Mascar.concl.1235.n.66.& concl.711.num.86. Gratia. discept. forens. cap. 156.n.21.

EXCVRSVS LVIII.

Quando Princeps concedit Priuilegium sub alterius priuilegij insertione, quam facit de verbo ad verbum, non est necessaria exhibitio priuilegij inserti.



TA Specul.tit. de instrum.edit. §. nunc autem videndum. sub n. 2. vers. Tu dic. sequitur Panorm c.inter delictos de fid.instrum.Ludouic. Rom.cons. 536. Circa propositam consultationem. sub n. 2.vers.si verò fit ex certa scientia Ias. in Auth. si quis in aliquo num. 8.C. de eden.& post Alex.ibidem Dec: n.40.Roma : Castr. & Curt.in l. admonendi.ff.de iureiur.Bald.ante prædictos,qui tamen loquitur in statuto in l.1.sub n.8. C.de Episc.& Cler. probat Præposit.in c.si Romanorum n.17.vers.& idem dicerem.dist.19.Abb. ex mente Innoc.& aliorum in c.inter dilectos n.9. vers.& credo & ibi Felyn.nu.7.de fid.instr.Boer.decis 247.num.3.vers.fallit. in princ.latè Bellon.cons 36.n.7.Rot.in puncto decis.36.nu.1. par.2.diuers.Cancer.var.resol.par.3.tit.de priuil.nu 221. Petr. Foller.de contract.Censuar.cap.Tenor verò pro sub n.6.

EXCVRSVS LIX.

Verba enunciatiua quando sunt in materia, de qua agitur, probationem inducunt.



BArt.in l.conficiuntur in princ.ff.de Iur.Codicil. Alex. in l.qui se patris col 2.C.vnd.lib.relati per Cagn.in rep.l.diem functo.ff de off.assess. l. ex hac scriptura ff.de don. vbi notant omnes, Mantic.conf. 153.n.9.& cons.219.n.25. & cons.122.n.25.l.publia.§.fin.ff.de pos.

Præsertim

Præsertim quando per modum causæ finalis sunt pronuntiata, quia non solum probant, sed disponunt l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vindic. & ibi Bart. Alex. in conf. 46. num. 2. lib. 1. Iaf. in l. ex his verbis verf. nono fallit. C. de mil. testam. Dec. conf. 217. In casu ad me transmisso num. 15. Crau. conf. 217. col. 2 Bero. conf. 87. col. fin. lib. 2. Mantic. de tac. & ambig. lib. 2. tit. 6. n. 12.

Et in priuilegiis disponere est indubitatũ. glof. Anch. & alij communiter in clem. 1. de probat. Gemin. in c. si Papa de priuil. lib. 6. & in conf. 33. col. 2. si simus præcipuè in concernentibus factũ concedentis, in tantum, vt non detur probatio in contrarium, quę datur si sint enuntiatiua facti alieni. dict. clem. 1. & ibi Anch. Lap. & alij communiter, Alex. Trentacin: var. resol. lib. 1. tit. de verb. signif. conf. 2. nu. 11. restringens si motu proprio sit concessum, & aliter, vt apud illum est videre. Et de verbis enunciatiuis Principis, tam de gestis per ipsum, quam per alios plenè Alex, conf. 15. n. 2. vol. 5.

EXCVRSVS LXX.



Riuilegia, quæ in recompensationem meritorum conceduntur, assumunt naturam contractus, & fiunt irreuocabilia ità concludunt DD. 18. quos refert, & sequitur Menoch. in conf. 1007. n. 68. quibus adde Mohedan. decif. 6. nu. 1. de priuil. Rol. conf. 76. n. 13. lib. 2. & conf. 13. nu. 21. lib. 3. Pinell. ad rub. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 2. col. penult. & fin. Petra de potest. Princ. cap. 32. dub. 2. num. 154. Valasc. consult. 72. n. 5. & consult. 120. num. 9. Molin. de primo g. lib. 4. cap. 3. num. 18. cum seq. Camill. Borell. de præstant. Regis Cathol. cap. 53. nu. 6. Peregr. de Iur. Fisc. lib. 1. tit. 3. num. 28. Sanctarell. var. resol. lib. 1. qu. 17. num. 3. Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 3. num. 153. & 154. Natt. conf. 241. per tot. Decian. conf. 66. num. 26. lib. 2. Burs. conf. 16. nu. 56. lib. 1. Iacob. Berreta conf. 1. nu. 16. Amad. de Pont. in repet. ad Tit. qui fæud. dar. poss. num. 96. & 97. Carolus de Tapia ad l. fin. ff. de constit. Princip. 2. par. cap. 9. num. 6. & 27. latè Matiencus in l. 6. tit. 10. lib. 5. gl. 1. & 2. Sesse decis. 59 num. 59. & esse firmissimum priuilegium inquit Camera Imperialis lib. 2. rer. iudicat; Germaniæ. decis. 10. num. 17. Surd. conf. 140. num. 38. & conf. 419. num. 51. & seq.

& seq. Giouagn. conf. 15. num. 10. par. 1. Menoch. conf. 75. nu. 43. & 46. conf. 307. n. 7.
Ampliatur vt nec de plenitudine potestatis liceat reuocare. Aret. in c. nouit de Iudic. nu. 28, Felin. ibidē, n. 12. Afflict. decis. 128. num. 10. Tiraq. in l. si vnquam verb. donatione Largitus nu. 11. C. de reuoc. don. Natt. conf. 122. nu. 2. Barbos. de clausi. cap. siuè claus. 41. nu. 30. Surd. d. conf. 419. num. 51. & seq.

Clausula [ex certa scientia]



Xcursus 71. Illam habet vim, vt nullū relinquat dubitandi locum circa veritatem assertorum. Probat text. in clem. 1. & ibi gl. & DD. de probat. gl. cap. 2. verb. non obstantibus de fil. presbit. expressè Bart. in l. conficiuntur §. codicillin. 3. ff. de Iur. codicill. vbi quod quādo Imperator statuit aliquid ex certa scientia, credendum est hoc esse verum, & non debet in dubium reuocari, idem Bart. §. si quis autem tit. de pac. const. sent. Bald. § libellariæ nn. 3. de pac. const. sequitur post Bart. Bald. Imol. & alios Alex. conf. 15. nu. 2. lib. 5. Dec. conf. 191. vbi dicit, quod nemo audiri debet contra id, quod Princeps fecit ex certa scientia, & conf. 373. nu. 7. & conf. 390. num. 13. & conf, 463. num. 16. Curt. sen. conf. 29. vers. ad sextum col. fin. Gramm. conf. 100. num. 22. Guid. Pap. qu. 7. Gabr. tit. de claus. concl. 1. nu. 29. Franc. de Curt. conf. 55. col. 7. vbi fusius docet per hanc clausulam excludi probationem omnem, quæ fieri posset in contrarium. Hip. sing. 420. vers. sed aduertas. Vbi quod quando Princeps exponit se facere actum ex certa scientia standum est eius assertioni. Gozad. conf. 62. n. 8. Ias. conf. 40. num. 2 lib. 3. Paris. conf. 15. num. 60. lib. 2. Grat. conf. 9. num. 173. lib. 1. Rim. Iun. conf. 46. num. 23. cum seqq. Curt. Iun. conf. 1. num. 26. Monet. de commut. vlt. vol. cap. 7. nu. 105. Redoa. de reb. Eccl non alien. cas. 5. num. 6. & 7. vbi quod contra eam non potest dici de defectu intentionis, nec tale factum in dubium reuocari. Nicol. Fest. de est. & collect. cap. 6. num. 37. vbi quod habet vim expressionis verborum. Mart. de claus. 281. vbi post Bald. docet id procedere etiam in instrumēto inter partes Barbos. claus. 59. nu. 10. Ciriac. controuers. 208. num. 39. lib. 2. plenè Scard. de Feud. par. 10. sect. 20. nu. 133. & infra, Menoch. conf. 87. nu. 261. vbi quod omnem errorem excludit,

cludit,& conf.561. num. 23. vbi quod habet vim expressionis, quod repetit in conf. 1007. num.52.

EXcursus 72. Eadem operatur, vt Princeps pręsumatur plenè edoctus narratorum.

Alex. post alios d. conf. 15. num. 1. lib. 5. Rot. in recent. part. 1. decis. 180. num. 2. Barbos. d. claus. 59. num. 18. Ciriac. d. controu. 208. n. 38. Menoch. conf. 815. num. 98.

EXcursus 73. Item operatur, vt concessa non possint in dubium reuocari, nec arctuari regulis Iuris.

Paris. conf. 15. num. 54. lib. 2. & conf. 5. num. 119. & num. 122. lib. 4. Natt. conf. 636. num. 159. lib. 3. Rol. conf. 71. num. 48. lib. 2. Curt. Sen. conf. 55. nu. 59. Marches. de commiss. part. 2. §. vnico num. 39. Barbos. d. claus. 59. nu. 15. & 17. Menoch. conf. 250. num. 87.

EXcursus 74. Habet vim motus proprij etiã si precibus emanasset rescriptũ glos. cap statutũ, §. 1. de rescrip. in verb. literarum. Paris. conf. 3. nu. 57. vol. 4. Gabr. d. concl. 1. nu. 27. Barbos. d. claus. 59. num. 4. post alios Marches. de commiss. par. 2. §. 4. num. 82.


EXcursus 75. Et hac clausula remouetur omne vitium obreptionis, & subreptionis.

Paris. conf. 3. num. 71. cum seqq. & conf. 142. nu. 2. vol. 4. Mil. in repert. verb. certa scientia. Curt. sen. conf. 66. col. 6. verb. confirmatur. Menoch. de arbitr. cas. 201. num. 8. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 13. num. 11. & conf. 1. num. 429. & conf. 378. num. 2. Barbos. claus. 79. num. 16. Marches. de commiss. par. 2. §. 4. num. 85. Marescott. var. resol. lib. 2. cap. 1. num. 163. Menoch. conf. 19. num. 33. & conf. 378. num. 21.

EXCVR.

EXCVRSVS LXXVI.

Clausula [non obstante] tollit omnia obstacula, præsertim ex alienis priuilegijs desumpta, si in corpore Iuris clausa non sit.



PRobat.clem. 1. in fin. de priuil.Io: Andr.in cap. 1. num. 4. de excessib. prælat. Iason. 56. nu. 4. vol. 1. & conf. 227. in secund. & conf. 110. col. 4. lib. 4. Soc. Sen. conf. 3. col. 2. & conf. 73. col 3. lib. 3. vbi quod operatur specialem derogatiuam Ruin. conf. 68. nu. 13. lib. 2. Gozad. conf. 9. nu. 26. Crauett. conf. 241. nu. 20. Rol. conf. 67. nu. 62. lib. 3. Bero. conf. 147. nu. 28. Rota diuers. decis. 264. lib. 1. apud Farin. decis. 506. nu. 5. par. 1. recent. Cenc. de cens. par. 3. cap. 1. q. 3. art. 8. nu. 14. latè apud Scard. de feud. part. 10. sect. 20. nu. 133. cum seqq. Barbos. de claus. claus. 82. nu. 4. Menoch. conf. 181. nu. 37. & conf. 225. nu. 88. vbi docet post alios per hanc clausulam censeri sublatum Ius alterius. Et hinc receptum est hanc clausulam solummodo operari in Principis dispositione, prout dicta Bald. & Angel. benè interpretatur Boer. q. 3. nu. 10. quem sequitur Menoch. conf. 71. num. 20. qui solus Princeps potest derogare non minus legibus, quam Iuri aliorum, quod pertinet ad potestatem absolutam. arg. l. si quando C. de inoff. testam. & firmat Ias. in l. fin. col. 1. C. si contr. ius vel vtil. publ.

Et hinc per hanc clausulam valere dispositionem Principis cõtra Ius Commune etiam si tertio præiudicium inferatur secũdum Bart. & alios voluere DD. in l fin. C. si contr. ius, vel vtil. publ. Canon. in cap. 1. de excess. prælat. Ant. de Butr. & Molin. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Ang. l. 2. nu. 3. C. de quadrien. præscript. Felyn. post alios in cap. nonnulli nu. 25. de rescript. Grammat. decis. 66. nu. 6. Curt. iun. conf. 157. nu. 23. & nu. 28. vbi loquitur in terminis derogationis dispositioni §. naturales in præiudicium agnatorum Gozad. conf. 14. nu. 20. vbi restrictiuè loquitur respectu Iuris positiui Soc. conf. 125. nu. 7. vol. 3. Ferett. conf. 109. nu. 9. Rim. Iun. conf 4. nu. 17. & conf. 45. nu. 8. & latius conf. 79. à nu. 25. & infra.

Præ-

Præsertim si istud præiudicium respiceret tantummodo interesse Principis concedentis, vt in puncto determinat Gozad. cons. 14. num. 19. & faciunt quæ in fortioribus docet Bald. in auth. hoc inter. nu. 3. vers. de clausula autē, C. de testam.

Et multo certius si cum hac clausula [non obstante] concurrat etiam clausula [ex certa scientia,] quia tunc habet effectum clausulæ specialis derogationis, vt per Gozad. cons. 5. nu. 6. & cons. 14. nu. 10. & cons. 62. nu. 8. Sanè semper intellecto, quod hæc clausula opposita fuerit non in precibus, sed in ipso rescripto. Dominicus in cons. 65. num. 27. in fin. cum seqq. Steph. de vtraq. signat. cart. 37. col. 2. Ruyn. cons. 123. in fin. vol. 4. facit Rot. in nouiss. decis. 28. de rescript. vbi loquitur de clausula summarie posita in supplicatione, non in rescripto.

EXCVRSVS LXXVII

Clausula [nemini ergò liceat &c.]



DE huiusce clausulæ viribus recurritur communiter ad Bart. in extrauag. Qui sint rebelles, in fin. vers. nulli ergò &c. vbi quod apposita in Constitutionibus Imperialibus operatur quod nullus siuè priuatus, siuè in quacumque dignitate constitutus etiam Vicarius Imperialis possit Constitutioni contrauenire, vel retractare, aut per malitiosam interpretationem eam infringere, etiam absque vllo dolo, sed per subtilitatem, etiam in simplici attentatione, sub pœna indignationis Principis, ex qua licet contraueniens quãdoque non priuetur Feudo strictè loquendo, vt explicat Alex. cons. 103. Videtur prima consideratione sub nu. 14. vers. primo quia; id tamen consequitur, vt Princeps ei se gratiosum non exhibeat.

Licet contrarium quoad hoc postremum placuerit Bald. in c. 1. §. porrò, nu. 6. Quæ sit prima caus. feud. amitt. quem refert Marches. de commiss. par. 1. pag. 422. num. 104. Soc. cons. 87. visis inuest. col 2. vol. 3.

In rescriptis autem Pontificijs importare contra infractores pœnam extraordinariam firmant Bellinc. in tract. de charitat. subsid. quæst. 44. Restaur. de Imperat. quest. 100. Menoch de arbitr.

arbitr. caſ. 365. nu. 5. vbi quoad hoc reiecta Bartoli ſententia dicit veriuſ ſenſiſſe Baldum volentem indici poſſe contra tranſgreſſores pœnam priuationis Feudi, & refert Barboſ. Iaſ. Caccialup. & alios firmantes, puniri debere tranſgreſſores pœna extraordinaria, quam adeò extendit auctoritate Lucæ de Penna, vt dicat dari poſſe caſum, vt tranſgreſſor puniri poſſit pęna capitis, ſuadente ſcilicet ſubiecta materia, puta, quia mandata fuiſſet, & neglecta Caſtri tuitio ſequuntur Matt. clauſ. 314. Bart. clauſ. 91. præcipuè nu. 4.

EXCVRSVS LXXVIII.

Confirmatio cum expreſſione eorum, quæ confirmantur, facta ab eo, qui habet facultatem eadem concedendi, habet vim nouæ conceſſionis, nec ad illius validitatem requiritur rei confirmatæ exhibitio.




DEfinitio illa deſumpta ex Auth. ſi quis in aliquo ex qua habemus non credi referenti, niſi ſimul conſtito de relato, limitatur communiter à DD. in relatione, quæ fit ab eo, qui habet facultatem eadem diſponendi. Bar. in l. admonendi, per primam gloſſam, ibi, ff de iur. iurand. Bald. l. ſi donatio in fin. C. de donat. quem refert, & ſequitur Afflict. deciſ. 273. nu. 2. poſt Alex. Dec. d. auth. ſi quis in aliquo nu. 40. C. de edend. & in l. edita num. 86. C. eod. vbi eam adducit concludentem rationem, quia quando fit relatio per illum, qui habet poteſtatem diſponendi, cum conſtet de voluntate diſponentis, valere debet diſpoſitio, dato, quod relatio non verificetur; & comprobat dictum Bartoli tradentis, quod quando Princeps concedit facultatem colligendi vectigalia, prout hactenus fuit conſuetum, quod licet de conſuetudine non conſtet, valet conceſſio, quia apparet de mente concedentis. Et hæc eadem deffinitio optimè concludit in confirmatione eorum, quæ exprimuntur facta ab eo, qui habet facultatem eadem concedendi, cum de illius voluntate plenè conſtet, & in qualibet diſpoſitione ſiue vltimæ voluntatis, ſiuè cõtractus reſcripti, ſeù priuilegij, & in quacumque materia, vt

poſt

post Ias.firmat Rip. in l.admonendi nu. 35.ff.de iureiur. Didac. pract. quæst.cap. 21.nu.2.Soc.sen. cons. 205.col.1.lib.2.Paris.cons. 33. nu. 7. lib. 1. Crauett. cons. 257.nu.3.Osasch. decis. 39.nu.4.Bolog.d.aut. si quis in aliquo nu.57.& 59.Menoch. cons. 90.nu.42.& ante eum Bello.cons. 36.nu.4.Boer. quæst. 247. nu. 3. qui loquuntur in terminis priuilegij, plenè post alios Surd.cons. 241.in princ.lib. 2.Io: Andr. Georg. reper. feud. cap.16.nu. 34. vbi ex sola clausula *ex certa scientia* inducit vim nouæ concessionis in Principe Fontanell. de pact. nupt. tom.2. claus. 14. nu. 23. 28. latè Castill. controu. lib. 4. cap.43.nu.30. cum seqq. & lib. 5. cap. 89. num. 209. cum seqq. & de tertijs regijs cap.5.nu.9.Rot.diuers.part.1.decis.56.in princ.Giurb. decis. 10. nu. 15. & denique confirmationem expresso tenore rei confirmatæ firmam esse post Felyn. tradit Petr. de potest. Princ. cap. 32. de claus. ex cert. scient. nu. 37. fol. mihi 214.

EXCVRSVS LXXIX.

Citatio introducta fuit ad Iudicialia expedienda. In extraiudicialibus verò non est necessaria.



Ffirmatiuæ de Iudicialibus sunt textus claril. de vnoquoque ff. de re iudic. l. nàm ità Diuus. ff. de adopt. l. si quando C. de testam. c. cum olim de testib. Clem. Pastoralis de re iudic. c. Ecclesia S. Mariæ in fin. de constit. cum concordantib.

Negatiuam de extraiudicialibus, in quibus non exigi citationem, vt in electionibus docet D. Innoc. in c. cum nobis 19. de elect. verb. reuocare sub nu. 5. quem probat Felyn. in c. dudum de rescript. nu. 18. & clarius sequitur Castren. in cons. 238. lib. 1. sub nu. 6. vbi docet in impetrationibus, quæ fiunt à Principe non requiri citationem Bald. in l. neque naturalis C. de probat. nu. 17. Vbi ex eo tradit executorem ad prouidendum non teneri citare aliquem de necessitate, quia officium executoris quod datur ad prouidendum, est extraiudiciale. Id ipsum firmat Roman. cons. 369. sub nu. 29. quem refert, & sequitur Paris. cons. 1. nu. 27. & cons. 101. nu. 119. lib. 1. Nicell. concord. glos. fall. 40. nu. 75 Soc. de cit. art. 7. In quib. cas. non requirat.

 clrat.

citat. caſ. 30. & in extraiudicialibus non exigi citationem latè, probat Franciſc. Salgad. de Regia protectio. part. 1. cap. 2. à nu. 130. & infra, & præcipuè nu. 141. vbi poſt Pariſ. vbi ſupra, docet, quod quando Princeps procedit extraiudicialiter, non requiritur citatio.

EXCVRSVS LXXX.

Ad validandã Principum priuilegia, ea præſertim, quæ motu proprio conceduntur, non exigitur citatio.


IMperator Iuſtinianus in l. 2. C. de tempor. appell. ſtatuit lapſis fatalibus poſſe appellantem intra tres menſes petere ab ipſo reparationem illorum; in qua petitione expreſsè decernit non fore neceſſarium partis citationem, per quem textum, Bald. ibidem vniuerſaliter notat ſub nu. 1. In Principum reſcriptis non eſſe neceſſariam citationem. Sed plenius Bart. ibidem ſub nu. 3. Quod quando à Principe impetratur priuilegium, quod vel partem modicè lædit, vel non exigit cauſæ cognitionem, tunc non requiritur partis citatio. Pariter cum textus in l. fin. C. de ſumpt. & lit. expenſ. ad æqualitatem reduxiſſet litigantes, qui ex priuilegio ſumptibus litium facti fuiſſent immunes, ibidem Bald. n. 11. opponit, quod tale priuilegium non valeat, non citatis Iudice, ac Tabellione, qui læduntur, & reſoluit valere, quia eſt actus ſupremæ poteſtatis, cui contradici non poteſt; cui dicto add. dant concordantes Io: Andr. Alber. Ant. de Butr. tradit etiam Bart in l. Gallus §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth. Abb. in c. inter quattuor de maior. & obed. Alex. conſ. 11. nu. 4. vol. 7. Dec. in l. qui poteſt ff. de reg. Iur. & conſ. 191. col. 3. & latius conſ. 194. Viſo themate. in 2. dub. & conſ. 390 nu. 15. 16. & conſ. 698. col. 1. Tiraquell. in tract. res inter alios acta, vbi quod tunc Princeps Iure ſuo vtitur, ac nemini facit iniuriam Gozad. conſ. 1. nu. 7. & conſ. 5. nu. 28. & conſ 9. nu. 62. Bart. Soc. conſ. 10. nu. 38. Bello. conſ. 28 nu. 14. Gabr. conſ. 161 num. 2. Natt. conſ. 509. nu. 10. Cotta in memorabilib. verb. citatio fallent. 7. Gabr. de citat. concl. 1. nu. 436. vbi teſtatur de communi. Nicell. concord. gloſ. fall. 51. 52. 53. Præſertim quando motu proprio procedit.

Quæ

Quæ omnia licet non careant contradictore, quando agitur de graui præiudicio, nec constat Principem vti velle plenitudine potestatis, tamen si iungantur cum clausula illa *motu proprio*, quæ, vt vidimus alibi, æquipollet clausulæ *ex certa scientia*, & plenitudine potestatis, tunc apud omnes constat nullam desiderari posse citationem, qua de re habemus textum in c. cum olim de re iudicat. & ibi Cannon. omnes, Host. & Io: Andr. in c. in præsentia de probat. & c. 1. de cauf. possess. & propriet. post Bart. alij in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. Bal. in l. nec causas. C. de appell. & in l. 3. §. si is pro quo ff. quod quisq; Iur. Alex. in l. de vnoquoque col. vlt. ff. de re Iudic. Gozad. d. cons. 9. nu. 62 per textum in l. 2. in fin. ff. de in integr. restit. Petr. de potest Princ. sæcul. cap. 32. de clausula *ex certa scientia* nu. 37. cum seqq.

EXCVRSVS LXXXI.

Quæ aliquo inuito, & reluctante fieri possunt, eo etiam non citato legitime fiunt.



HAc de re sunt textus expressi in l. recusare. in princ. ff. ad S.C. Trebell. l. 4. §. illud videamus & in l. si cum seruum 28. §. 1. & §. fin. ff. de fideic. libert. l. qui potest. 174. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. l. nec non ignorante, & inuito ff. de tutor. & cur. dat. ab his c. cum olim de sent. & re iudic. & ibi DD. communiter, & alibi Io. Andr. in c. 2. de nou. oper. nunc. & in addit. ad specul. tit. de senten §. species vers. habeo. de præcepto circa med. & in c causam quæ col. 1. post Butr. de rescript. Abb. c. accepta. in fin. de appellat. & in c. bonæ. col. 4. vers. Item noto de elect. Oldrad. cons. 95. in fin. Calder. cons. 8. Castr. cons. 216. circa princ. Rom. cons. 212. col. 1. & cons. 369. dub. 5. vers. huius est ratio. Alex. l. si pacto quo pœnam col. 1. vers. limita tamen C. de pact. & cons. 2. Visis Codicill col. 6. lib. 1. & cons. 130. Difficultas huius negotij. post princ. eod. lib. Imol. in l. si quis mihi bona §. iussum ff. de acq. hæred. Dec. cons. 698. nu. 3. par. 5. Brun. cons. 1. num. 70. & cons. 19. nu. 5. in vol. consil. feudal. Tiraquell. in tract. res inter alios acta lim. 2. Gabr. de citat. concl.

O 2 1. lim.

1 lim. 16. nu. 348. Scarder. de feud. part. 10. sect. 9. nu. 195.

Et ex hoc eodem fonte illud etiam deriuat, quod nec etiam citandus est ille, cui certum nullam competere deffensionem, nec Ius contradicendi Oldrad. d. conf. 95. in fin. Abb. c. cum olim de reiudic, Felyn. c. qualiter & quando de accusat. Castr. l. quia poterat in fin. ff. ad Trebell. Hypol. in rub. de probat. & l. 1. verf. fuit etiam ff. de quæstio. & sing. 30. Tuscif. Soc. de citat. in 2. & 7. casu, Gabr. de citat. d. concl. 1. nu. 332. Brun. conf. 1. Curt. conf. 1. Gozad. conf. 92. Soc. Iun. conf. 77. nu. 110. vol. 1. Grat. conf. 1. vol. 1. Paris. conf. 1. & conf. 101. vol. 1. & conf. 5. vol. 4. & alij passim.

EXCVRSVS LXXXII.

Clausula [Ex certa scientia, & plenitudine potestatis] sanat deffectum citationis.



Icuti solus Princeps potest legem condere, ità solus potest priuilegium concedere nemine citato, vt indistinctè docuit Bald. in l. fin. quib. res iudic. non obst, qui etiam in l. fin. ad fin. C. de fructib. & lit. expens. dixit, quod actus priuilegiandi est supremæ potestatis, quam alterius contradictio non impediret. Et ideò optimè tradit Bart. in l. nam ità diuus ff de adopt. prædicta procedere, vt non sit opus citatione, quando apparet Principem vti velle plenitudine potestatis, nam in dubio non præsumitur velle nocere tertio. Hinc celebre D. Innocen. dictum in c. nisi cum pridem sub nu. 9. verb. indulgeri, Quod scilicet superior, penes quem est potestas dispensandi, dispensationem tribuet etiam non vocatis illis, ad quos pertinet electio, vel confirmatio, vel quicquid aliud iuris, intelligendum pariter est, dummodo constet eum vti velle plenitudine potestatis, ità intelligit Ludouic. Roman. conf. 369. sub nu. 25. & post, Abb. Felyn. in cap. cum olim de sent. & re iudic. sub n. 6. & in c. causam de rescript. Abb. conf. 86. col. pen. vol. 1 Dec. conf. 191. col. 2. Soc. conf. 156. col. 2. vol. 1. Ruyn. cõs. 7 nu. 15. vol. 3 & cõs. 104. nu. 14. eodẽ sequitur Gabr. de citat. concl. 1. sub nu. 12. vbi licet afferat contrariantes, tamen nu. 13. eam affert ex Soc. satis rationabilem concordiam,

vt con-

vt conclusio procedat in eis, quæ à liberalitate Principis procedunt, non autem in actu decisiuo Iuris controuersi, quem sequitur Monet. de coniect. vlt. vol.cap.7.nu.98.Barbos.de clausul. claus. 59. nu. 8.

Iuncta præsertim cum clausula *ex certa scientia*, quæ licet habeat eamdem vim cum clausula *de plenitudine potestatis* arg. l. quidam consulebat ff. de re iudic. gl. & Bal. in l. eos in princip. C. de appell. Curt. sen. cons. 13. nu. 13. Rim. Iun. cons. 27. nu. 24. cum seqq. Tamen viscius specifica est, vt suppleat, & vim habeat specialis derogationis gl. in l. quoties C. de precib. Imperat. offer. & ipi Salyc. & de communi opinione testatur cons. 63. nu. 4. vol. 3. sequitur, & testatur etiam de communi Menoch. cons. 34. nu. 17. lib. 1. Sed quando istæ duæ clausulæ *ex certa scientia, & plenitudine potestatis* expressè iunguntur, tunc facere valere actū, & dispositionem etiam in præiudicium tertij, tam respectu voluntatis, quam potestatis, supplereque quemcumque defectum voluntatis, formæ, & personarum latè Rimin. cons. 45. & post eum Paris. cons. 15. nu. 69. cum plur. seqq.

EXCVRSVS LXXXIII.

Priuilegia ad preces concessa præsumuntur vsu recepta, nisi contrarium probetur.



NAm priuilegia à Principe concessa sunt quædam priuatæ leges, contra, vel præter Ius Commune, siuè concessiones Iuris singularis, præter, vel contra Ius Commune. Ità Archid. in c. fin. col. 1. ad fin. 25. qu. 1. Dec. cons. 147. nu. 2. & vt docet Soc. in cons. 169. col. 3. vers. subtilius vol. 2. se habet ad Ius Commune tanquam excedens, & excessum, & de sui natura debent esse perpetua c. debet de reg. Iur. in 6. DD. in l. falso C. de diuers. rescript. nec per consequens ad sui validitatem exigunt possessionem ex parte illius, cui conceduntur, sed præsumuntur vsu recepta ad instar legis, seù statuti. Licet namque in Iure verissimum sit, legem, aut Statutum vsu non receptum neminem ligare, per celebrem glos. in c. 1. de treug. & pac. verb. frangere quam ibi sequuntur Panor. & Felyn. Bart. in Auth. Commune peregrin. C. comm. success. & cōs.

144. Ias.

144. Iaſ. l. ſi filius ff. de lib. & poſth. & in l. rem non nouam C. de Iudic. vbi plenè; tamen id verum eſt, dummodo doceatur de non vſu per probationem contrariæ conſuetudinis, cum in tali negatiua conſiſtat fundamentum intentionis allegantis Dec. conſ. 649. nu. 9. Gozad. conſ. 16. in fin. Creſcent deciſ. 79. Curt. iun. conſ. 129. nu. 12. vbi teſtatur de communi, Rot. diuerſ. deciſ 56. nu. 4. & deciſ. 775. nu. 2. & 3 latè Ricc. in collect. 1673. vbi præſumitur pro receptione ſaltem vſque dum fuerit probatum per non vſum renunciatum fuiſſe.

EXCVRSVS LXXXIV.

Priuilegia, quæ in facultate faciendi conſiſtunt ex non vſu non amittuntur.



Licet enim regula ſit in contrarium per tex. l. 1. ff. de nundin. & ibi Bar. & in l. fin. ff. de cōſt. Princ. & in l. locatio. §. earum rerum ff. de public. cap. cum acceſſiſſent ext. de conſtit. & ibi Felyn. nu. 14. deciſ. nu. 70. & conſ. 638. Alex. conſ. 33. lib. 5. Gail. lib. 2. obſer. 60. n 2. Gabr. conſ. 162. per tot. lib. 2. Tamen in contrarium eſt veritas, quando in conceſſione fuere appoſita verba denotantia temporis perpetuitatem. Rom. conſ. 388. num. 20. vol. 1. Garz. de Hiſpan. nobil. gl. 1. num. 79. Ioan. Franc. à Pont. de poteſt. Proreg. tit. de diuerſ prouiſ. cap. de mercat. ſeù nundin. nu. 13.

Prout etiam certū eſt per non vſum non amitti, quando, vel non ſe obtulit facultas, vel quando non proceſſit voluntariè, ità multorum auctoritate probat Padill. in l. falſo. C. de diuerſ. reſcript. num. 4. Balb. de præſcript. 4. par. 5. par. princip. qu. 4 nu. 3. Gail. l. obſeru. 50. nu. 2. cum ſeqq. & ibi Berti. in addit. conſid. 2. à nu. 1. 1 9. Mi tell. deciſ. 59. nu 6. Fontanell. de pact. nuptialib. tom. 1. clauſ. 5. gl. 2. n. 20. Cancer. var. reſol. tit. 3. cap. 3. nu. 272. plenè Acacius de priuil. lib. 3. c. 5 nu. 51. cum ſeqq. Ciriac. Nig. controu. nu. 19. cum ſeqq. lib. 1.

Sicuti etiam certū eſt per non vſum non amitti, ſi ſermo ſit de priuilegio, quod tranſiuit in vim contractus, vt ex Butrio, Calderino, Riminaldo, & aliis firmat Carol. de Tapia in l. fin ff. de conſt. Prin. 2. par. cap. 1. num. 8.

Non

Non omittẽdum tamen in proposito, quod cum in his, in quibus adest titulus per vsum partis retineatur vniuersum jus quoad quaslibet species sub eo contentas. Bart. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. act. priu. Angel. in l. vna est via. ff. de seru. rust. præd. Boer. decis. 227. num. 4. Ille, qui ex concessione superioris habet Iurisdictionem, vsus illius ex vna parte tribuit etiã vsum in alia, & vniuersum jus conseruat, vt per Bart. Castr. in l. imperium ff. de Iurisd. omn. Iudic. Butr. in c fin. de caus. poss. & propr. Abb. cum olim. de præscript. Capell. Toloss. 321. Gabr. de præscript. concl. 2. num. 18. latè Tiraq. in tract. primog. quæst. 39. per totam, Marescott. var. resol. cap. 11. num. 34. Et in specie nostra priuilegiorum, vsus priuilegij in parte tollit quamcumque præscriptionem aduersus illud inductam Rom. d. cons. 388. num. 25. lib. 2. Garz. dict. §. 1. num. 79.

EXCVRSVS LXXXV.

Priuilegium concessum in remunerationem, meritorum non amittitur ob non vsum.



Cum enim tale priuilegium reuocari non possit. l. Aquilus regulus. ff de donat. gl. l. decurionibus. C. de silentiar. lib. 11. Bald. in l. si cum mihi, ff. de dol, vbi dicit ità se consuluisse in Ciuitate Senarũ, & in l. qui se Patris. C. vnd. liber. Castr. in l. digna vox C. de legib. Aret. in cap. nouit. col. 4. de Iudic. & ibi Felyn. vers. Tertiò limita. Rip. in l. si vnquam num. 29. de reuoc. donat. & ibidem Tiraq. plures cumulans verb. donatione largitus nu. 24. Alex. cons. 216. nu. 21. vol. 1. Abb. qu. 26. vol. 2. Soc. cons. 58. nu. 9. vol 1. vbi quod transit in contractum Dec. cons. 286. nu. 4. & cons. 292. nu. 7. Crauett. cons. 963. nu. 26. latè Rol. cons. 76. nu. 17. & seqq. vol. 2. Rim. sen. cons. 307. nu. 4. Berett. cons. 1. nu 16. & cons. 13. nu. 10. Decia. cons. 25. nu. 30. cum seqq vol. 1. Menoch. cons. 2. nu. 130. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. habent. iur. fisc. nu. 29. Capic. decis. 121. nu. 16. Osasch. decis. 139. num. 18. Proptereà perpetuò durat, nec per non vsum amittitur Gabr. cons. 151. nu. 11. vol. 2. Bardell. cons. 22. nu. 38. vol. 1. Mastrill. decis. 96. n. 8. lib. 1. Ciriac. Nig. controuers. 57. n. 58. lib. 1. Castill. de Tertijs cap. 19. nu. 11.

EXCVR-

EXCVRSVS LXXXVI.

Petens Inuestituram alieno nomine, & eam obtinens, non præiudicat illi, cuius nomine obtinuit, non docto de mandato, seu ratificatione.

HÆc definitio satis nota humanæ naturæ sancita est per textum in l. id quod nostrum ff. de reg. Iur. c. non debet, de reg. Iur. in 6. Neque enim absque facto, vel consensu meo, obligatio aliqua, siuè actiua, siuè passiua induci potest l. 1. cum plur. seqq. ff. de act. & oblig. Sed in puncto Inuestituræ nomine alieno receptæ, sed sine mandato, vel ratificatione quod nihil valeat docet D. Alex. cons. 24. Ponderatis his sub nu. 3. Albert. Brun. cons. 127. col. 33. vers. Istæ Inuestituræ part. 2. vbi ampliat etiam si enunciatum esset mandatum in Inuestitura; Idem videtur sentire Dec cons. 516. sub nu. 22. vers. subsequenter quæritur par. 4. Et in hac eadem causa Finariensi aduertit Menoch. cons. 2. nu. 291. Et admittit in hac eadem causa, licet contra nos respondeat, Collegium Papiense in resp. 3. nu. 32. 33. impressum post tract. Possess. Menoch. fol. 567.

EXCVRSVS LXXXVII.


Assertioni Imperatoris ad commodum Imperij, & ad præiudicium tertij non creditur.

LIcet enim regulariter credatur Papæ aliquid attestanti per tex. in Clem. 1. de probat. & in c. cum à nobis de testib. vbi Abb. in princ. vers. fallit hoc in Papa, dicens quod ità summatur communiter ille textus, & nu. 1. & 2. Et extendatur dispositio dicti textus ad Imperatorem, & alios Principes Bar. in l. ambitiosa nu. 28. ff. de decr. ab ordin. faciend. Castr. in cons. 300. col. 2. Natt. cons. 438. nu. 39. Ma-

39.Mascard. conclus. 1233. nu. 1. & plur. seq. Tamen vbi agitur de commodo ipsius Principis, vel Imperij, non habet locum dispositio dictæ Clem. 1. de probat. Isern. in c. Sancimus quo tempore miles. Oldr. cons. 270. in 2. dub. Anchar. cons. 398. in fin. Io: Monac. in extrauag. Bonif. VIII. Incip. Rem non nouam, maximè si concurrat præiudicium tertij. Hinc DD. passim dicunt, quod si imperator asserat aliquem esse rebellem, vel aliud delictum commisisse, propter quod feudum ad Imperium deuolutum est, ei non creditur. Campeg. inter Cons. Brun. cons. 2. col. 2. vers. confirmari possunt. Ruin. cons. 41. nu. 12. cons. 46. nu. 10. & cons. 47. nu. 8. vol. 1. Decian. plures citans in cons. 23. nu. 6. lib. 1. Gram. decis. 15. nu. 10. & seq. decis. 65. nu. 6. decis. 103. nu. 228. cum seqq. & decis. 105. nu. 1. & plur. seqq. Ioseph Ludouic. alios citans concl. 14. nu. 42. vel vers. infertur 42. & illat. seqq. Bal. cons. 326. Rex Romanorum nu. 10. lib. 1. Rom. cons. 352. nu. 24. & seq. latè Rosentall. de feud. cap. 10. ex quib. feu. amitt. concl. 11. nu. 19. & ibi in litt. V citat plurimos, amplians nu. 20. etiam si Iure Iurando hoc firmaret, ex Plot. in l. si quando §. 48. nu. 9. C. vn. vi. qui tamen in meo Codice est in §. 49. vbi quod antiquum decretum Mediolani, quod contrarium disponebat, fuit declaratum per Senatum non valere, rationem assignans, quia est contra Ius diuinum, & contra naturalem æquitatem, quod credatur vni, & ad proprium commodum. Mascard. d. concl. 1233. nu. 104. & 106. Farinac. qu. 63. cap. 2. nu. 171. & seq.

EXCVRSVS LXXXVIII.

Inuestitura rei allodialis obtenta lite pendente ipso Iure nulla est.



L. 2. l. quicumque & l. censemus C. de litig. & ibi Butrig. in princ. vers. aut ergo. Bar. in 1. qu. Salic. in 1. notab. Fulgos. nu. 7. & 2. Sicard. nu. 3. & seq. Bar. in l. 1. §. 1. nu. 3. vers. hodie verò ff. de litig. Cum: ibid. nu. 5 Bero. cons. 155. nu. 40. vol. 1. Afflict. decis. 331. nu. 3. Menoch. cons. 2. nu. 290. Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. nu. 455. Boer. decis. 33. nu. 2.

Et vera est conclusio, siue obtinens Inuestituram sciuerit litem pendere, siuè ignorauerit tex. ad litteram in d. l. censemus, quæ est fin. C. de litig. ibi, *siuè scientem, siuè ignorantem vitio litigiosi contractum subiacere*. Et hoc notauit glos. in figuratione casus Bal. nu. 1. vbi reddit bonam rationem. Angel. nu. 2. Salic. n. 1. & 4. Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ nu. 10. vt lit. penden. Præsertim si in potentiorem fiat. l. 1. & 2. C. ne lic. poten. c. fin. de alien. Iud. cauf. vitan. fact. Menoch. d. conf. 2. nu. 299. quinimò etiam si litigiosa res non sit, illius alienatio irritatur in potentiorem facta, modò aptus, & idoneus sit ad inferendum terrorem, & metum, nec iuramento firmatur. Osasch. decis. 144. nu. 2. & 12. vbi latè.

EXCVRSVS LXXXIX.


Qui vti vult Inuestitura concessa antiquitus aliquibus tanquam Antenatis suis tenetur probare se ab illis descendere, & progenitum esse.

DVcitur hæc conclusio ab illo famigerato, & à nullo impugnato axiomate Iuris, quod quilibet teneatur probare, & clarè id, quod est suæ intentionis fundamentum l. ei qui dicit ff. de probat. l. actor quod assseuerare. C. eod. tit. Rol. conf. 56. nu. 33. conf. 69. nu. 47. conf. 72. nu. 97. conf. 58. nu. 72. & conf. 86. nu. 10. lib. 3. Decian. conf. 41. nu. 4 lib. 3. & conf. 24. nu. 61. lib. 1. Et qui se talem dicit, puta agnatum, propinquum, debet hoc probare, aliàs nihil agit. Dec. conf. 13. col. 2. Cephal. conf. 82. nu. 8. Rol. conf. 10. lib. 4. Alex. conf. 82. lib. 1. Et in puncto, quod qui se fundat in Instrumento debeat probare causam habere ab illo, aliàs succumbat Bal. in l. si sine ff. de iniuit. rupt & irrit. testam. & in l. ad probationem. C. de probat. Sim. de Pret. conf. 42. nu. 10. & de prætendente se vocatum ex Inuestitura aliqua, & in ea comprehensum, vt debeat probare se descedere à nominatis in illa. Paris. conf. 2. nu. 23. lib. 1. Brun. conf 24. nu 3. Crau. conf. 131. nu. 8. & conf. 197. nu. 5. Sim. de Pret. d. conf. 42. nu. 12. Menoch. conf. 2. nu. 127. Soc. Iun. conf. 76. nu. 65. lib. 1. Alciat. lib. 5. resp. 4. nu. 40. Gozad. conf. 7. nu. 12.

EXCVR-

EXCVRSVS XC.

Princeps non censetur per rescriptum Iuribus tertij derogare voluisse, quæ ignorauit, quæ si sciuisset, nunquam præsumitur tollere voluisse.



L. 2. §. meritò & §. si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. l. sciendum ff. ex quib. cau. maior. l. nec actus C. de emancip. liber. c. super. de off. deleg. c. suggestum. de decimis c. quamuis de rescript. in 6. c. dudum de priuil. Imò Iura tertij censetur reseruare Bal. in l. 1. nu. 5. ff. de const. Princ. Paris. conf. 23 nu. 153. lib. 1. Honded. conf. 39. n. 45. lib. 2. Surd. conf. 42. nu. 20. maximè verò in contractu, vel materia feudali, in qua Principes nou habent largas habenas, vt dicit Paris. d. conf. 23. nu. 153. lib. 1. qua ratione Inuestitura quælibet intelligitur semper habere clausulam [sine præiudicio alterius] c. 1. in princ. per quos fiat Inuest. Afflict. in c. 2 nu. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiss. Mantic. de tac. & ambig. lib. 23. tit. 19. nu. 20. Rot. in recentior. decis. 664. nu. 2. Castil. latè de Tertijs debit. Reg. Hispan. cap. 36. nu. 11. & seq. vbi post Menoch. dicit præsumi falsum rescriptum potius, quam quod dicatur Principem voluisse Ius tertij lædere, materiam hanc exornando. Regens à Pont. decis. 38. nu. 7. Intrigol. de feud. cent. 2. art. 1. num. 529. Carol. Tap. decis. Neap. 12. nu. 19. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 11. nu. 1. & seq. Ant. Fab. in suo responso causæ Montisferrati 1. par. f. 297. & 300.

mulantes dicunt, Rim. iun. conf. 242. num. 64. & seq. Burfat. conf. 139. nu. 59. conf. 140. nu. 22. & conf. 152. nu. 13. vol. 2. Menoch. conf. 180. num. 24. exornat Surd. decif. 10. num. 12. & conf. 60. nu. 1. Rot. apud Ludouif. decif. 352. nu. 3. & 7.

Et in specie, quod probat dominium contra confitentem, etiã si alieno nomine recognoscat, & de mandato eiusdem non appareat, post Barr. Bald. Cum. & Castr. in l. cum falsa, C. de iur. & fact. ignor. tradit Rip. in l. si aliquam rem, ff. de acquir. poss. n. 38. & seq. Ruin. conf. 108. nu. 19. & seq. lib. 2. Crauet. conf. 29. n. 1. lib. 1. Soc. sen. conf. 11. lib. 3. Quæ confessio non solum nocet confitenti, sed & eius successoribus vniuersalibus, ea ratione, quod successor non debet esse melioris conditionis suo antecessore, l. in omnibus officijs, §. non debet, & l. aliud est vendere, §. fin. ff. de reg. iur. Et quod hæres, & successor vniuersalis obstringatur confessione sui antecessoris, est tex. in d. l. generaliter, & §. authent. contra qui propriam, C. de non numer. pecu. l. post mortem, ff. de adopt. c. per tuas de probat. c. 2. cautis de fid. Instr. Crau. in d. resp. pro genero, num. 11. Aret. conf. 112. Rot. decif. 797. nu. 7. par. 1. in nouiss. & part. 3. recent. decif. 161. num. 2. & decif. 109. num. 1.

Ampliatur conclusio, vt etiam noceat singularibus successoribus habentibus ab eo causam, Aret. d. conf. 112. Soc. sen. conf. 13. nu. 4. & conf. 82. nu. 3. lib. 3. Crau. conf. 217. nu. 7. & de confessione dominij, Soc. conf. 11. num. 1. lib. 3. Rip. in d. l. si aliquam rem, nu. 42. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 101. nu. 16. & in conf. 2. nu. 373.

EXCVRSVS XCIII.

Ex fabricatione in littore Maris probatur dominium ad fauorem ædificantis.



QVod adeò verum est, vt licet regulariter ædificium cedat solo, l. adeo, §. cum in suo, ff. de acq. rer. domin. ; si tamen ædificetur in littore maris, respondet Modestinus in l. in tantum, ff. de rer. diuis. solos dominos constitui eos, qui ædificant, licet id attestetur quousque ædificium durat, nam eo dilapso quasi Iure postliminij reuertitur locus

cus in pristinam causam, in tantum, vt si alius in eodem loco ędificauerit, eius fiat. Quinimmo licet riparum vsus publicus dicatur, vt est textus in l. riparum, ff. de rer. diuis., in eo tamen sensu non est intelligendum, quasi sit in patrimonio populi, sed vt ea, quæ primùm natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt; vt docet Nerat. in l. quod in littore 14. ff. de acq. rer. domin. tradens propterea ædificata in littore maris eius esse, qui ædificauerit; cui deffensioni obstare non debet dispositio, de qua d. l. adeo, quia, vt respondet Bald. d. l. qui in littore, illud procedit propter donationem præsumptam desumptam ex mala fide impendentis, ad ibi notata, & in §. locus autē Instit. de rer. diuis. vel & subtilius, quia ibi res transit cum suo onere de esse, hic verò de vno esse ad aliud esse, secundum Riccium in l. sed si & in eis, §. si meam latam, ff. de acquir. rer. dom. & propterea iure merito ædificans in littore maris, efficitur dominus: Hinc doctissimus Cuiac. inst. de rer. diuis. verb. accedere, eam adducit rationem, quia communium rerum proprietas omnibus patet; & in verb *casam ponere*, distinguit inter maris littora, & fluminum ripas, quod ripæ publici Iuris, littora Communis sunt. Hinc in ripis posita ædificia solo cedunt, & non ędificanti, contra verò, quæ in littore maris, cedere ædificanti, ex eo discrimine, quod publica à Communibus proprietate; non vsu, & cum hac conclusione, tanquam indubitabili, transit Bart. Cepoll. de seruit. rust. præd. c. 27. nu. 3. plenius Balb. de præscript. in 4. part. 5. par. principali. quæst. 6. vbi fusè prosequitur, an ea, quæ Iuris gentium sunt sint præscriptibilia, saltem per tempus, cuius initij memoria non extet; & nu. 7. quærit, an ea, quæ Iure gentium communia sunt, postquam fuerint occupata per ædificationem, vt in his terminis si desunt per destructionem, an inquam ille qui occupauerat habeat Ius prohibendi, ne alius ædificet, & concludit negatiuè, & per consequens, quod si Ciuitas Venetiarum destrueretur, non haberent Veneti Ius prohibendi, ne alius ibidem ædificaret, cuius assertionis auctoritas sit penes ipsum; sufficiat in proposito huius Excursus, indubitatum apud omnes, ædificanrem in littore maris effici Dominum ædificij, quod sequutus est etiam Menoch. nost. d. cons. 2. num. 374.

EXCVR-

EXCVRSVS XCIV.

Per Inuestituras probatur dominium concedentis.



Via recipiens videtur confiteri concedĕtem esse dominum, vndè nil mirum si hæc confessio nocet confitenti l. publia. ff. deposit. & per hanc rationem id tenent Bart. & Bald. l. cum falsa C. de Iur. & fact. ignor. Bald. c. 1. §. sacramentum de consuet. rect. feud. & in c. 1. vers. Item Odoardus quęrit de cap. qui cur. vend. Spec. post antiquiores, tit. de emphit. §. nunc aliqua Castr. l. si aliquam rem & ibi Rip. nu. 38. & seq. ff. de acq. possess. Soc. cons. 11. lib. 3. Ruin. cons. 167. nu. 23. lib. 1. & cons. 14. nu. 9. vers. non obstat quartò. lib. 4.

Et non solum contra concedentem Inuestituram, sed etiam contra eius hæredes vniuersales, ac successores particulares in eodem feudo, qui ab ipso concedente, vel eorum successoribus causam habent Soc. d. cons. 11. & cons. 50. nu. 8. & cons. 68. nu. 6. lib. 4. Rip. in d. l. si aliquam rem nu. 42. Crau. cons. 217. nu. 7. vers. Quintò. Bal. in l. censualis nu. 1. C. de donat. Guid. Pap. q. 272. nu. 2. Cur. Iun. cons. 140. nu. 6. Mascard. concl. 544. num. 7.

EXCVRSVS XCV.

Instrumenta antiqua Inuestiturarum probant etiam contra tertium.



On solum quando concurrũt adminicula, quod indubitatum est. Bar. in l. ad probationem C. de probat. Felyn. in c. inter dilectos nu. 8. de fid. instrum. Dec. cons. 145. nu. 14. Ias. post alios in l. cum aliquis nu. 4. C. de Iur. delib. Sed etiam si adminicula non concurrant. Bal. in d. l. cum aliquis col. 1. in fin. & ibi salic. C. de Iur. delib. Dec.

cons.

conf. 36. nu. 6. 7. & conf. 42. col. 5. Mandell. Alb. conf. 299. nu. 11. Brun. in conf. 34. col. 1. & est communis sententia DD. vt dicit Felyn. in repert. in verb. Instrumenta antiquissima confecta refert, & sequitur Vinc. Annil. ad conf. Alb. 299. citatum litt. E Mascard. post alios concl. 542. nu. 14. Afflict. decis. 324. nu. 6. Paris. ex mente omnium conf. 52. nu. 51. lib. 3. Silua. conf. 57. nu. 44. Bursat. conf. 27. nu. 7. lib. 1. Pedroc. conf. 39. nu. 160.

Et siuè duo fuerint, Felyn. in c. causam, quæ nu. 4. de probat. Silu. d. conf. 57. nu. 12. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 6. nu. 21. Rot. diuers. decis. 185. num. 1. & conf. 462. num. 3. par. 1. Soc. conf. 86. col. 1. & conf. 49. col 2. lib. 1. Curt. sen. conf. 77. col. 2. Alex. in conf. 90. col. 3. lib. 6. siuè etiam vnū tantum, vt dicit Guid. Pap. decis. 272. nu. 2.

EXCVRSVS XCVI.

Imperatoris sententia, priuilegium, & rescriptum ad falsas preces obtentas nulla sunt, & inualida, & nemini nocent.



TExtus est, qui ad litteram probat in l. 2. in princ. ibi *præscriptione mendaciorum opposita*, & l. ii leg. bus §. ibi, *mendax precator attulerit careat penitus impetratis*, C. si contra ius, vel vtil. publ. Hinc Abb. in c. inter dilectos, de fid. Instrum. sicuti, & pro notabili scribit, quod si priuilegium confirmatorium impetratum ab Imperatore sit subreptitium, vt qui confirmat aliquod Instrumentum, quod sit falsum, vel alicuius contractus simulati, de cuius falsitate, vel simulatione non sit facta notitia Principi confirmanti, talis confirmatio non operatur, Decian. in conf. 29. nu. 22. & 33. lib. 2. vbi verum dicit, etiam si sententia foret super ea causa lata ex sententia Bart. in l. si is ad quem, ff. de acquir. hæred. & , Fulgos. in conf. 73 nu. 4. Deffectus enim voluntatis rescribentis, qui à principio inest, vt dicit Ias. in l. 1. nu. 2. C. si contr. ius, vel vtil. publ. Dec. conf. 541. nu. 20. Gozad. concl. 6. nu. 6. inest etiam in confirmante sententia, Anchar. in conf. 207. num. 8., & latius Collegium Paduanum in conf. sequenti nu. pariter 8. Rol. conf. 2. nu. 156. & seq. lib. 1. Menoch. conf. 1. nu. 399. & 414. Et est

gene-

generale, quod falsa causa vitiat omnem actum, & omnem dispositionem l. qui testamento 40. ff. de excus. tutor. l. si per errorem ff. de iurisd. omn. iudic. Alex. cons. 89. nu. 12. & 14. vol. 2. Rim. iun. cons. 355. nu. 48. Et in sententia Rot. decis. 27. de re iudic. in antiquis, & apud Ludouis. decis. 2. nu. 4. Et ità in materia Inuestiturarum obtentarum à Pontifice, vel Imperatore Dec. cons. 142. sub nu. 6. & cons. 373. nu. 13. Rim. iun. cons. 5. num. 224. & apertius cons. 233. num. 12. in fin. & ante illum Crauett. cons. 355. nu. 12. 13. & cons. 592. nu. 66. Bero. cons. 146. nu. 22. & seq. lib. 3. exornat materiam Achill. Pedroc. cons. 1. nu. 166. & plur. seq.

Nec hoc casu iuuant clausulæ [ex certa scientia, & plenitudine potestatis] vel motu proprio] vt Menoch. Rol. Decian. & alij supracitati concludunt, non enim supplent erroneam, & falsam informationem. Velasc. consult. 130. nu. 33. & multò minus purgant falsitatem narratorum. Sesse Aragon. decis. 113. nu. 167. Barbos. ad c. cum venerabilis nu. 16. 17. de confirm. vtil. vel inutil.

EXCVRSVS XCVII.

Voluntas Principis talis præsumitur, qualis de Iure esse debet.

BAl. in l. 1. nu. 6. ff. de const. Princ. Ias. in cons. 236. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 64. nu 7. & cons. 580. nu. 2. Et si rescribat contra Iuris dispositionem, præsumitur malè informatus. Bardel. cons. 111. nu. 49. Ias. in l. rescripta nu 1. C. de precib. Imper. offer. hinc Imperator in l. fin. C. si contr. ius, vel vtil. publ. mandat Iudicibus, vt rescripta sua Iuri contraria refutent, & non obseruent.

Sed præmissa facilius sunt vera, quando tertij Ius læderetur, cui nunquam præsumitur velle derogare, vt est tex. in l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loc. publ. & concessio quæuis intelligitur, saluo Iure tertij, vt ex communi firmat Valanquel. cons. 93 num. 31. & post illum Castill. de tert. reg. cap. 36. nu. 15. & seq. Merlin. de Iur. primog. lib. 1. cap. 8. nu 31.

Et verum est, etiamsi concurrat legitima causa derogandi,

quia si de derogandi voluntate expressè non constet, noluisse præsumitur Ruin. in cons. 197. nu. 21. lib. 1. & cons. 12. pariter nu. 21. lib. 3. Ant. Gab. in suis comm. conclus. tit. de Iur. quæs. non toll. concl. 2. nu. 29. Surd. cons. 203. nu. 28. & nu. 44. Honded. cons. 14. nu. 32. lib. 2.

A fortiori ergo vera sunt, vbi ignorauit ius tertij, cum illa excludat consensum l. Mater decedent. ff. de inoff. testam. l. si per errorem ff. de Iurisd. omn. Iudic. Decia. cons. 43. nu. 37. vol. 3. & in puncto concessionis Imperatoris, quod nullo modo trahi possit ad Ius tertij ignoratum consuluit Soc. Iun. cons. 77. nu. 124. vol. 1. Menoch. cons. 1. nu. 395. & nu. 422.

Ampliando etiam si vtatur clausulis [motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis] Soc. Iun. d. cons. 77. nu. 98. 105. & 126. lib. 1. Rol. cons. 2. nu. 157. & 163. cum seqq. vol. 1. Menoch. cons. 1. nu. 424. & cons. 2. nu. 144. & nu. 324. & 328. Consil. Papien. Colleg. post tract. Menoch. de recuper. respons. 3. nu. 38. idem Menoch. lib. 2. præs. 9. nu. 10. 16. 17.

Ampliando num. 18. etiam si Princeps in concessione vtatur verbis [non obstante Iure, & præiudicio tertij] si saltem simus in his, quæ maximi sunt præiuditij, sequitur Castill. de tertijs debit. Reg. Hispan. cap. 36. nu. 23. Pancirol. cons. 12. sub nu. 15. Pedroch. cons. 1. num. 289. & seq. Menoch. d. præsumpt. 9. num. 18. & 19. vbi sublimitat, nisi cum clausula [non obstante præiudicio tertij] adiecta esset alia clausula [ex certa scientia] Quinimò non sufficeret in genere sciuisse, si qualitates, & conditiones notæ non fuissent, Paleaz. de maior. par. 4. quæst. 9.

EXCVRSVS XCVIII.

Feudatarius recognoscens alium in Dominum, non priuat verum Dominum directum sua possessione ciuili.



Ertum est enim detinentes nomine nostro, vel naturaliter possidentes, non posse per traditionem fictam (qualis est recognitio) etiamsi velint, possessionem nostram nobis adimere, l. quamuis 32. §. si conductor, ff. de acquir. vel amitt. possess. Vndè cum per huiusmodi recognitionem nihil aliud contingat præter fictam quandam traditionem


tionem

tionem rei feudalis in Dominum, qui recognoscitur per eam non priuatur primus sua ciuili possessione, Bald. l. 2. nu. 4. C. de oper. libert. in c. verum, de for. compet. Iacob. de S. Georg. verb. Dictique Vassalli recognoscere promiserunt, num. 23. Molin. in consuet. Paris. §. 35. nu. 9. & 12. Soc. iun. cons. 76. nu. 71. lib. Consilium Aulicum apud Menoch. in tract. possess. num. 106. vers. Hoc sic præsupposito. Menoch. cons. 2. nu. 128.

Quinimò cum superioritas illa feudalis, licet in proprietate directa consistat, tamen valdè similis videatur Iuri ex quasi possessione Iuris incorporalis, quæ absque scientia, & patientia possessoris acquiri non potest, l. quoties in fin. ff. de seruit. l. 2. in fin. vbi notabiliter, ff. de seru. rust. præd. l. 2. vbi Bal. nu. 5. C. de seruit. & acq. Menoch. retin. 3. nu. 147. Ideò certius est per huiusmodi recognitiones nō amitti possessionē, vt per Molin. d. §. 35 nu. 13. vndè putat etiam si non fictè, sed realiter per traditionē sequatur traditio, non priuari sua ciuili possessione Dominum, & ante ipsum Iacob. de S. Georg. verb. dictique Vassalli num. 23.

EXCVRSVS XCIX.

Alienatio rei litigiosæ non valet,



L. Diuus in princ. ff. de per. hæred. l. alienationes, ff. fam. erciscun. l. 1. & tot. tit. ff. & C. de litig. vbi Bart. Bald. Angel. & alij Canon. in c. 2. de Iudæis, & in tit. de alien. Iud. mut. caus. fact. & ibi præcipuè Bellamer. nu. 2. Abb. num. 4 vers. si vero cessio Soc. reg. 48. lim. 3. & regul. 33. num. 1. Lancellot. de attent. lit. pend. in pręfat. num. 48. cum seq. & nu. 451. Et contractus de re litigiosa confecti, nulli sunt ipso Iure, l. fin. vbi Butrig. in princ. vers. aut ergo, Bald. nu. 7. Bar. in princ. Salic. in 1. notab. Fulgos. nu. 1. & 2. Sicard. num. 3. C. de litig. Bart. in l. 1. nu. 3. §. 1. ff. eod. tit. Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ, nu. 10. vt lit. pend. Alex. cons. 45. nu. 5. lib. 3. Rimin. sen. cons. 89. nu. 5. vol. 1. Boer. decis. 33. nu 3. Afflict. decis. 331. nu. 2. & ibi Vrsill. in addit. nu. 1. Ias. cons. 149. in fin. lib. 4. Bero. cōs. 155. nu. 51. lib. 1. & cons. 59. nu. 18. lib. 3. Soc. iun. cons. 92. nu. 6. lib. 3. Cephal. cons. 64. nu. 6. & num. 16. lib. 1. Decian. cons. 109. nu. 5. Bursatt. cons. 201. nu. 23. lib. 1. & cons. 140. num. 19.

lib. 2. Rol. conf. 6. nu. 26. vol. 3. Lancellot. in d. præfat. nu. 451. & 525. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseru. 118. nu. 2.

Et in specie super alienatione Feudi Pancirol. conf. 105. n. 16 Menoch. conf. 2. nu. 290. Rot. diuers. par. 2. decis. 187. nu. 5.

Et procedit dicta conclusio, etiam si acquirens ignorauerit rem esse litigiosam, vt dictum est in Excurs. 88. quibus addo Paris. conf. 138. num. 28. lib. 4. Lancellot. d. loc. nu. 453. Surd. decis. 172. nu. 8. Ias. conf. 149. in fin. vol. 4. Rol. conf. 6. nu. 44. vol. 3.

EXCVRSVS C.

Alienatio facta in potentiorem non valet.

LEg. 1. & 2. C. ne lic. potentior. etiam si potentior sit ratione officij, text. in l. 1. vbi Io: de Plat. in 1. & 3. notab. C. vt nem. ad su. patroc. & probatur tot. tit. ff & C. de alien. iud. mut. caus. fact. & est conclusio, quam DD. communi voto sunt amplexi, vt apud Bellam. conf. 15 col. 1. & 5. Soc. reg. 48. lim. 2. Ducñ. reg. 88. lib. 1. Scard. de Feud. par. 10. sect. 18. nu. 19. Alber. in l. per fundum, col. penult. in fin. vers. item ad aliud, ff. de seru. rust. præd. Gomez super reg. Cancell. tit. de subrogat. collitig. quæst. 15. num. 1. & 2. Menoch. conf. 30. nu 43. Bald. conf. 151. nu 1. & 2. vol. 1. Soc. iun. conf. 49. num. 17. vol. 4. Natt. conf. 491. per tot. Et procedit etiam si alienatio non fuerit facta potentiori, sed familiari, & domestico potentioris, licet non habenti aliquod officium, Bart. d. l. 1. nu. 8. & in repet. col. 1. vers. quarto, & ibi idem Angel. nu. 1. Salic. num. 4. Corn. nu. 1. & Iacob. de S. Georg. dicens Bartoli sententiam in iudicando esse sequendam, C. ne lit. potentior. Iacob. de Leonard. inter conf. Brun conf. 114. nu. 49. limitationes aliquas affert Barbos. ad tit. ne liceat potentior. & l. 1.

Quæ multo magis procedunt in Feudorum alienatione, Bald. c. 1. col. 2. vers. item nota, de alien. Feud. Aluarot. ibid. §. vnde potest nu. 2. & ibi etiam Afflict. num. 7. & nu 8. Paris. de put. de Feud. reintegr. rubr. Ecclesia quæ procedit Feudum per triginta annos, & illud præscripsit nu. 13. fol. 81. Alex. conf. 9. nu. 5. & ibi Natt. in addit. vol. 3. Ias. in l. si ità quis, §. ea lege nu. 12. ff de verb. obligat. Natt. conf. 4. per tot. vol. 3. Menoch. conf. 2. num. 299.

Ratio est, quia ex huiusmodi alienatione conditio Feudi fit deterior, quia scilicet non de facili exigi possint seruitia; nec de facili Feudum recuperari, Paris. de put. d. tract. rubr. alienatio non potest in omnem personam fieri, nu. 5. & nu. 12.

Vt merito propterea Feudatarius alienans, ius suum amittat, præsertim si alienatio fiat in Regem, Bald. c. camera, nu. 9. vers. & prædicta faciunt de elect. Curt. sen. cons. 8. viso testamento, col. 2. vers. & pro hoc, Io: Iacob. de Leonard. d. cons. 114. n. 52. Menoch. d. cons. 2. nu. 299. Bellam. decis. 724. pro introductione col. 1. nu. 3. & in cons. 15. factum tale est, col. 1. & 5. vers. quarto quæritur, Ioseph Cumia in repet. c. si aliquem, vers. mortis, num. 125. Menoch. cons. 105. nu. 57. Et hinc est, Feuda alienari non posse in Ecclesiam, tanquam potentem, Gramm. cons. 2. num. 15. in ciuil.

In tantum, vt alienatio facta in potentiorem sustineri non possit per clausulam illam [saluo, & reseruato Imperatoris assensu] Bald. d. c. Camera nu. 9. vers. & prædicta faciunt Curt. sen. d. cons. 8. col. 2. vers. & pro hoc, Io: Iacob. de Leonard. d. cons. 114. num. 84.

Multo minus quando venerit etiam traditio possessionis, Bal. in c. 1. §. hoc quoque col. pen. de success. feud. Cur. iun. in tract. de feud. part. 4. quæst. 21. vers. secundus casus, plenè Scard. de feud. pa. 9. c. 1. nu. 22. vers. nisi & hoc.

EXCVRSVS CI.

Alienatio nulla est ipso Iure, quæ fit in Iudicem.



Modestinus in l. principalibus ff. si cert. petat. refert, legibus cautum, ne hi, qui Prouinciam regunt, quiue circa eam sunt, negotietur, mutuam pecuniam dent, fœnusue exerceant. cuius textus dispositio ostenditur ad quæuis contractum, vt colligitur ex responso Martiani I.C. in l. non licet ex officio, quod administrat quis emere, ff. de contrah. empt. Quod Imperator Iustinianus in l. 1. C. de contract. Iudic. & prohibuit. Et cum lex resistat contractui, tunc contractus ipso Iure nullus redditur, Bart. in l. cum lex, ff. de fideiuss. quem DD. communiter sequuntur in l. non dubium, C. de legib.

legib. Alienatio ergo est ipso Iure nulla, quæ fit in Iudicem; & ità DD. communiter concludunt in d.l. principalibus, ff. si cert. pet. d.l. non licet, ff. de contrah. empt. in l. per inquisitionē, C. de his, quæ vi metusue cauſ. & d.l. vnic. C. de contract. iudic.

In tantū, vt iuramento in fauorem iudicis firmari non possit, Bar. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. Alciat. d.l. principalibus, vbi quod non valet renunciatio, quæ fieret licet iurata post alios Barbos. in collect. ad d.l. vnic. C. de contr. iudic. nu. 27.

Vt etiam confirmari non possit functo munere, & delegatione, Iaſ. d.l. principalibus, verſ. adde.

Nec etiam mandato conualidari, Dec. d.l. principalibus nu. 4. Alciat. num. 7.

Etiam si Iudex palam emiſſet, Fulgoſ. in d.l. non licet, ff. de contrah. empt. Alciat. d.l. principalibus nu. 15. Iaſ. ibidem de communi, lim. 7. Barboſ. vbi ſupra nu. 12.

Ex ſolida, & inconuincibili ratione, ne propter metum requiſitionis ex Magiſtratu, & officio inducantur homines ad contrahendum non liberè, Bal. in l. quis quis nu. 2. C. si cert. petat. & conſ. 333. nu. 1. verſ. item quando ipſe, vol. 3. Roman. in d.l. principalibus nu. 2. Aretin. in 3. not. Iaſ. nu. 1. verſ. alia melior ratio, & Alciat. num. 2.

Nec colorari, aut velari poteſt prætextu neceſſitatis ex Soc. reg. 278. lim. 4.

Nàm neceſſitas illa eſſe debet, quam ipſemet Soc. deducit ex textu, quem allegat d.l. vnic. §. prouincias, C. de contr. iud. ſcilicet illius generis, quod alimoniam reſpicit, prout intelligunt Alciat. in d.l. principalibus nu. 2. Dec. n. 13. Bar. nu. 2. Bal. in d.l. quis quis, nu. 1. C. si cert. pet.

Materiam iſtam ampliationibus, & limitationibus habes refertam apud Barboſ. loco ſupra citato.

F I N I S.

INDEX

INDEX


Excursus

Excursus

Excursus

F I N I S.





GENVAE,

EX TYPOGRAPHIA PETRI IOANNIS CALENZANI,

SVPERIORVM PERMISSV,

M. DC. XXXXII.